BALTH. NARDII ARRETINI. EXPUNCTIONES LOCORUM, QUI IN LIBRO DE PAPATU...

Baldassarre Nardi

Digitized by Google

E
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 C
24
13.21.f.22
Digitized by Google

2—14

Digitized by Google

XII. 5. 13
G. S.

Digitized by Google

BALTII NARDII ARRETINI

EXPVNCTIONES

LOCORVM, QVI IN LIBRO DE PAPATV Romano Ignoti Auctoris deprauantur, mutilantur, & tam falſò afferuntur, quam in prima Parte Reipub. M. ANTONII DE DOMINIS, Vnde per compendium videntur congeſti.

ANIMADVERSIONES ITIDEM ad ſingula impia illius Doctrinæ capita.



LVTETIÆ PARISIORVM.
Apud MICHAELEM SONNIVM, viâ Iacobeâ, ſub ſcuto Baſilienſi.

M. DC. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI CAROLO S. R. E.
CARDINALI MEDICÆO.

BALTHASSAR NARDIVS
ARRETINVS S. P.

HASCE vindicias, Magnanime Princeps, nõ ægrè feres, nec vltra quærent ſollicitæ hominum curæ, Cur tibi potiſſimùm dicatas eam. Sciunt felici iſto ſydere me natum, vt plura debeam iuſtiſſimo imperio, ſed longè maiora ſummæ virtuti Mediceorum Principum: Te autem ex iſta glorioſa Heroum proſapia vnde ſummi quatuor Pontifices, Leo, Clemens, Pius, & alter Leo prodière, non virtute magis, quam pietate; non dignitate, quàm Charitate Chriſtianæ Reipublicæ parentes, & bene meriti propagatores: quicquid igitur ad Pontificum decorem pertineat, tibi

Digitized by Google

in eadem familia & Eccleſia Principi iure optimo etiam deberi. Extra illam fruſtrà quæſiuiſſem alium, cui antiquior, aut charior Religio. Templa, Fana, Domus, Arces, Arma, Claſſes, & alia pietatis, atque magnificentiæ toto paſſim Orbe monumenta locata, ſatis declarant quinam, & quales fuerint Medicæi viri: intelligent ergo & curioſi florentiſſimi Principis non tam mihi fauorem, quàm publicæ cauſæ magnam parare tutelam. Verùm & ſi priuatæ meæ patronus aliquis, aut Mœcenas deligendus fuiſſet, indignum forſan & ipſi exiſtimaſſent extra meam plagam vagari, quum ipſa natura ſoli abundè ſuppetit. Eò appulère peregrina pleraque ingenia (neſcio cuius Numinis benignitate) certè Muſis nuſquam tutior ſedes aut quies ipſa Etruria, nuſquam tellus ingeniorum fæcundior: Omnibus diſciplinis nullum certius præſidium, ipſis Iuliano, Laurentio, Coſimo, Franciſco, & Ferdinando, quibus experimentis illi Patriæ Parentes olim Principatu dignos, & poſtquam obtinuere, maiori imperio cottidie digniores glorioſa contentione ſe probarunt Medicæi Principes. Eorum imagines quemadmodum refers, Ampliſſime Cardinalis, ita & vices ſuſtines, ſed illam imprimis Magni Ferdinandi Patris, cuius virtutes, ne æquare deſperes, imitari tantũ ſatis ſit, ſuperque ad ſummam famam & gloriam. Accedunt præterea Magnæ Chriſtiernæ Matris

exempla, vt intelligatur nihil naturæ, nihil fortunæ tuæ defuiſſe: quicquid pietatis aut magnanimitatis ex auita Godofredica ſtirpe traxit glorioſa hæc Heroina, quicquid virtutis ex longa Lotharingiorum Principum ſerie, totum id contulit in hos pretioſos ſurculos vt ad Cœlum ſuſtollat. Macte tanta virtute atque fortuna Princeps & Cardinalis, Chriſtianam Rempublicam capeſſe: Vides illam ſeditionibus turbari, Imperium detrectari, & rem ad ſeueriora in dies magis deuenire, adeò vt fortiora exigat conſilia & remedia altis mentibus digna: ſuſtine hanc molem, magne Orbis Cardo, auſpicare ſanctiſſimum munus à pietate: Hoc pertinet ad Dignitatem tuam: faciet & ad virtutem nulla grauari excitandæ aut explicandæ virtutis materia. Genus, indoles, eruditio, & gentium conciliatus amor & reuerentia hanc expectationem pænes omnes induxerunt, vt cre[illegible]nt te in Eccleſia Dei Magnū fore Principem & Cardinalem, atque tua ætate (ego vota concipio) has interituras Hæreſes, PAPATVM autem ROMANVM perpetuò duraturum.

[illegible]tiæ Pariſiorum Calendis Septembris Anno à Chriſto nato. M. DC. XVIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 C
24

13-21.f.22

Digitized by Google

2—14

Digitized by Google

XII. 5. 13
G. S.

Digitized by Google

BALTII NARDII ARRETINI

EXPVNCTIONES

LOCORVM, QVI IN LIBRO DE PAPATV Romano Ignoti Auctoris deprauantur, mutilantur, & tam falſò aſſeruntur, quam in prima Parte Reipub. M. ANTONII DE DOMINIS, Vnde per compendium videntur congeſti.

ANIMADVERSIONES ITIDEM ad ſingula impia illius Doctrinæ capita.



LVTETIÆ PARISIORVM.
Apud MICHAELEM SONNIVM, viâ Iacobeâ, ſub ſcuto Baſilienſi.

M. DC. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI CAROLO S. R. E. CARDINALI MEDICÆO.

BALTHASSAR NARDIVS
ARRETINVS S. P.

HASCE vindicias, Magnanime Princeps, nō ægrè feres, nec vltra quærent ſollicitæ hominum curæ, Cur tibi potiſſimùm dicatas eam. Sciunt felici iſto ſydere me natum, vt plura debeam iuſtiſſimo imperio, ſed longè maiora ſummæ virtuti Mediceorum Principum: Te autem ex iſta glorioſa Heroum proſapia vnde ſummi quatuor Pontifices, Leo, Clemens, Pius, & alter Leo prodière, non virtute magis, quam pietate; non dignitate, quàm Charitate Chriſtianæ Reipublicæ parentes, & bene meriti propagatores: quicquid igitur ad Pontificum decorem pertineat, tibi

Digitized by Google

in eadem familia & Eccleſia Principi iure optimo etiam deberi. Extra illam fruſtrà quæſiuiſſem alium, cui antiquior, aut charior Religio. Templa, Fana, Domus, Arces, Arma, Claſſes, & alia pietatis, atque magnificentiæ toto paſſim Orbe monumenta locata, ſatis declarant quinam, & quales fuerint Medicæi viri: intelligent ergo & curioſi florentiſſimi Principis non tam mihi fauorem, quàm publicæ cauſæ magnam parare tutelam. Verùm & ſi priuatæ meæ patronus aliquis, aut Mæcenas deligendus fuiſſet, indignum forſan & ipſi exiſtimaſſent extra meam plagam vagari, quum ipſa natura ſoli abundè ſuppetit. Eò appulêre peregrina pleraque ingenia (neſcio cuius Numinis benignitate) certè Muſis nuſquam tutior ſedes aut quies ipſa Etruria, nuſquam tellus ingeniorum fœcundior: Omnibus diſciplinis nullum certius præſidium, ipſis Juliano, Laurentio, Coſimo, Franciſco, & Ferdinando, quibus experimentis illi Patriæ Parentes olim Principatu dignos, & poſtquam obtinuere, maiori imperio cottidie digniores glorioſa contentione ſe probarunt Medicæi Principes. Eorum imagines quemadmodum refers, Ampliſſime Cardinalis, ita & vices ſuſtines, ſed illam imprimis Magni Ferdinandi Patris, cuius virtutes, ne æquare deſperes, imitari tantũ ſatis ſit, ſuperque ad ſummam famam & gloriam. Accedunt præterea Magnæ Chriſtiernæ Matris

Digitized by Google

exempla, vt intelligatur nihil naturæ, nihil fortunæ tuæ defuiſſe: quicquid pietatis aut magnanimitatis ex auita Godofredica ſtirpe traxit glorioſa hæc Heroina, quicquid virtutis ex longa Lotharingiorum Principum ſerie, totum id contulit in hos pretioſos ſurculos vt ad Cœlum ſuſtollat. Macte tanta virtute atque fortuna Princeps & Cardinalis, Chriſtianam Rempublicam capeſſe: Vides illam ſeditionibus turbari, Imperium detrectari, & rem ad ſeueriora in dies magis deuenire, adeò vt fortiora exigat conſilia & remedia altis mentibus digna: ſuſtine hanc molem, magne Orbis Cardo, auſpicare ſanctiſſimum munus à pietate: Hoc pertinet ad Dignitatem tuam: faciet & ad virtutem nulla grauari excitandæ aut explicandæ virtutis materia. Genus, indoles, eruditio, & gentium conciliatus amor & reuerentia hanc expectationem pænes omnes induxerunt, vt credant te in Eccleſia Dei Magnũ fore Principem & Cardinalem, atque tua ætate (ego vota concipio) has interituras Hæreſes, PAPATVM autem ROMANVM perpetuò duraturum.

tiæ Pariſiorum Calendis Septembris Anno à
Chriſto nato. M. DC. XVIII.

Digitized by Google

PRÆSCRIPTIO AD PIOS LECTORES.

HÆRESES in Eccleſia Dei ſemper fuiſſe, atque futuras eſſe, Apoſtoli oraculo Chriſtianis prænunciari Deus voluit, vt ſcirent, ad hanc obruſſam probandos eſſe fideles: Eas aliquando ſubſediſſe, poſtmodum per tempora, pietate torpente, & ſubſequentium Hære ſiarcharum ſeu calliditate, ſiue auaritia, ſiue ambitione, aut in Pontifices vindicta, acrius inualuiſſe, varijs documentis teſtatum ad poſteros tranſmiſère tum ſacri, tum prophani ſcriptores: Nihil tamen toto hoc curſu, ab Eccleſia Dei condita accidit cuius monumenta nobis non adſeruentur; Nulla hæreſis, nullus hæreſiarcha non profligati, nulla quæſtio indiſcuſſa, nulla diſputatio indeſinita, Patrum auctoritate, & Conciliorum ſuffragijs non conſignata, Chriſtianorum conſenſu non recepta. No[illegible]e Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij duodecim volumina [illegible]am veluti lidij hiſtoricæ veritatis lapides ad eorum detegendas impoſturas ſufficiunt? nonne & Hercules alter Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus Impiæ huius virulentæque Hidrę caput omne ita obtruncauit, vt ex putreſcenti cadauere noua amplius pullulare nequeant? patent gymnaſia Ieſuitarum, accedant; docent, audiant; ſcribunt, legant, & intelligant hos ſapientiæ alum-

Digitized by Google

nos quos tã opportune Deus delegit|nouorũ ſcilicet morborũ recentia remedia. Quid ergo importunæ Hæreticorum voces quotidie nos laceſſunt? quid addubitant, aut potius admentiuntur? cur ſcripturas inuertunt, deprauant, atque tot impreſſionibus nos fatigant? Verùm enim verò vtri magis culpandi, an qui prouocant, an prouocati temerè in Arenam deſcendere, vt cum laruis luctemur, ægrè difiniam. Monomachiæ leges olim neminem ad certamen admittebant; niſi antè omnia vtriuſque pugnaturi præponderaretur dignitas, & ordo, inermem cum accincto, ſtolidum cum ſapiente, validum cum imbecilli, Ducem cum milite periculum facere, nefas ducebant; at Principem cum nefario proditore, velut parricidio indefinitum erat: Nos verò his omnibus grauiora perpetramus quoties cum iſtis congredimur. Quis enim vſus, aut vtilitas in hac re eſſe poteſt? certè nulla, periculi autem plurimum. Pontificem non tantùm in ius vocant, verùm adimunt illi omnem dignitatem; negant ſcripturarum verſiones, & nouas ad arbitrium inducunt, non nullas tamquam apocryphas damnant, alias aliter interpretantur, ſuffragia, ſacramenta, ritus, cærimonias tollunt, *Antiqua igitur, & antiquos ſi reiiciunt, quæ ratio, aut argutia eos vincet? difficiles hos ſermones, & cum diſcrimine eſſe*, Plato obſeruauit etiam ſuo æuo: Per hos enim excitantur multi ad nouitates, & pruriunt, præſertim vbi libertate exhilarantur plebeij animi, & nonnulli ambitione magis, quàm vera pietate perciti, in publico negotio priuatum agunt, captant auram, & in id præcipuè contendunt, ſternere viam ad magnam famam, quam Hoſtes proſternere. Deinde ſi antiqua reſpicimus, & præſentia exempla, nil compertius quàm huiuſmodi diſceptationibus, tamquàm flabellis, Hæreſes ſuccendi magis, atque periculoſius augeri. Siſinnius vir ſummus olim ad Theodoſium, *Diſceptationes non ſolum non reconciliare Schiſmata, ſed hæreticos præterea ad contentionem magis accendere: Idcircò concertationes Eccleſiaſticas vitandas, teſteſque adhibendas tantùm formulas fidei à veteribus editas:* Tàm lucroſa tamen illis res eſt, vt quotidie excogitent nouos prouocandi modos, & nos vel inuitos cogant ſcriptitare; ſcripturas enim in ambiguam fidem deducere non modò audent, verùm ipſaſmet Hiſtorias, & Annales palàm vitiare, corrumpere, negare, omnia

Lypſ. de relig.

Plat. d. Repub.

Sozom. l. 7. Eccleſ. Hiſt. c. 12.

ad impietatis imaginem, & Pontificum inuidiam, ſummum Dei Vicarium, Chriſtianorum parentem Chariſſimum, cui noſtra concreditur ſalus, Chriſti voce, Apoſtolici Collegij conſenſu, tot ſæculorum ſerie omnium fidelium ſuffragijs conſtitutum, Regum atque Imperatorum humeris, & armis ad illud faſtigium euectum, in quo adhuc illum reuerentur, quotidie audent traducere funeſta mancipia, & quaſi de ſuo Throno deturbare; Hi ſunt plerumque obſcuri, & ſordidi homines, qui hoc nomine potiſſimùm putant inclareſcere apud ſuam plebeculam, aut perfugæ nonnulli quibus euitandæ proditionis ſuſpicioni mos eſt, in Principem inimicum libellis ſæuire, vt remota ſpe veniæ, magis fidei inter Barbaros reputentur; Anglia olim pietatis altrix, nunc miſerandum perfidiæ Aſylum; Tellus ſuaptè natura omnis veneni exſors, hoc hominum genus, peſtiferum, atque virulentum fouet, & alit, quibus impunè licet quidquid in buccam venit, in Chriſticolas iactare: Atrox ſcelus, nuſquam inultum, nobis pudendum, & tàm poſteritati deridendum, quàm antiquitati nefas, qualemcunque poteſtatem dicterijs inceſſere, in Gallia paſſim, & in Germania vbique edicti, aut libertatis nomine, facilè redimitur, ibi proh dolor! mediaſtino cuique nil non licet non effutire, modò in Pontificem, Cardinales, & Epiſcopos, verùm cudere, & diſtrahere nemine percontante: Indè per totum euulgant Orbem, vt à Populorum animis reuerentiam, atque fidem auellant, timorem excutiant, Religionem diſſoluant, ipſis adhæreant. Ad hæc ſæpè conniuent Magiſtratus, & Principes quibus vindicandi ius eſt; at in eorum aliquando video recaſura diſcrimen, niſi maturè proſpiciant, & ſeuerius non animaduertant in Seductores; eſt enim & poteſtatum etiam diſſimilium ſeu inimicarum nexus quidam mutuus, & amicus, quem velim ſæpius, atque ſcrupuloſius rimari, ne diſiungatur, aut laxetur, is eſt Principatuum communis cuſtodia, à tumultu, à ſeditione inquam, & ab Anarchia, quam moliuntur Hæretici. Eò tendunt Plagiarij iſti, Maieſtatem, & authoritatem Pontificiam in odium, & contemptum adducere, vno deindè vel ictu, expectata occaſione euertere, bona Eccleſiaſtica rapere, & deſolationem in Eccleſia facere, licet infelici ſemper exitu; & præter illorum mentem, &

conſilium

conſilium hucuſque ſe probauerit Eubulia iſta; (mirum dictu) opulentas Regiones (Angliam imprimis) diuitijs, & armis validas ad egeſtatem, & ludibrium penè redactas, Deo ſic annuente, vt quæ ſemel occupauit Religio, in alium vſum & poſſeſſorem transferri nequeant, ſed Principes, quorum intereſt, eò acrius id vindicare debent, quo ſolertius ſtrui agnoſcunt. Videant per otium ſi libet, quem ſuſcipio caſtigare libellum impium, fraudulentum, virulentum, & ſi diſſimulati authoris, nihilominus illum facile agnoſcent, ſi mecum expendant perſonas, tempora & loca diſtinguent; Prodijt anno 1616. Conſilium profectionis M. A. de Dominis, is ſuiſmet facinoribus ſat inclaruit, & liber nouitate rei omnibus innotuit; Examinaueram illum ad ſcrupulũ, ſed cum aliæ me præcurriſſent editiones ſepoſui. Sequenti anno. 1617. magnifico nomine, & apparatu prodiêre libri quatuor de Republica Eccleſiaſtica eodem momento, ex eadem officina, & ſub eodem prœlo: Excuſus eſt libellus Papatus Romanus; de Origine, progreſſu & extinctione illius, ijſdem etiam nundinis diſtrahebantur: In hac Tragædia, & ſi M. A. de Dominis variam induat perſonam, vox tamen ſemper eadem, idem animus, liuor, atque finis, ijdem loci, tribus libris communes, eædem ſententiæ, vna atque eadem doctrina in omnibus ſibi cohęrens, adeò vt fas ſit ſuſpicari, ab eodem fonte manaſſe ſtygios hos Riuulos; hoc vno tantùm differunt, ſtylo ſiue barbarie, quam de induſtria toti libro Papatus inſperſiſſe facile eſt coniectare cùm ex epiſtola, tùm ex alijs locis. Totum id, qua arte ſit cõmentus, non erit magni acuminis diuinare, ſi inſpicimus eius animum, & liuorem; cogitauit exitium Romanis Pontificibus, atque ruinam parare, ſi quò libri de Republica voluminis aut pretij pondere permeare non poſſent, exigua libelli ſeu compendij moles illaberetur, in Italiam dico, cuius Populos praua imbueret opinione, & eorum vt ſibi beneuolentiam conciliaret, impiæ & fallaci eius doctrinæ auctoritatem compararet, eodem tempore, quo ipſe primam de Republica partem edidiſſet, opuſculum iſtud de Papatu ignoti Itali nomine, ſimul in lucem prodire curauit, ſed libri licet eant, & omnium terantur manibus, numquam perſuadet hæc opinio fortiſſima illorum pectora quibus ingenita

Digitized by Google

eſt hæc veneratio, & ſeuerior diſciplina: addo quibus notus eſt author, atque nota illius vita, & vitia; inexpiabile hoc Sacrilegium verbis non caſtigabo; animus ſibi malè conſcius, & vltor perpetuò non ſinet authorem conquieſcere, ipſa comitabitur pœna, facti pœnitudo, famæ detrimentum, & miſeriæ, quibus in Anglia premitur; ibi vno includitur conclaui, velut Captiuus, curta ſupellex, omnium rerum inopia, timor, pallor, ſuſpicio non ſecedunt à latere, nec à tergo obſeruatores, durioribus etiam caſibus forſan reſeruatus; An non ergo ſatius illi fuiſſet, intra penates ſuos liuorem decoquere, quàm inter gentem, natura, Religione, moribus ab Orbe ſeiunctam exterorum inimicam atque ſuſpicacem præceps ferri? opibus, amicis, dignitate, præſulatu exui? Archiepiſcopus olim ſupra omnes, nunc infra plebeios abiectus ad aliena genua ſupplex accidere? miſerè, & precario viuere? ſed his diutius nõ immorabor, ne videar ab inſtituto digredi. Perniciosiſſimum librum infirmis nixum fundamentis, ac ſuper extructa omnia corrupta, hunc ipſum caſtigabo, nec patiar circumferri in publicam perniciem, ſciam licet non defuturos, qui idem animaduertant, & grauioribus proſequantur curis. Interim ne vim eundo acquirat, repagulum obieci pro mea facultate, ita tamen, vt non diſputem, hoc munus, aut perſonam in Eccleſia Dei non ſuſtineo, diſſero tantùm per occaſionem, confero locos, deindè refero ad mentem ſcriptorum, & ad fidem, ad textus, aliaque plura reſtituo: dolum, fraudes, & artes retego, atque prohibeo, ne quid corruptum, aut virulentum illabatur in piorum mentes. Cæterùm non vltra aduerſabor furentibus, nec priuatas vlciſcar iniurias, publicas tamen, & quæ vniuerſum concernunt ſtatum impatientius feram, aut conſtantius perſequar: Nec vnquam ſuſtinebo demittere animos, quos iuſta indignatio erexit, ſi pergant laceſſere.

Digitized by Google

PRIVILEGE DV ROY.

LOVYS PAR LA GRACE DE DIEV, Roy de France, & de Nauarre. A nos amez, & feaux Conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, ou leurs Lieutenans, & autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiẽdra, ſalut. Balthazard Nardy Arretino, Docteur en l'vn & l'autre droict, nous a fait remonſtrer qu'il a compoſé vn liure en Latin intitulé, *Expunctiones & Animaduerſiones*, contre le liure de *Marc-Antoine de Dominis*, Lequel il deſireroit mettre en lumiere, s'il auoit ſur ce nos lettres à ce requiſes & neceſſaires. A CES CAVSES deſirant bien & fauorablement traicter ledit expoſant, & qu'il ne ſoit fruſtré des fruicts de ſon labeur, luy auons permis, & octroyé, permettons & octroyons, de grace ſpecialle par ces preſentes, faire Imprimer en tel marge, & caractere que bon luy ſemblera, ledit liure, iceluy faire mettre & expoſer en vente, & diſtribuer durant le temps de ſix ans, deffendant à tous Imprimeurs, & autres perſonnes de quelque qualité qu'elles ſoient, d'Imprimer, où faire Imprimer ny mettre en vente, durant ledit temps ledit liure, ſans le conſentement & permiſſion dudit expoſant, ou de celuy ayant charge de luy, ſur peine de confiſcation d'iceux, d'amande arbitraire, & de tous deſpens, dõmages, & interreſts enuers luy, à la charge d'en mettre deux exemplaires en noſtre Bibliotecque publicque à preſent gardée au Conuent des Cordeliers de ceſte ville de Paris, auant que les expoſer en vante, à peine d'eſtre décheu du preſent priuilege ſuiuant noſtre Reiglement. SI VOVS mandons que du contenu en ces preſentes, vous faciez, ſouffriez & laiſſiez ioüyr ledit Nardy Arretino, plainement, & paiſiblement & à ce faire ſouffrir & obeïr tous ceux qu'il à partiendra en mettant au commancement ou à la fin dudit liure ces preſentes ou vn bref extraict d'icelles. Voulons qu'elles ſoient tenues pour deuëment ſignifiees. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le vingt-ſixieſme iour d'Auril l'an de grace, mil ſix cens dix-huict, & de noſtre regne le huictieſme. Par le Roy en ſon Conſeil.

RENOVARD.

Digitized by Google

APPROBATIO.

NOS ſubſignati Facultatis Pariſienſis Theologi certum facimus nos perlegiſſe librum cui titulus eſt *Balthaſſaris Nardij Expunctiones, & Animaduerſiones in decem capita.* Et nihil in eo reperiſſe quod fidei Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, boniſque moribus repugnet, imo multa in eo deprehendiſſe ad doctrinam eiuſdem Eccleſiæ contra portẽtoſas noſtri temporis hæreſes & ſchiſmata ſtabiliendam & propugnandam vtiliſſima. In cuius rei fidem hiſce præſentibus Chirographum noſtrum duximus apponendum die decima ſexta Aprilis ann. Dom. 1618.

J. CHARTON.

A. DV VAL.

Digitized by Google

INSCRIPTIO LIBRI.

PAPATVS ROMANVS.

DE ORIGINE, PROGRESSV, atque extinctione ipſius.

AVTHORE, N.

ANIMADVERSIO.

FÆCVNDA frondium eſt vanitas, ſed inanis fructuum, de ſacris temere fabulatur, & ſubſannanti irridentique Deo inſolentis inſcitiæ leges ponit; impudentiſſimam ſui Auctoris Phlyariam inſcriptio hęc in fronte gerit.

Promittas facito, quid enim promittere lædit?

plus tamen audaciæ, imo inſaniæ, quam doctrinæ habere cognoſces.

Quid tanto dignum dedit hic promiſſor hiatu?

ad populum phaleras, & Cypariſſi fructus, Canes qui

Digitized by Google

rabie exæſtuant, latrare & mordére vi morbi coguntur? At nonne rabidos Canes ſectarios omnes merito appellamus, atque illo ſane immaniores, qui tricipiti apud inferos rictu venenum euomit, moliſque dilaniat, poſtquam Deum ipſum, Optimum Maximum ſacrilego ore blaſphemant, ſacroſanctæ eius Eccleſiæ ſummum Pontificem, latratibus conuiciorum, mendaciſſime inſectantur, inuidiſque dentibus ſe ſe mutuò carpunt atque dilacerant: *circunderunt me canes multi, concilium malignantium obſedit*, me Eccleſia clamitat.

Pſal. 21.

Hieron. in cap. 22 Iſai.

Eorumq; mos eſt, *quorum doctrina non in ſenſu, ſed in vaniloquio, & clamore verſatur*, inſcriptionibus impiè magnificis libros inſignire, conuicijs, ſcommatibus, mendacijſue referre, ſepulchra ſcilicet dealbata, quæ ſpecie exterius fucata, oculos oblectando decipiunt, oſſa verò putreſcentia, cadaueraque vermibus ſcatentia intus recondunt, quę vbi propius acceſſeris, nares ſtatim pręſentiunt.

EXPUNCTIO.

N. Papatus Romanus, &c.

Et iure quidem optimo, non quod Romanę Diæceſis limitibus contrahas, aut ſuburbicarijs Eccleſiarum, veluti cācellis, cōcludas, ſed vt ab ea denominetur vrbe Regia, & ſacerdotali, *quæ per ſacram Beati Petri ſedem, caput Orbis effecta; latius præſidet Religione diuina, quā dominatione terrena, quāuis enim multis aucta victorijs ius imperij ſui terra, marique protulerit, minus tamen eſt, quod ei bellicus labor ſubdidit, quam quod pax Christiana ſubiecit diſpoſito namq; diuinitus operi maxime congruit, vt multa Regna vno cōfœderarentur imperio, quæ*

S. Leo ſer. 1. in Natal. BB. Petri & Pauli.

vnius teneret regimen Ciuitatis, ſub vno totius orbis ſpiritali Monarcha, Chriſti Vicario, vniuerſæ Eccleſiæ capite, Beatiſſimo, ſanctiſſimo, Apoſtolico, œcumenico Paſtore, atque tandem Epiſcoporum Epiſcopo.

N. Origine, &c.

Huius autem Eccleſiaſticæ Monarchiæ origo diuina profectò eſt, ſi quidem nō ab Apoſtolis, non à Concilijs, non deniq; ab Imperatoribus proficiſcitur prout veſtræ impietatis Antagoniſtæ falſo aſſerere non reuerentur.

Turrecrē in ſum. d. Eccl. lib. 2 cap. 39. C. Bellar. d. Roman. pontif. lib. 2. cap. 17.

Sed ipſum dumtaxat Romana Eccleſia tanti Primatus agnoſcit Authorem, qui Petram illam immutabilis fidei, inter duodecim ſelegit Apoſtolos, ac veluti fundamentum iecit, ſuper quod vniuerſę Eccleſiæ magnum hoc conſtruxit ædificium, intra cuius tutiſſima murorum ſepta, ouilis ad inſtar, omnes coëgit, qui veluti agni, & oues diuinam noſcunt vocem, & parendo obaudiunt ſummi illius Paſtoris, cui ipſe Paſtorum Princeps fidelis Gregis regimen commendauit, clauesque contulit cœlorum, quibus illud obcludere, & reſerare, deuincire, & ſoluere ſuo poſſet arbitrio.

N. Progreſſu, &c.

Vide exordium naſcentis Eccleſiæ, ſinapis ſemini cōparatur, omnium profectò minimo, ſed viuido, & mordaci, quod igneus ſit illi vigor, quem cœleſtis ſpiritus intus alit; iacitur in terram, & ſtatim erumpens, non olera, quę citò conſurgunt, & citiſſimè decidunt, & marceſcūt, ſed germē protulit, quod paulatim auctum, Arbor adeo procera tandem euaſit, vt ad omnes huius orbis plagas virentes porrexerit ramos. Deus enim qui ipſam ſeuit, eidē continuo incremētum gratiæ contulit, ipſi igitur, à quo

Digitized by Google

vno omnis poteſtas eſt, ſacerdotalis imperij prouectio referri tantummodo debet.

Et quamuis Imperatores, vt Deo par parem aliqua ex parte referrent, tot tantorumque beneficiorum, quę diuinæ clementiæ munificentia ſibi collata animaduerterant, donationes quidem ampliſſimas in Romanam Eccleſiam conſcripſerint, non tamen ad tanti imperij culmen ipſam euexerunt, quo iam longè ante peruenerat, aliquid autem contulerunt: at quam plures eorum, principijs tantæ dominationis manibus, pedibuſq; obſtiterunt, ſed fruſtra, quamobrem ipſis etiam inuitis eò prouecta eſt, vt Romani Pontificis Maieſtatem Catholici Imperatores, & Reges venerentur, & colant; ſchiſmatici autem, & infideles, licet exhorreſcant, attamen quamuis circumſepti copijs, belliciſque tormentis vndique vallati, timere coguntur. Attilæ namque cognomento flagellum Dei, copijs victricibus poſt euerſam Aquileiam, Italiam inuadenti vnus Pontifex Leo obſtitit, ipſumque iam traijcere parantem vbi Mincius in Padum influit, ſolo aſpectu terrens regredi coëgit.

N. Extinctione, &c.

Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.

Verba Chriſti ſunt, quod ſi Deus pro nobis, quis contra nos? manifeſtum eſt itaque, quod neque aduerſus Petrum; neque aduerſus Eccleſiam portæ præualere poterunt inferorum, nam ſi pollerent aduerſus Petrum in quo Eccleſia fundata eſt, contra Dei promiſſa ad Eccleſiæ perniciem poſſent, quod dici nefas; quid ergo

Digitized by Google

triumphum ante victoriam canunt? quoniam à Romana Eccleſia, imo ab ipſo Deo pars Germaniæ, Galliæ, Poloniȩ, Belgij, totaque fere Anglia defecerunt. *Nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? abſit, ſtat fidelium pars maior, & melior, in fidei ſui robore, & in legis, ac diſciplinæ Dominicæ veritate. Nec ab Eccleſiæ pace diſcedunt, qui ſe in Eccleſia gratiam conſecuturos, de Dei dignatione meminerunt, at qui hoc ipſo ampliorem conſequuntur fidei ſuæ laudem, quod ab eorum perfidia ſegregati qui iuncti confeſſionis conſortio fuerant.* Cypr. d. vnit Eccl. & epiſt 55

Et quam longè plures, in India, Iaponia, & America, alijſq; noui Orbis vaſtiſſimis Regionibus eiurata veteri idololatria, Catholicȩ Eccleſiȩ fidem amplexi ſunt, atque in dies amplectuntur, *ſicuti non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſemper Dominicus ager ſegete ditiore veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt multiplicata naſcuntur.* Itidem quoniam veriſſimè dictum eſt, *oportet* inquit Auguſtinus, *multas Hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant inter vos, vtamur etiam iſto diuinæ prouidentiæ beneficio, ex his enim hominibus Hæretici fiunt, qui etiam ſi eſſent in Eccleſia, nihilominus errarent, cum autem foris ſunt, plurimum proſunt, non verum dicendo, quod neſciunt, ſed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum ſpiritales Catholicos excitando; ſunt enim innumerabiles in Eccleſia ſancta, Deo probati viri, ſed manifeſti non fiunt inter nos, quamdiu imperitiæ noſtræ tenebris delectati, dormire malumus, quam lucem veritatis intueri, qua propter multi vt diem Dei videant, & gaudeant, per Hæreticos de ſomno excitantur.* S. Leo. ſerm. 1. d. SS. Petro. & Paulo lib. d. ver. relig.

Quid plaudunt cum Apoſtatæ & transfugæ, fracto ſanctȩ obedientiȩ leuiſſimo iugo, veſtibuſque ſacris

Digitized by Google

excuſſis Deo fidem frangentes, ad eos confugiunt? vnus M. Antonius nomine tantum de Dominis, re autem vitiorum ſuorum viliſſimum mancipium, Archiepiſcopus Spalatenſis, verę religionis perduellis, munus deſeruit, quo fungebatur indignus, non ne olim Donatus, Neſtorius, Nouatus, Euſebius, & quamplures alij illuſtrium Eccleſiarum Pręſules, in eundem impegerunt ſcopulum, nec quiſquam miretur, cum Cypriano dicam, *etiam de confeſſoribus quoſdam ad iſta procedere, indeque aliquos tam nephanda, quam grauia peccare, neque enim confeſſio immunem facit ab inſidijs Diaboli, aut contra tentationes, & pericula.*

Cypria. de vnit. Eccl.

Profecto corpus humanum corruptioni obnoxium eſt, quod ex contrarijs conſtet humoribus, qui vt concordes perpetuo maneant, nullatenus fieri poteſt: at vbi inęquales adinuicem pugnant, aliqua ex parte neceſſum eſt putreſcere, & niſi expellantur, qui corrupti iam ſunt, totum inficerent hominem: eadem vero myſtici corporis ratio eſt. *Quid igitur*, inquit Cyprianus, *quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas, & canum rabies, & venenum lethale ſerpentum, & cruenta ſauitia beſtiarum? gratulandum eſt, cum tales de Eccleſia ſeparantur, ne columbas, ne oues Chriſti, ſæua ſua & venenata contagione fœdentur, ideſt nemo exiſtimet bonos de Eccleſia poſſe diſcedere.* Quamobrem Sapientia ędificauit fidelibus ſuis Domum, manſioneſque ipſis conſtruxit, & cloacas quaſdam effodi ſiuit, quę putreſcentes hoſce humores exciperent, non ne cloaca Maxima Londinum, non cloaca Geneua eſt? ad quas colluuies confluunt, ſceleſtium, nefariorumque Planorum, Nebulonum, Sicophantarum & huius generis perditiſ-

Cypria. d. vnit. Eccl.

Digitized by Google

ſimi homines, qui omni diſciplina poſthabita, ſenſuum prolapſam, turpiſſimamque licentiam, nomine libertatis vindicant, atque ſtatim vt pedem efferunt è ſeptis Monaſterij, in quo ſe ſe Deo vouerant *Teſtamentum Chriſti eſt, clamitant, Creſcite & multiplicamini*, prout Apoſtatam quendam impuriſſimum in ſua profeſſione Baſileæ dixiſſe refert Eraſmus, *& vbi contigit vxor occinitur valete, & plaudite, ſed ne putetis gratis malos eſſe in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum*, impijſſimis illis, quos ipſo permittente, abditi quidem diuinę ſapientię ſenſus, eorum vitia infecerũt, atque infectos expellunt, Agricolæ ad inſtar veluti fimo, & ſtercore, diffuſa per Eccleſię campos Euangelij ſemina impinguat, & fouet. Eccleſia Catholiça, inquit Auguſt. *per totum orbem valide, lateque diffuſa, omnibus errantibus vtitur ad profectus ſuos*: & alibi, *Hæreticos, ait, malo ſuo veris Catholicis Chriſti membris prodeſſe, dum Deus vtitur, & malis bene, & diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, id eſt, multa quippe ad Catholicam fidem pertinentia, dum Hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi poßint, vt conſiderentur diligentius, & intelligãtur clarius, & inſtantius prædicantur, & ab aduerſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio.*

Eraſm. epiſt. ad ſtibarum. epiſt. ad fratr. inferior. German. August in Pſal. 54. Auguſt. lib. d. ver. relig. Auguſt. d. ciuit. Dei lib 16 cap 2 lib. 18 cap 51. epiſt. 105.

Schiſmatici quoque Eccleſiæ quam deſeruere, & ipſi plurimum conferunt, qui vt ipſe docet Auguſtin. proſunt ad documentum ſtabilitatis noſtræ, ſcilicet, *vt Petræ illi arctius cohæreamus, cui dictum eſt à Domino tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quam qui Matrem non habet, Deum habere Patrem numquam poterit.*

Auguſt. d. ver. relig. Cyprian. d. vnitat. Eccleſ.

Digitized by Google

AVTHORE, N.

QVAMVIS cauſam, ob quam nomen ſuum reticendo diſſimulauerit, eam dicat quia Italus eſt, quæ in Epiſtola ad ſereniſſimum Britanniæ Regem, expungenda erit, aliam coniectari poſſe, & veriorem quidem cenſeo, ſcilicet qui male agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius, 1.Theſſal. 5 & 7. *qui ebrij ſunt*, inquit Apoſtolus, *nocte ebrij ſunt*, equidem virum bonum non pudet ſui nominis, nuſquam latet, candide profitetur quis ſit, quoniam nil ſibi conſcit, nulla palleſcit culpa, ſuſpectum itaque Blacteronem hunc merito quiſque habebit, quod lucem fugiat. Veſpertilionis igitur hanc mendaciorum, falſitatum, nugarumque congeriem inſcribamus.

LONDINI.

Ab Aquilone omne malum.

EPISTOLA

Digitized by Google

EPISTOLA.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE IACOBO MAGNÆ BRITANNIÆ REGI.

ANIMADVERSIO

N. TIBI defenſori fidei Magnæ Britanniæ Rex libertatiſque propugnatori omnes eorum lucubrationes, qui pro aſſeréda ab Eccleſiæ Romanę iugo libertate ſcriptitarũt, optimo iure debẽtur &c.

Non me latet quanta ſit Regum Maieſtas, qui vitæ, neciſque in alios homines ius habent, & quidem inſtar Deorum eſſe haud ſane ignoro, ſereniſſimumque Britannię Regem magnum, potentiſſimũq; agnoſco, quod duorum Regnorum, & Hiberniæ Principatus, ampliſſimis profecto ditionibus dominetur. Magnanimum vero, eruditumque & omni humanitate præditum ipſe expertus ſum, neque enim memoria vnquam excidet quàm benigne ab eo exceptus, quantoque honore à

Digitized by Google

ſereniſſima Regina, femina omnium lectiſſima, affectus fuerim, Deumque Optimum Maximum obteſtor, quam propenſi animi obſequio, tot eius virtutes coluiſſem, niſi vna deeſſet, veræ ſcilicet religionis cultus, quæ cum aliarum ſit Princeps, ipſa deficiente, cæteris quoque carere neceſſum eſt. Virtutes namque omnes ita comparatæ ſunt, vt anulorum ad inſtar, adeò ſimul connectuntur, quod ab inuicem ſeiungi, vel vna nequeat. Omne datum optimum, & omne donum perfectum ab eo proficiſcitur luminũ Patre, in quo nullæ prorſus tenebræ, nullaq; mutatio, aut viciſſitudinis obumbratio reperiuntur: at qui cum Deo non colligit, vtique diſpergit' initium enim ſapientiæ timor Domini eſt, eo igitur ſublato, quem Catholica Religio ſola gignit, fouet, & nutrit, quæ iuſtitia? quæ fortitudo? quæ temperantia? quę denique alia virtus eſſe poteſt, ſi Deo, ſanctiſſimoq; Chriſti Vicario, & ſacerdotibus quod ſuum eſt non rependitur? ſi falſis perſuaſionibus non obſiſtitur, & aduerſus Aſſentatorum impias inſidias non inſurgit animus, ſed proprijs ſubactus cupiditatibus veritatem exhorret, & volens ac lubens propriæ innititur peruicaciæ? ſi ambitio mentem obcæcat, ſi libido iniuſtæ libertatis dulci lenocinio ſenſibus blandiendo voluntatem pellicit, atque extra fines adigit, quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum; Pietate autem aduerſus Deum ſublata fides etiam & ſocietas humani generis, & vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur neceſſe eſt. Orichalcum ab
Cicer. de nat. Deo. auro longe differt, licet ſpecie quadã, quæ imperitos ſuo fuco decipere poteſt, auro quàm ſimillimum videatur. Quoniam igitur ea dici fides non debet, quæ ab Eccle-

Digitized by Google

ſię Catholicę fide, ſacrarum litterarum verbis & mente vnanimi veterum Patrum conſenſu diſcrepat, quo iure fidei defenſorem apellauerit ſereniſſimum Regem, qui Catholicam, & Apoſtolicam fidem impugnat, pro cuius confeſſione, ſereniſſima eius Mater ſanguinem magnanimè fudit, profectò non video; Huiuſmodi titulus munificentię Romani Pontificis monumentum eſt, Leonis X. ſcilicet, qui vt gratiam referret Henrico VIII. Anglię Regi, quod aduerſus Lutherum, prius quam eius immutaretur mens, de ſacroſancto Euchariſtię Myſterio librum conſcripſiſſet, qui igitur fit ſi Papę omnem iuriſdictionem, tota eliminarunt Britannia, quod Rex Iacobus hunc adeo enixe ſibi vindicet, vt illuſtriſſimo Cardinali Perronio vehementer ſuccenſuerit, quod in oratione ab ipſo in comitijs Pariſienſibus habita, vbi de eius Maieſtate verba fecit, ſpecioſum iſtud Catholici Principis ſymbolum, ſilentio ſuppreſſerit, hinc reputans ſuam imminui dignitatem.

Vel forſan fidei defenſorem dicit, proprię videlicet perſuaſionis, cuius acerrimus eſt aſſertor, velut alter Saulus, paternarum ęmulator traditionum, at vtinam tandem aliquando è Saulo Paulus, faxit Deus &c.

N. Libertatiſque propugnatori &c. Luther. d. cap. Babyl. & d. libert. Chriſti.

Omne multiplex priùs diſtinguendum, ne ęquiuocum offendamus, cuius igitur libertatis? Reſpondes, Luthero & Caluino ſuggerentibus, eius libertatis, qua Chriſtus nos donauit, *quamobrem vbi ſpiritus Dei, ibi libertas, nolumus igitur ſeruitutis Iugo iterum contineri.* Calu inſt lib. 13. c. 19 lib. 4 c. 10 11. & 12.

Fateor ſanè, ſed libertas hęc nos quidem à peccati Tyrannide exemit & Charitatem infundendo, ab eo ti- Sen. epiſt. 50.

Digitized by Google

more exſoluit, quem lex Diuina, & moralis, ſub lethali pœna reatus, nobis præcipiendo incutiunt, initium namque ad *virtutes arduum, quia hoc primum imbecillæ mentis, atque ægræ eſt, formidare inexperta*, mentemque gratia impellendo efficit ſeruatu facillima, quę affectibus in deterius procliuioribus, difficillima videbantur.

Sen. epiſt. 50.

Ceremonialium tandem, iudicialiumque mandatorum grauiſſimum confregit iugum.

A iuriſdictione autem Romani Pontificis, Eccleſię legibus, & præceptis nequaquam reddit immunes, ſiquidem omnis anima ſublimioribus poteſtatibus neceſſitate ſubiacet, quia à Deo omnis eſt poteſtas, qui igitur poteſtati obſiſtit, Deo obſiſtit, quamobrem omnes tenemur parere Præpoſitis, de quibus, inquit Chriſtus, *qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit*, qui ergo in vitam veræ & perennis beatitudinis ingredi vult, mandata ſeruet Eccleſiæ neceſſe eſt, quam qui non audierit tanquam Ethnicus, & Publicanus habetur.

Libertatem ergo apellas Apoſtaſiam, quæ Chriſti iugum improbè excutiendo, omni ſacerdotum obediẽtia, omnibuſque Eccleſiaſticis ſanctionibus, ſua ſponte iniuſtè ſe ſoluit, vt nullis deuincta legibus caſtitatem, humilitatem, modeſtiam, ſobrietatem, cæteraſque virtutes, cum vera Religione Britannico Regno expellere, & omnibus vitijs licentiam impune baccandi concedere poſſet, *virtus ſecundum naturam eſt, vitia inimica, & infeſta ſunt*, libertas ergo eſt vitijs non ſeruire, quia ſi voluptati ceſſeris, idem ſibi iuris eſſe in te volet ambitio, ira omniſque cupido, vitiorum ſeruitus omnes premit, quam mancipia quoque conditionis extremæ & in his ſordi-

Digitized by Google

bus nata, omnimodo exuere conantur, *Philoſophiæ ſeruias oportet*, inquit, *Epicurus, vt tibi contingat vera libertas.* Senec epiſt. 8.

At Paulum audi, *liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ*, Ad Rom. c. 6 17. ſuum cuique igitur tribuendum eſt Deo, ſacerdoti ſummo, & Eccleſiæ debitam rependendo obedientiam.

N. Omnes eorum lucubrationes, qui pro aſſerenda ab Eccleſiæ Romanæ iugo libertate &c.

Quid ſereniſſimum Regem iniuria afficis maxima? dum & Patronum efficis Apoſtatarum, & Perduellium Catholicæ Eccleſiæ, ac ſi vbi fuerit corpus ibi congregarentur & Aquilæ, imo Accipitres, peſſimum genus hominum, qui vel monaſticæ diſciplinæ frugalem aſperitatem, aut veræ Religionis liberam obedientiam pratæſi, malo indulgentes genio, carni præcipuè vero inhiantes, Londinum, tamquam ad eorum Aſilum confugiunt Eraſmus. epiſt. ad fratr. in fer. Germ iactantes, inquit Eraſmus, *Spiritu Chriſti ſe agi, ac ſi Spiritus Chriſti non aliud ſit quam Spiritus Carnis*, vnde ſtatim veluti rabidi canes in ſummum Pontificem Romanamque Curiam, falſa conuicia, & impias impoſturas oblatrare incipiunt, poſtmodum eas in liberculos conſarcinatas Sereniſſimo Regi offerunt, duo vt idem ait Eraſmus, Eraſmus. epiſt. ad Vuilibald. *tantum quærentes cenſum, & Vxorem, cætera præſtat illis Euangelium, hoc eſt poteſtatem viuendi vt volunt.* &c. Addamus. & qui vbi ſatietate voluptatum tenentur, & mala facinora plurimum illis tormentorum eſſe incipiunt, quod perpetua ſollicitudo conſcientiæ carnifex vrget & torquet, quos ſponſoribus eorum ſecuritatis credere non poſſe tandem eorum periculo edocti, fugam continuo arripiunt, & ad ſanctæ Matris Eccleſiæ amplexus ſupplices redeuntes, deliramenta & nugas Hæreticorum prius de-

Digitized by Google

De vnit. Eccl. teſtantur, poſtea irrident. Et quidni? cum Cypriano dicam, *non exiſtimes bonos de Eccleſia poſſe diſcedere, triticum non rapit ventus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubuertit, inanes paleæ tempeſtate iactantur, inualidæ arbores turbinis incurſione euertuntur.*

Iugum dicis Romanæ Eccleſię Imperium, ſed iugum eſt Chriſti, leue ſcilicet, & iucundum, his qui cognouerunt beatam vitam, non ſecundum voluptatem eſſe, ſed ſecundum naturam, cum virtutem vnicum bonum hominis adamaueris, turpitudinem ſolum malum fugies, omnium rerum ſemina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, erigitur virtus cum tacta eſt, & impulſa, ideo præceptis, legibuſque egent vt videant quid
Sen. epiſt 94. agendum in vita ſit. Graue autem & aſperum videtur ijs, qui phanatico libidinis furore exæſtuantes, ſui iuris non ſunt, quamobrem tranquillitatem in perturbatione, o-
Senec. d. ira lib. 2. cium in labore, & libertatem in ſeruitute quærunt, *omnium virtutum tutela facilior eſt, vitia magno coluntur, vbi res aliqua excæcat animum, & ad officiorum diſpiciendum ordinem impedit, nihil agit qui præcipit.*

Et libertatem denuo appellas, excuſſo ſacroſanctę Eccleſię iugo, ſine lege, ſine religione eſſe, non homines
Sen. d. beat vita. timere, non Deum, dum per voluptatem facilius omnia ſubrepunt vitia, & Animus malo ſuo inperuerſum ſolers, ſe ſe extra veritatem proijciens, primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit, nec voluptatem ſibi emit, ſed ſe pro voluptatibus vendit: Ad deteriora faciles ſumus, ad quæ non pronum iter eſt tantum, ſed præceps. Non ergo libertas eſt nil pati & ſenſibus indulgere, falleris, quoniam ſibi ſeruire grauiſſima ſeruitus, &

Digitized by Google

libido incerta, diraque domina eſt, per diem ac noctem, æqualiter premens, prima namque & maxima peccantium pœna eſt peccaſſe, facinora conſcientiam flagellant, libertas eſt corpus contemnere, & animum vitijs opponendo, ſui effugere ſeruitutem, ne inquieta agenda ſit vita, omnium riſus, omnium linguas timenti.

Neque reſpondeas & legibus vos quoque regi & religionem profiteri Chriſtianam, eamque ad priſtinam puritatem reuocatam, ſiquidem cum Gregorio dicam lib. 3. moral. cap. *19. Hæretici quaſi infirmanti Eccleſiæ ſe condolere ſimulant, eique ſub blandimentorum ſpecie dolos deceptionis nectunt.* &c. *Nihil in ſpeciem fallacius quam praua religio eſt vbi Deorum numen prætenditur ſceleribus.* Liuius lib 39.

N. Nam quantum præſidij ad illam & reuocandam & conſeruandam in veſtra ſcientia, prudentiaque exiſtat, omnes Reges, Principes, & docti viri, qui tua ſcripta tantum guſtarunt &c. optime norunt.

Noueram ex Hieronymo vt adulari proprium ſit Hæreticorum qui decipere cupiunt, dicente Apoſtolo, *Huiuſmodi Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & perdulces ſermones & benedictiones ſeducunt innocentes.* &c. laudari à vobis qui laudaretis etiam malos, turpe quidem eſt, Eloquentiam, eruditionem, doctrinamque ſereniſſimi Regis admirari, omnes iure quidem poſſunt, ſed quoniam multa ſcripſit Chriſtianæ pietati penitus aduerſa, & Catholicæ veritati omnino repugnantia, laudare cordatus vir nullus poterit. Sene. quæſt naetur. lib. p.

N. Vt igitur videas tuam doctrinam, cum virorum noſtræ ætatis doctiſſimorum, imo cum omnium veterum, qui cæteris antiſtare exiſtimati ſunt, ſententijs in

Digitized by Google

hac cauſa tuenda congruere.&c.

Puto ſane cum Seneca, *multos potuiſſe ad ſapientiam peruenire, niſi putaſſent ſe perueniſſe, niſi quædam in ſe diſsimulaſſent, quædam apertis oculis tranſiliſſent*, en cuius rei inopia laborent magna faſtigia, en quid omnia poſſidentibus deeſt ille qui verum dicat, *Adulatores artifices ſunt ad captandos ſuperiores, quibus par ſi bene caueris non eris.*

Senec.lib. d.trãquil.

Sen. qq. natur.lib. 4.

At non ne viliſſimus Aſſentator Regiæ Maieſtati plurimum detrahit, dum eius doctrinam cum ſententijs congruere eorum dicit, quos eruditiſſimorum omnium, facile Principes aſſerit, at qui ſint aperiamus, non quidem SS. Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Chryſoſtomus, aut vllus ex Græcis, Latiniſque Patribus, à quibus ſereniſſimi Regis ſcripta, de ſacro Euchariſtiæ myſterio, de veneratione, & inuocatione Sanctorum, de Purgatorio, de meritis bonorum operum, ſine quibus mortua eſt fides, & innumeris alijs vndique diſcrepant, quingentis enim articulis, & ſupra Angli à nobis diſſident: quod ſi dixeris eiuſdem ſereniſſimi Regis libros Patrum omnium ſententijs eſſe refertos, cum Tertulliano reponere cogar preſc. c. 39. *ſine ſcripturis hæreſes eſſe non poſſunt, vel ſaltem nullus hæreticus erit, qui non aliquam partem canonicæ ſcripturæ præciderit*, nec Cyprianus conticeſcere poterit d. vnit. Eccleſ. *Corruptores Euangelij, atque interpretes falſi, extrema ponunt, ſuperiora prætereunt, partim immemores, partim ſubdolè comprimentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſsi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindũt* &c. fateatur igitur hos patres, Lutherum eſſe qui doctrinam ſuam à Diabolo didiciſſe ſe narrat, Zuinglum itidem

Luther. in lib. d. miſſa

tidem qui in ſubſidio Euchariſt. idem de ſe narrat, Caluinum qui inter concionandum errare non poſſe, tuque Deus aiebat, ſi erro me propter peccatum huiuſce populi in errorem mittis, & decipis. Hominem impuriſſimum vini, & luxuriæ mancipium, Petrum pſeudomartyrem qui à Turigenſibus repulſam paſſus, quod à congerronibus Geneuenſibus epiſtolam nullá attuliſſet, Geneua reuerſus, è Monacho factus repente maritus Turingum cum vxore rediens, litteras ab eo de more exigentibus vxorem indigitando, en ſymbolum mei Apoſtolatus reſpondit, Bezam cuius ad Candidam, & Audebertum carmina, quis fuerit patefaciunt, & ne ſingulos recenſeam, eorum doctrinæ & morum ipſi ſunt in inuicem ampliſſimi teſtes, Apoſtatę perditiſſimi, Perduelles ſceleſtiſſimi, Sicophantæ viliſſimi, ignauiſſimi, qui in Venerē, Bacchū, omnemque libidinem proiecti aduerſus ſanctam Dei Eccleſiam impios exerere calamos: hoſce igitur Magiſtros habuiſſe dicis, ſereniſſimum Regem, quorum pudére debet dumtaxat nouiſſe nomen, non licet magna componere paruis.

triangl. tom. 5. in Gen. Zuingl. d.ij.b.d. iiij. a Hier. Bolſei. in eius vita.

N. Libellum iſtum de Papatu Rom. compoſui, in quem quicquid obſeruatu dignum reperire potui, ad ipſum Papatum ſuis limitibus reſtringendum, idoneè hic ſtrictè breuiterque compegi.

O quanti hac noſtra miſerrima tempeſtate noui Zoili, qui Pontificomaxtes certatim conſcribere ſatagunt, apertis, & propitijs auribus hæc excipiuntur, eo ipſo gratiora, quo lædunt, & hic noſter, Cenſum & vxorem ſperat.

Quæ animaduerſione digna repereris facile quidem

Digitized by Google

nouiſſe fuit, mendacia, ſcilicet locos perperàm, in alium ſenſum, mutilatè, & falsò adductos, imposturas, conuiciaque impudentiſſima, en vigiliarum tuarum præcoces fructus: his igitur iura Papatus contrahere inani iactatione appetis, oleum, & operam, non minus quam Zoilus, crede mihi omnem perdidiſti.

N. Spem ſane non dubiam animo concepi, hanc meã lucubratiunculam, à doctis, liberæque indolis viris prius expectatam, iamque euolantem, multis vel prorſus ſuadendis, vel ſaltem excitandis inſeruituram.

Sua cuique pulchra. At ſtolida Vrſa tuæ philactiæ fruſtum iſtud nulla methodo compoſitum, ſordidum, putreſcenſque fruſtra tam diu lambit, ad corporis namque formam numquam rediget, expetitum autem iam prius fuiſſe difficilè quidem obtrudes, difficillimè verò à doctis, liberæque indolis viris quoniã eruditis & ingenuis riſum, ſtomachumque mouebit, neque inani tuæ perſuaſioni reſpondebit exitus, plures quidem eorum qui hanc tuam legent mendaciſſimam farraginem ex hæreticis ni fallor, reſipiſcẽt, ex Catholicis vero nullum te duce aberraturum certo ſcio, dicat vero Tertullian. d. præſc. cap. 3. *Auolent quantum volent paleæ leuis fidei, quocumque afflatu tentationum, eo purior maſſa frumenti in horreo Domini reponetur.*

N. Vtque ita ſperarem, & materiæ præſtantia, & mea (quod arrogãter non dico) diligentia, ac laborioſiſſima induſtria, mihi perſuaſerunt.

Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, & alſit.

At quorſum hæc iactas? niſi vt authoritatem tibi ipſi apud Imperitos compares, neſcit profecto modeſtia de ſe

magnificé loqui, laus enim, quę in alieno ore ſpecioſa eſt, in proprio ſordeſcit: arrogantiā tuam verbis excuſas, re ipſa explodis. Naturam licet expellas furca tamen vſque recurrit.

Infelicem animum ſuperbia inflat, cupiditas diſtendit, ſui voluptas laxat, te decipis, & dum pro faſtigio vanæ tuæ opinionis, te metiris, ipſum te proijcis, quod ſi tibi verum dicere non audes, ex Cyprian. audi lib. 4. epiſt. 6. dicet tibi, *nec aliunde Schiſmata oriri, niſi quod Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis iudicatur*: dicet Auguſt. d. ver. relig. cap. 10. *nullus in Religione Chriſtiana error eſſe poſſet, niſi ſe pro Deo anima coleret.*

N. Etiam aliqui, qui opuſculum hoc perlegerunt, me tacente, ſpondére auſi ſunt.

Sapiens ad omnem incurſum munitus eſt, quid ita nos ſtultitia tam pertinaciter tenet, omnium artium peccata Artificibus pudori ſunt, offenduntque errantem, in vita peccata delectant, omnibus crimen ſuum voluptati eſt, cito nobis placemus, ſi inuenimus, qui nos bonos, qui nos prudētes dicat, agnoſcimus, nec ſumus modica laudatione contenti, quidquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tamquam debitum prendimus.

N. Ergo, ſapientiſſime Rex, totum hoc, quicquid eſt, emolumenti, quod ad Chriſtianos è noſtra hac lucubratione proueniet, Veſtræ Maieſtati volo acceptum ferant, & te illos à tyrannide Romana liberaſſe agnoſcant.

Durior quàm par eſt, in Romanam ſedem, eius Dominatum Tyrannidem iniuſte appellas, à qua Chriſtia-

nos omnes, ſereniſſimi Regis ope exéptos, per te vnum agnituros, eique vindicatam libertatem relaturos acceptam, inani temeritate ſpopondiſti.

Equidem Romani Pontificis imperium, non fraude, non armis, non ſanguine, non violentia, aut vſurpatione, ſed Chriſti inſtitutione cæpit, pace, & pietate auctum, intra illius Iuriſdictionis limites, quos ipſe Deus præſcripſit, ſtetit ſemper, & cum hac mortalium rerum vniuerſitate immutabile, & inflexum manebit; Papa ſane Pater eſt, non priuignus, ſi tu filius eſſes, dulci voculæ huius ſonitu oblectareris: Paſtor eſt non mercenarius, ſi Agnus & tu eſſes, vocem eius obaudires: Princeps eſt legitimus, iuſtiſſimus, ſanctiſſimus, cui præcipuum eſt, omnia ſcire, non omnia exequi, paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem commodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus eſſe, officijs, & adminiſtrationibus non peccaturos, quàm damnare, cum peccamus. Verum quia tanta eſt eius Maieſtas, quæ nomine ſolo Maximam apud omnes de ſe excitat opinionem, atque reuerentiam in animos gignit, vos qui ſpecie libertatis, in grauiſſimam vitiorum omnium tyrannidem proiecti, de cœtu fidelium nullo impellente, excidiſtis, vt impune liceret errare, vbi nihil delinquitur, legitimæ Apoſtolicæ Dominationi, tyrannidis imponitis nomen, vt eam in odium trahendo, turpitudinem veſtræ defectionis, nouo & maiori ſcelere prætendatis; at illud, Torque, vre, ſeca, verbera, vt per vnius excidium omnibus medeatur, vos exhorreſcitis, Dio.li.52. hinc illæ lachrimæ, ſed Diuinum verumque numen, ne dum omni modo, & omni tempore, ab omnibus, iuxta

leges patrias colendum eſt, ſed Principes, vt omnes colant efficere debent.

Quod ſi ea, quam vos libertatem falſo vocatis, nulli conceditur, niſi extra Eccleſiā Dei proiectis ipſe ſe *damnat Hæreticus*, inquit Ambroſ. ſerm. 50. *cum ab Eccleſia ſe ſeparat, oſtendit enim quid mereatur à cunctis, qui ſuo iudicio ſeparatur à cunctis.* &c. *& ſententia ſuæ voluntatis abijcitur, talis ergo qualis Iudas damnatur, vt & ſui Reus ſit ſceleris, & Iudex vltionis.* quid igitur Regiæ Maieſtati acceptum referent, niſi propriam miſeriam, damnationem, propriumque excidium? nonne & ignominioſum tribuis sereniſſimo Regi titulum, quem Authorem efficis tam nefarij Criminis, vt ipſe ad deficiendum à vera, Catholicaque Religione, ſceleſtiſſimos Apoſtatas, illiciat, inſtiget, & Chriſti Perduellium ſe profiteatur Patronum. N. Nomen enim meum. N. quia Italus ſum publicari non patior.

Doleo ſane vicem tuam, non Patriæ, licet ipſe quoque Italus ſim, quoniam de te loquentes audio, hinc Hilarium, lib. 6. d. trinit. *Hæreſis imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum*, hinc & Tertullian. d. præſcrip. cap. 3. *Nec prudentes, nec fideles, nec vſitatos exiſtimandos, quos hæreſes potuerunt dementare*, quamobrem non Italiæ iacturam, ſed lucrum defectionem tuam iure reputo.

Italia ſane omnium terrarū alumna, eadem & Parens, Numine Dei electa, quæ Cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret Imperia, rituſque molliret, & tot populorum diſcordes linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, Plin. lib. 3. hiſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe Patria fieret. Neque ingenia, rituſque, ac viros, & lingua, manuque ſuperatos commemoro, gentes ipſæ de ea iudicauere. Quam ſicuti amœno ſub Cœlo pulcherrimam, rerum omnium fœcundiſſimam, cunctarum virtutum, bonarumq; artium parentē, ingeniorum altricem Deus Optimus, Maximus Imperio totius orbis olim donauit, itidem ei Sacroſanctæ ſummi ſacerdotij Monarchiæ, ampliori beneficio, longe plurimum gloriæ, & dignitatis addidit, quod veri boniq; Itali omnes agnoſcunt, ac tanti faciunt, vt pro Romani Pontificis Maieſtate, auctoritate & ditione, tuendis, ſanguinem etiam profundere parum ducant. Quod ſi nonnulli propriæ matris inuidentes honori, & iniquo Cham veluti prognati, in ſanctiſſimum Patrem ſæuierunt, eiuſque detrectarunt Imperium, ipſa tamquam refractarios coërcuit quidē, ſed matris affectu, & vbi patiētia nihil profici animaduertit, vel Aquilæ ad inſtar vti adulterinos ſuo deturbauit è nido, vel grauiſſime punijt, ne ipſa pro illis puniatur; quorum tamen, & paucos quidem recenſebis, quoniam illud de Italia noſtra vſurpare poſſumus, quod olim de Gallia inquit S. Hieronymus, monſtra vel numquam, vel raro admodum vidit, tu vnus eris, quid tum? non profecto Italiæ, ſed tibi miſerrime maximas offudiſti tenebras, & animæ tuæ mortem conſciuiſti, non ne Deus etiam in Angelis ſuis reperit prauitatem?

At perſonam diu ferre nemo poteſt, ficta cito in naturam ſuam recidunt; in eo conſilio inconſultiſſimo, quod defectionis ſuæ ſceleri prætendendo, Miſerrimus ille perditiſſimuſque Marcus Antonius ex Archiepiſco-

po, Archiapoſtata edidit, hæc legiſſe memini, *Ab Epiſcopatu ad Archiepiſcopatum ſum euectus, & mihi noua & vrgentior occaſio ſuborta ſtudia mea innouandi, vbi enim ſuffraganeorum meæ Prouinciæ Epiſcoporum moleſtiæ, ſed multo magis Romanæ curiæ, nimia potentia iura mea Metropolitanica perturbantis me pulſare ceperunt, omnium Eccleſiaſticorum graduum, poteſtatum, & dignitatum ac præſertim Papatus mihi fuit radix indagandi, penituſque cognoſcendi* &c. Curioſitas igitur ira genita hæc ad inueſtigandum impulit, inſania congerere, furor promulgare coegit, vltio in queſtum, fruſtra latitas tuo te ſermone prodis, exue Italici nominis Laruã ſi non Laris, quo laruatus turpiſſime agitaris.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

N. DE PRÆEXCELLENTIA, ET IVRIBVS PAPATVS ROMANI INTER SVMMOS &c. DOCTISSIMOS VIROS ANTIquiſſima eſt controuerſia, quam Theologi &c. Canoniſtæ &c. luculentiſſimè tractarunt, vtrique leuiſſima ſæpe arripiant, & planiſſima vtplurimum detorquent.

ANIMADVERSIO.

C*VM Hæretici ſentiunt, ſe abiectiſſimè iacere* inquit Auguſt. epiſt. 58. *ſi eorum authoritas, cum authoritate Catholica conferatur, conantur authoritatem ſtabiliſſimam, fundatiſſimam Eccleſiæ quaſi rationis nomine, & pollicitatione ſuperare, omnium enim Hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas.* &c. vitium itaque quod proprium Hæreticorum eſt in nos transferendo, Theologos & Canoniſtas incuſat, qui penetralia veritatis ingreſſi non ſint, leuiſſimaque dumtaxat vix ſummis attigerint labijs, veluti ipſe ſolus rem ad ſcrupulum examinauerit,

abditos

abditos receſſus penetrarit, omneque tulerit punctum, Theologi verò, & Canoniſtæ, Aſini, ſcurræ, Patres verò, erraſſe, hallucinati, impieq; lapſi iudicio Lutheri, & Caluini, ſint, qui quùm nouam e Cælo ſapientiam euocarint, nedum errare non poſſunt, ſed omnes alios edocere debent.

N. Et plana inquit, ſcilicet tritiſſima quæque, vt plurimum extra germanum detorſerint ſenſum.

Ipſis tantum nulla de hoc eſt præſcripta lex, qui vt fatetur Lutherus, *nouam fidem ſibi cudunt verbo Dei deſtitutam, & nouum Deum ſibi architectant, non ex ſcripturæ præſcripto, ſed ex libidine animi ſui*, & quid mirum, ſi, eodem Luthero teſte, *verbum Dei deſerunt, illudque arbitratu ſuo interpretantur, ita vt ſignificare quaſi cogatur, quidquid ipſis lubet*: ſibi igitur, & non muſis canit, profecto neque vllus inter eos perfectus habetur: teſtem aduoco Ireneum libro primo capite decimo quinto *qui non maxima mendacia fructificauerit; & qui ſcripturas non contorſerit, non reciderit* inquit Tertull. d. præſcrip. cap. 39. decipula Planorum hæc eſt fidem ſcriptorum noſtrorum detrahere, vt ipſis authoritatem imminuant, ſibi verò addāt. Agnoſce igitur fucum, vide arrogantiam, quæ ſuæ tantum tribuit imperitiæ, vt ſapientiſſimos, eruditiſſimoſque viros infra ſe ponant, irrideamus nos pauperrimi huius veteratoris petulantiam cum Auguſt. contr. Iulian. &c. *nunc & ſanctæ Eccleſiæ tot tantoſque Doctores, qui vita optimè geſta, debellatiſque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſimè de hoc ſæculo, antequam vos ebulliretis, exierunt, ſecurus inſulta.* In exor. lib d. cap. Babyl.

N. Idcirco qui amarum ipſius immenſum mare Ca-

Digitized by Google

nonum & Decretalium falſitatis, cum hiſtorijs temporumque dictione & obſeruantia in reductum ſinum reſtrinxerit, nullus qui exiguum laborem ſuſceperit, hactenus apparuit.

Sunt rari Nautæ in gurgite vaſto.

Canonici iuriſprudentiam haud immeritò appellaſti mare, quod vaſtum, immenſumque ſit, reconditaque ſecreta contineat, quorum ſenſus omnibus ijs abditi tantum ſunt, qui proprij affectus fragili cymba, vento præſumptionis impulſi, inani temeritate gubernacula moderante, ſuperbæ libidinis procellis rapiuntur: quamobrem fluctibus cogitationum ſuarum iactati per errorum anfractus, incidunt in Scyllam, dum cupiunt euitare Caribdim: oportet diſcentem credere, & qui in altrum ducere præſumit, niſi demergi, aut ſcopulis illidi velit, Nauiculam Petri conſcendat neceſſe eſt.

Amarum non quidem iure dixiſti, ſale conditum verius, quod ſapientia Diuina dictarit, omnibuſque ad benè beateque viuendum regulas præſcripſerit. Ægrotantium guſtus quum corruptis humoribus deprauetur, ſapores aut non internoſcit, aut faſtidit: vinum ſuaue, & dulce, febricitantibus amarum videtur.

Hæreſis maximus animorum morbus eſt, quem vitiorum omnium febres, doloreſque comitantur, quorum vi dum acriter torquentur, impia conficiuntur tabe, qua facultates cunctæ inficiuntur. Quid igitur mirum ſi tu, qui tam graui laboras ægritudine, amarum hoc iudicas, quod his qui ſapiunt, iucundum eſt? veritas odium parit, illis obnoxia, quibus virtus inuiſa.

N. Non equidem gloriæ ſaporem vt habeam Ocea-

Digitized by Google

num iſtum paruum in gurgitem anguſtare exordior, cuius nauigium, practicabili quadam verſoria nautis, ac vectoribus facile, ac peculiare foret.

Et aſſentior quidem, ignominia enim tam male oles, vt omnibus ludibrio, & contemptui exiſtas.

Arduum ſuſcepiſti opus, duram aggreſſus es prouinciam: nullius hactenus dementia eò peruenit vt paruum in gurgitem contrahere poſſe Oceanum ſibi perſuaſerit, id tu ſolus omnium ſtultiſſimus aſſecutus tibi videris, qui dum hiſtorijs, & temporum diſtinctione alienas detegere falſitates profiteris, tot effutis mendacia, quot Hiſtoricorum locos adducis, & ſane appoſitè verſoria traicis, qui retrorſum verteris, à vera religione deficiens. *Facilis eſt deſcenſus Auerni.*

N. Sed quia circa vtilia ſtudere debemus inſtar Salomonis Eccleſ. c. 2. cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam vt animam meam transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam donec viderem quid vtile eſſet filijs hominum. &c.

An autem id aſſecutus fueris aliorum erit iudicium, profecto electio eorum, quæ vel fieri nequeant, vel noſtri non ſunt arbitrij maxima eſt ſtoliditatis nota.

Cum igitur Eccleſiaſtici Imperij molem quod perpetuum fore Chriſtus edixit, ipſe euertere poſſe tibi perſuadeas, ac ſi tua penderet libidine, non ne ſtolidus merito diceris? at quæ te dementia cepit? quod Canones, & decreta falſitates appellas, non ne ex diuinæ ſcripturæ locis ex ſummorum Pontificum ſanctionibus, ſententijs Patrum, & Conciliorum ſtatutis conſtant? falſam ergo Diuinam ſcripturam, falſa Concilia, &

mendaces Patres paucis aſſeris, & vtile exiſtimas hæc alijs obtrudere, ambigis, inſanis, *Sapientia eſt* inquit Seneca, *ſemper idem velle & idem nolle, ſed vt rectum ſit quod velis*, at vos quorum iudicium omni vento doctrinæ impellitur, quotidie variatur, & in contrarium vertitur, ſapientes eſtis? quoniam recta aberrantes via, dum alios decipere ſtudetis vitam per luſum agitis vos ipſos non bene noſcitis, inſanos igitur iure dixero.

Epiſt. 20.

N. Habebitur iſte liber ſuccinctus, authenticus, facilis &c.

Authoritatem igitur tribuis mendaciorum compendio? facile dicis falſa pro veris obtrudere, non poteſt ratio veritati non aſſentiri, cuius vi facillime perſuadetur, quod natura ad veritatem inquirendam ſit perpenſa, inanis igitur & impie ridicula commenta tua, qui compos eſt mentis refugiet, exhorreſcetque, aquam cribro hauris.

N. Apum mellificantium ſolertiam imitari conatus ſum: è magno ſcriptorum campo ſelegi floſculos; ex quibus hic non coronam texui, ſed paucas mellis guttas delibaui.

Et Apes amaro ex thymo dulcia libant mella, ſed tu dulciſſimis ex floribus, amarum virulentumque hauſiſti venenum. Araneam igitur, non Apem aptius dixiſſes, ſiquidem concluſum Theologiæ veritatis hortum ingreſſus, è floſculis SS. Patrum, ſententias deprauando, obtruncando, & in contrarium ſenſum inuertendo tot impias traxiſti hæreſes, quibus dum magnum exantlaſſe opus tibi falſo perſuades, fragiliſſimum contexuiſti rete, quod muſcula quælibet facillimè diſcindet, ſeu

Ælian. li. 4. cap. 18. vern. hiſt.

Digitized by Google

mauis ſcarabeum, qui puriſſimæ roſæ contactu inficitur & emoritur. Apem certe non appellabo quod paruulo Aliti tam magna efferaq; beſtia, haud rite comparetur: Fucum ignauum: igitur ex ijs, qui Apum deuorant mella,& exerto aculeo obuium quemque impetunt, quos iure optimo ſua republica eliminauit Plato, quid ſi fauos faceres? faciunt & veſpæ reſponderet Tertullianus. Tertull. li. 4. cõtr. Marcion. cap. 5.

CAPITIS PRIMI

N. ASSERTIO, EPISCOPOS

ſucceſſiſſe in locum Apoſtolorum, & nullam inter eos ratione ordinis, vel Iuriſdictionis, præeminentiam dari poſſe.

ANIMADVERSIO.

QVOD Homines qui ad ſocietatem nati ſunt, vbi in vnum coiuere cœtum, aliqua indigeant ad bene beateque viuendum regiminis forma nemo inficias iuit, qui Homo ſit. Natura enim duci ſuo inſtinctu appetit, & vnius Moderatoris imperio ſua ſponte ſe ſubdit.

Altiùs hæc ſi repetas, priuſquam hoc vniuerſum exiſteret Parentem vnum, Rectorem vnum, vnumque eorum, quæ futura erant ante omnia ſecula gubernatorem habes Deum. O. M. vnde Monarchiæ formam deduci innuit Cyprianus *Vnus omnium Dominus eſt Deus; Neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cum ſola omnem teneat poteſtatem. Ad diuinum imperium etiam de ter-*

D. Idolo. vanit.

ris mutuemur exemplum. Quando vnquam regni ſocietas: aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſijt? ſic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia, & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cepit hoſpitium: Pompeius & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſſitudinis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt. Nec hoc tantum de homine mireris, cum in hoc omnis natura conſentiat. Rex vnus eſt Apibus, & dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus: multo magis mundi vnus eſt rector, qui vniuerſa quæcunque ſunt, verbo iubet, ratione diſpenſat, virtute conſumat, & à quo genus illius ſingularis ac vnicæ adminiſtrationis ſingulariter profectum, dum eis vnum dedit Parentem Adamum, neque mulierem è terra ſicut ipſum effinxit, ſed ex eo eruit, ne duo eſſent principia noſtri generis, ab vno exortum, vt autem eandem vnitatem perpetuo ſeruaret, quia & illi duo videbātur eſſe capita, Matrimonij glutino eos vnum, ea lege effecit, vt viri legitimo imperio Mulier ſubeſſet: & non hominibus modo comme̅datum, ſed brutis etiam inſitum animantibus experimur. Quemadmodum enim hunc Orbem inferiorem ſupernis lationibus contiguum effecit, vt ab ipſo vno illius Opifice, & Moderatore omnis eius virtus inde penderet, & gubernaretur, nobis itidem, & his quæ mouentur, & viuunt rationis expertia, quamdam inſeruit naturæ vim, qua regi ab vno, communi bono, licet ratione diuerſa, comuniter expetimus: Caput, quod principibus animæ facultatibus & nobilioribus ſenſibus præditum eſt, in ſuprema parte corpori præeſt, vnde cuncta proſpiciat, atq; in ipſa membra vim infundat, in Domo vnus eſt paterfamilias,

Chryſoſt. hom 34. in c. ad Corinth.

vnus in Naui gubernator, in quouis exercitu vnius ſignum expectatur, Ciuitati vnus Moderator præficitur, & quæcumque gentes, vel ſapientia, vel moderatione, & diſciplina, vel militari peritia viguêre, Monarchiam cæteris Imperij generibus antiquiorem habuerunt: Principio rerum, gentium, nationumque imperium, inquit Iuſtinus, penes Reges erat, Babylonij, Aſſyrij, Medi, Perſæ, Egyptij, Græci, Hebræi, quo tempore maximè floruerunt, illa inclyta Roma, quæ Orbē vniuerſum ſuo ſubdidit imperio, duos non pertulit Dominos, ſed cum Monarchia cepit, eademque eſt aucta, omni vero dominatione, & gloria ſpoliata, vbi duos Principes, ad quos ſumma rerum deuenerat, eam diſtraxerunt: Hominum pauci libertatem, magna pars legitimi dominatus regimen volunt, & quamdam Monarchiæ imaginem in cæteris animalibus videmus. *Muta animalia, & ferarum greges ductores ſequuntur ſuos, in Apibus Principes ſunt: Grues vnam ſequuntur ordine literato: Imperator vnus: Iudex vnus prouinciæ, Roma vt condita eſt, & duos ſimul fratres reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero Eſau, & Iacob bella geſſerunt, ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipreſbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.* Inquit Hieronimum: *in Domo vnus Dominus: in quàmuis grandi exercitu vnius ſignum expectatur: Et ne plura replicando faſtidium legenti faciam, per hac omnia ad illud tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum, ſed viuere debere ſub vnius diſciplina patris, conſortioq; multorum.*

Inſti lib p. Hiſtor.

Hieron. Epiſt. 4. cap. 6.

Cum igitur Eccleſia, quæ militat aduerſus Poteſtates & Principatus tenebrarum harum, Cœtus fidelium

ſit

Digitized by Google

ſit ipſam quoque ratione aliqua regiminis indigere neceſſario ſequitur, quod nullus etiam Sectariorum negát.

Verum quia nullæ aliæ gubernationis formæ nobis hactenus innotuére, quàm, Monarchiæ, Ariſtocratiæ & Democratiæ, ſiue aliarum quatuor, quæ ex his ſimplicibus mixtæ ſunt, profecto vel alteri prædictarum reſpondere Eccleſiaſticum regimen, vel nouum comminiſci opus erit.

Quamuis poſt Lutherum, & Caluinum recentiores Angliæ Proteſtantes nobis impingant, cuncta hæc politica nomina, parum apte ad Eccleſiæ regimen referri, haud ſatis animaduertentes, quod in genere vt aiunt ſimpliciter conſiderata, neque ad politicam, neque ad Eccleſiaſticam gubernationem pertineant, ſed ab vtraque abſtracta, & ſubducta omnino ſint, ad vtramque tamen, per ſuas certas differentias, contrahi poterunt, neque genere differrent, ſed ſpecie tantum, & hoc ſufficit, vt ab inuicem nedum diſtinguantur, ſed longè diſtent, & quamuis Politica doceat, quatenus hęc in vniuerſum, & abſtracta conſiderantur, quæ ſit vniuſcuiuſque ratio, natura, vtilitas, & quis finis, aliaque huiuſmodi, non tamen inconcinne Eccleſiaſtico regimini, vnius, vel alterius ipſarum forma aptatur, nomenque tribuitur, cum ordini naturæ, ipſique rationi conſentanea ſint, à quibus Eccleſia numquam recedit, quamobrem Theologiam ipſam quam plura mutuari videmus à Philoſophia, quæ eidem ſubalternata famulantur, nempe ratiocinandi, diſtinguendi & diffiniendi modos, & hiſce ſimilia: ſunt autem Scientiæ omnes ad inuicem ſubordinatæ, vt vna alteri inſeruiat.

Ex prædicta vero diuerſa gubernandi ratione, Monarchiam ſimpliciter, & abſolute conſideratam, eſſe cæterarum omnium optimam, nedum Plato, & Ariſtoteles teſtantur, ſed quotquot Philoſophi, Oratores, Poetæ Hiſtorici, & Theologi, ab orbe condito extiterunt, omnes pari conſenſu in hanc iuére ſententiam, quod præ cæteris ſalutem, vtilitatem, felicitatemque populorum, tamquam præcipuum finem, ſibi proponat, quos omnes recenſére nimis longum, & ſuperuacaneum eſſet in re ſatis per ſe nota.

Apud C. Bellar d. Rom. Pont. lib. 1 cap. 1. & Coccium Theſaur. p. p. lib. 7. art 2.

Vt igitur Eccleſia triumphans, ab vno regitur, eodemque ſapientiſſimo, ac potentiſſimo Moderatore, qui ſolus cuncta gubernat, neque conſortem vllum tanti Imperij ferre poteſt, eodem pacto hæc militans, in terris, ſub vno capite cœpit à Chriſto, & ab eo ſub vnius Dominatu perpetua, & nunquam interrupta ſummorum Sacerdotum ſerie, creuit, atque ad extremum vſque mundi interitum eadem forma regiminis moderabitur, nimirum quia Dei opera cuncta vndique perfecta, & numeris omnibus abſoluta ſunt, pacis intereſt omnem poteſtatem ad vnum referri, Eccleſiæ ſalus inquit Hieronymus, *à ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui niſi non exors quædam, & ab hominibus eminens donatur poteſtas; tot in Eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes*, vnus ergo in Eccleſia Princeps, qui fideles regat, inſtruat, coerceat, dirigat, & ad vtramque perducat felicitatem: Nolunt entia malè diſponi.

Hieron. dialog. aduerſus Lucifera. cap. 4.

Sed quoniam Eccleſia non inuiſibilis, quæ modo appareat, modo latitet, vt ſomniantes fabulantur hæretici, omnes ne Iudicem vllum habeant, qui eorum

Digitized by Google

damnet errores, plectat peruicaciam, ſed viſibile corpus congregationis fidelium eſt, viſibile itaque Caput eidem præfecit Chriſtus Dominus, vnum ſcilicet Petrum, eiuſque in Romana ſede ſucceſſores, qui vices ipſius in terris gererent, dum ipſe ab hac ſua Eccleſia viſibili præſentia abeſt, quamuis cum ea vſque ad conſummationem ſeculi permanſurus ſit, quod Catholica veritas ſemper docuit & aſſeruit.

Duplicem verò à Ieſu Clauium poteſtatem primo ipſi Petro, & ſucceſſiuè deinde cæteris Apoſtolis traditam fuiſſe, ordinis nimirum, & Iuriſdictionis, axioma Catholicum eſt.

Apoſtoli igitur, licet æqualem cum Petro poteſtatē à Chriſto acceperint, quod neceſſum fuit in ipſis Eccleſiæ primordijs, poſt quam ſolus Petrus ad fidem in toto orbe diſſeminandam, per ſe par minime erat, vnde Apoſtoli aliquo modo ipſi æquales dici poſſe docet Cyprianus & *Hieronymus*. *At dicis ſuper Petrum fundatur Eccleſia licet idipſum alio in loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues Regni Cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt Capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio*, ad vnitatem igitur ſeruandam cæteros Apoſtolos licet dignitate, & poteſtate pares vni Petro Chriſtus ſubiecit, quamobrem & ipſo longe inferiores fuiſſe diſſerit Leo ſanctiſſimus Pontifex.

Cyprian. d. vnitate Eccleſ.

Hier. lib. 1. aduerſ. Iouin.

Inter beatiſſimos inquit *Apoſtolos in ſimilitudine honoris, fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret* &c. ſiquidem omnibus ſimul, vti delegatis collatam fuiſſe demon-

Leo epiſt. 24. ad Auguſt. Theſſal.

Digitized by Google

Io.cap 20 ſtrant verba illa Domini, apud Ioan. *Sicut miſit me viuen Pater, ita & ego mitto vos* &c. miſſus igitur filius à Patre mittit Apoſtolos, quam quidem miſſionem meram eſſe delegationem, nullus Iuriſtarum non affirmabit: at Petro quem Chriſtus mutato nomine Simonis, appellauit Cæpham, id eſt Petram, quia ſuper ipſam præcipuè Eccleſiam ſuam fundare conſtituerat, ſeorſum ab alijs tribuitur ordinaria, & pleniſſima Clauium poteſtas, cum eidem Agnorum & Ouium totius ſui gregis, vniuerſalis nempe Eccleſiæ regimen Dominus concredidit, Paſtoremque ſummum, & Iudicem ordinarium, cum ſupremæ poteſtatis plenitudine conſtituit, cui etiam ipſos Apoſtolos, ſub Ouium ſignificatione ſubieciſſe, Patres omnes Græci, & Latini vno ore affirmant, & Concilia itidem aſſerunt, quorum maximam ſeriem apud illuſtriſſimum Card. Bellarminum & apud Coccium videre poteris recenſitam. Petri igitur, & Apoſtolorum poteſtas, eadem ſpecie differt, qua iuriſdictio ordinaria à delegata diſtinguitur, quarum altera pleno iure tranſit in ſucceſſores, altera verò morte delegati finitur.

Io.cap.21

C. Bell. d. Rom. Pont. lib. p. cap. 16. 26. ibique Coccius. Theſaur. p. p. lib. 7. art. 4.

Quamobrem ipſe ſolus vti ſupremus, & ordinarius vniuerſæ Eccleſiæ Paſtor à Chriſto fuit Epiſcopus ordinatus, cæteri autem Apoſtoli ab eo, in vltima cæna Sacerdotes tantummodo, Epiſcopi verò conſecrati poſtea à Petro fuerunt, vt ipſi in partem regiminis ſocij, & adiutores fierent, à quo vt inquit Anacl. *Sacerdotalis ordo in nouo teſtamento cæpit*, vnde Chryſoſtomus *Quidquid geſſerunt Apoſtoli, geſſit per ipſos, & Petrus*, hallucinantur ergo Proteſtantes Angli, quorum aliqui vt hoc euitent,

Anacl. epiſt. p.

Digitized by Google

Epiſcopatum cum Apoſtolatu connexum dicunt, aliqui autem Apoſtolos fuiſſe Epiſcopos negant, quorum errores Turrecremata & Card. Bellarminus clariſſimè reuincunt.

C. Bell. d. lib. p. cap. 23. ibique. Gretſer.

Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſuffecti quidem ſunt, ordine ſcilicet & dignitate, at non poteſtate æquali; ſiquidem Iuriſdictio Apoſtolis delegata, non potuit ad ſucceſſores pertranſire, ſed in ſummum Pontificem, qui Chriſti delegantis vices gerit, omnis redacta fuit, atque hinc fit, quod ipſe ſolus dicatur Apoſtolicus, Pater Patrum, & ſicuti Petrus Apoſtolorum Princeps fuit, identidem ille Princeps Epiſcoporum appelletur, atq; omnium Eccleſiarum gubernacula ſubeat, omniumque fidelium curam gerat, vnde Bernardus ad Eugenium, *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram* &c. *de Apoſtolis* explicando, inquit *eis tu ſucceſſiſti in hæreditatem, ita tu hæres, & Orbis hæreditas.*

Tertull. d. pudi. cap. 1. 13. & 21.

Bern. lib. d. conſid. in princ.

Non ergo Epiſcopos in Iuriſdictionem Apoſtolorum immediate ſucceſſiſſe dicimus, ſed omnem eorum Poteſtatem Romano Pontifici acceptam cuncti referre debent, quoniam ſolius Pontificis iudicio, in vniuerſo orbe leguntur, Eccleſijſque ſingulis præficiuntur, contracta poteſtate infra limites Diæceſum vniuſcuiuſque, quas vltra iuriſdictionis actus exercere canon Apoſtolorum; Concil. Nicen.; Conſtantinopol. p. Cartag. p. Antiochen. can. 9. Trull. Aurelian 3. vetarunt, ipſe vero qui poteſtatem nulla Diæceſis limitatione, non ſuburbicarijs finibus concluſam, ſed ſummam, ſed abſolutam & in omnes fideles ampliſſimam, à Chriſto immediatè ſemper habet, Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos

Can. 6. Can. Arab. 30. ait. 1. cap. 22. Can. 30. Can. 9. Can. 20. Cap. 15.

quoſcunque conſtituere, ſolio mouere, reſtituere, arguere, docere, coercere, ſuſpendere, ligare, & ſoluere, eorumque cauſas cognoſcere, & decidere proprio iure poteſt, Anthemius, & Photius Conſtantinopolitani &c. ſede expulſi experti ſunt, Ignatius, & Athanaſius iniuſte eiecti & Pontificum iuſſu reſtituti comprobarunt, pluraque alia exempla, hiſce ſimillima, quæ recenſere poſſem, volens prætereo: ſed Cyprianus, quatuor ſimilitudinibus, rem hanc pulcherrime explicauit, dum Petri ſedem comparauit capiti, radici, fonti, & ſoli, vt Epiſcopos veluti membra, ramos, riuulos, & radios, à Romano Pontifice poteſtatem ſumere, demonſtraret.

C Bell d. Rom. Pont lib. 1. cap. 18 ad 1. & Ibidem. Prethet. in defens Cypria. de vnit. Eccleſ.

Falſa igitur, & hæretica eſt ſecunda pars huius primi Cap. quæ Apoſtolos, etiam ratione Iuriſdictionis, ad inuicem ita pares fuiſſe aſſerit, vt nulla inter eos prærogatiua extiterit, quam nec bene communiuit hac farragine locorum, quæ vel falſo, vel perperàm adduxit.

Digitized by Google

CAPITIS PRIMI.

EXPVNCTIO

AD probationem aſſertionis huius plures attulit locos, quorum licet nonnullos iam explicarint Illuſtriſſimi Cardinales Baronius, & Bellarminus, reſponderintque ſatis, ſuperque veteribus Hæreticis, qui eoſdem excitarunt, nouus iſte nugarum Rapſodiator, reſponſa, & explicationes ipſorum ſilentio, vt plurimum prætetit, quamobrem ſatis eſſe duxi, eorundem Cardinalium locos indigitare, ne iam dicta denuo repetam, & ab re tranſcribam.

N. Math. cap. vltim. *Euntes docete omnes gentes.* &c. Ioan. cap. 20. *ſicut pater miſit me ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum.* &c. Math. & Lucæ cap. 10. Marc. cap. 3. vbi poteſtatem dæmonia expellendi, & ægros curandi omnibus dedit Apoſtolis. Perperã.

EADEM olim adduxerunt Luther. in lib. d. Poteſt. Papæ, Caluin. Inſtit. lib. 4. cap. 6. §. 4. Mandeburg. Centuriat. p. p. li. p. & nouiſſime ſit M. Antonius lib. p. d. Repub. ſed hæc omnino a propoſito diſtant; munera ſi- Luther & Caluin.

Digitized by Google

niam Diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen ſpeciali à Domino Petri cura ſuſcipitur & pro Petri fide proprie ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit; In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur, &c. Audi eundem Leonem hoc explicantem Epiſt. ad Dioſchorum Alexand. *Beatiſſimus Petrus Apoſtolorum à Domino accepit Principatum, & Romana Eccleſia in eius permanet inſtituto*: Rurſus Epiſt.73. ad Epiſcop. Vienn; *Sed huius muneris ſacramentum, ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe Myſterij diuini intelligeret eſſe, qui auſus fuiſſet à Petri ſocietate recedere.*

Videas in ſermone.2. & 3.in Anniuerſario ſuæ aſſumptionis ad Põtificatum,& hom.d. transfig.Domini c.p.

N. Anacl.Epiſt.ad Epiſc.Italiæ,*Cæteri vero Apoſtoli cum eodem pari conſortio,honorem,& poteſtatem acceperunt*,&c. Mutilat.

SEd reticuit hęc quę precedũt, *A Petro ſacerdotalis cepit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, hic ergo ligandi atque ſoluendi poteſtatẽ primus accepit à Domino, primuſque ad fidem Populum virtute ſuæ prædicationis adduxit; cæteri vero Apoſtoli.* &c. & ſequentia, *ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt.*

N. Cyprian. d.vnit. Eccleſ. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis. Mutilat.

SEd hunc locum, more conſueto, mutilando, reticuit præcedentia quæ ſupra adducta explicant, & Petrum Eccleſię fundamentum, & caput ita fuiſſe demonſtrant, vt ipſum Apoſtolorum Principem verum, & ſummũ Cyprianus agnouerit, cum enim ſupra dixiſſet, Hæreticos Idolorum vice à Diabolo ſuffectos, cauſamque eam hæreſum attuliſſet, quia ſcilicet ad vnitatis originem non reditur, nec Caput vnum in Eccleſia quæritur, Caput iſtud Petrum eſſe protinus declarat inquiens, *Loquitur Dominus ad Petrum; Ego tibi dico inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtã Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, & quæ ligaueris.* &c. *& iterum eidẽ poſt reſurrectionem ſuã dicit Paſce Oues meas, ſuper illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat Oues ſuas, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos* &c. *tamen vt vnitatem manifeſtaret vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis, eiuſdem originem ab vno incipiente ſua auctoritate diſpoſuit, Hoc erant vtique & Cæteri Apoſtoli.* &c.

Porrò Chriſtus qui Caput eſt Eccleſiæ, ad Patrem commigraturus, imminente eius paſſionis tempore, Patrem ipſum rogauit, vt quos ſibi dederat in hac mortali peregrinatione ſocios, ita ſeruaret, vt fidei, & charitatis vinculo connexi ſimul in vnum perpetuo concordes manerent, quemadmodum Pater, & ipſe vnum ſunt, Ioan. cap. 18. & quo facilius eorum cætus vnitas perduraret, vni Petro Eccleſiæ ſuæ regimen commendauit, & Oues ſuas, eius vice paſcendas concredidit, vnum denique illum Apoſtolorum Principem deſignauit, vt dum ipſe quidem in Cœlis auctor eſſet vnitatis perpetuæ, Petrus, & quiſquis ei ſucceſſor extitiſſet eiuſ-

Digitized by Google

dem vnitatis retinendæ fundamētum, forma, & cauſa in Eccleſia militanti pariter eſſet; vnitatis itaq; conſtituēdæ principium Chriſtus, & eius vice ſeruādæ in terra Petrus habetur. Atque hoc ſibi volunt adducta Cypriani verba, vides igitur vt non innuat, ſed apertis explicet verbis hanc ſuper omnes Apoſtolos prærogatiuam Petri, quam & apertius quoque ſequentibus aſſerit: *Sed exordium ab vnitate proficiſcitur, Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur* &c. perlege ipſum Cyprianum Epiſt. 49. 69. & 70. & exhortatione ad martyrium cap. XI. adde eundem Epiſt 55. *Petrus autem, ſuper quem ædificata à Domino fuerat Eccleſia, vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens*, & Epiſt. 73. ad Iubacanum *Petro primum Dominus ſuper quem ædificauit Eccleſiam, & vnde vnitatis origine inſtituit, & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit, vt ſolueretur in Cælis, quod ille ſoluiſſet in Terris.*

Quoniam vero locus iſte Cypriani Achilles eſt M. Antonij illum etiam latius examinauimus in expunctione primi eius libri d. repub. cap. 1. vbi & obtruncatus eodem modo, eademque bona fide adfertur.

N. Actorum cap. 1. 8. & 15. numquam legitur ſolius Petri nomine aliquod geſtum eſſe, quamuis præſens extiterit: Mendacium.

Ad p. Act. c. primus ponitur Petrus, ait Lyranus, quia Princeps, & Paſtor, cæteri autem nominantur, addit Rabanus, ne extra hos aliqui falſo recipiantur, paria & ponuntur loca ſingulorum, diſtinguentibus gradibus meritorum.

Surgens Petrus qui ante paſſionem deſignatus, & poſt paſſionem fuerat à Chriſto Princeps Apoſtolo-

Digitized by Google

rum conſtitutus primus igitur loquitur, & negocium ad quod Apoſtolos conuocauerit vt Princeps præponit. Chryſoſt. hom. 3. in cap. 1. act. Καὶ ὡς θερμὸς, καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν ποίμνην, καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος, ἀεὶ πρότερος ἄρχεται τοῦ λόγου. *Quam eſt feruidus quàm agnoſcit creditum à Chriſto gregem quam in hoc Choro Princeps eſt, & vbique primus omnium incipit loqui idem* Chryſoſt. hom. 4. in 2. Act. Καὶ πάντων Πέτρος ἦν τὸ στόμα παρεστήκασι δὲ οἱ ἕνδεκα μαρτυροῦντες τοῖς λεγομένοις *Item Petrus omnium erat os, ſed adſtabant illi vndecim teſtimonio ſuo comprobantes quæ ab illo dicebantur.* Atque idem Chryſoſt. & Oæcumenicus ibi, Petrum inquiunt, tanquam Principem Apoſtolos conuocaſſe, Primumque ſententiã dixiſſe, quoniam ad ipſum pertinebat maiores Eccleſiæ cauſas proponere, atque tractare, & Leo epiſt. ad Michaël. Petrum ait auctoritate ſua vſum eſſe.

Ad octauum verò licet Lutherus in lib. d. poteſt. Papæ ex miſſione Petri & Ioannis poteſtatem æqualem inter Apoſtolos fuiſſe inferat, Caietan. ibidem. 8. *Cum audis inquit, miſerunt, non propterea Petri Principatum neges, nam ſi minor ſimpliciter, & abſolute eſt qui mittitur, etiam impar inuenitur alijs Apoſtolis, mittunt ergo non Imperio, ſed fraterna Charitate, ac impulſione, vt multi fratres mittunt quandoque maiorem, & Capitulares mittunt Epiſcopum quandoque ad Papam, vel ad Cæſarem:* vide Card. Bell. d. Rom. Pontif. libr. prim. cap. 22. & lib. 3. cap. 5. & vtrobique Gretſer. in defenſ. At hæc in Arij blaſphemiam recidit, qui filium patre minorem, eadem cauſa cẽſuit, imo tantum abeſt miſſionem hanc imparitatem aliquam præ ſe ferre, quòd dignitas illorum eo magis emineat, qui ro-

Digitized by Google

gatione inferiorum, negotium ſuſcipiunt, quod auctoritate maiorum aptius peragitur, de quo pulcherrima adducit exempla Cardinal. Baron. tom. 1. anno 35.

Petro potiſſimum delata eſt cura huiuſmodi, quia ad ipſum tanquam Principem Apoſtolorum aggregatio Sammaritanorum ad Eccleſiam pertinebat.

In capite deniq; XV. *Petrus omnium primus ſurrexit Archiapoſtolus inquit Dionyſ. Carthuſianus* ibi vt melius audiretur, & omnium primus diuino ſpiritu afflatus de nationum vocatione præfatur ait Tertullianus d. pudic. c. 22. *vos ſcitis quoniam Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere.* &c.

Agnoſce in verbis hiſce Maieſtatem Pontificis.

Non alterius ex Apoſtolis hoc eſt, qui primus prædicaui gentibus, primuſque ab eis iugum legis excutiam, &c. *voluit vt nos ipſi Apoſtoli primi omnium hanc prouinciam ſubitemus, atque inter nos me primũ ad hanc rem delegauit* &c. adnotat Rabanus, primus ergo ſententiam vt conſueuit, & par erat Petrus dixit, eam ſecuti ſunt alij, quorum primus Iacobus, & ſi dixerit ego iudico, non ſua ſponte aliquid decreuit, ſed iudicio ſuo probauit, quod Petrus diffinierat.

Concilium igitur Petrus coegit & decreti illius auctor fuit, prout Hieron. epiſt. 89. ſiue XI. inter epiſt. Aug. c. 3. & Theodor. epiſt. ad Leonem animaduertunt, non opus fuit in ipſa quoque legatorum miſſione, vel in decreti ſcriptura, Petri nomen adicere, cum totius Synodi nomine de eo ſcriberetur epiſtola, eádem vides in Concilijs omnibus conſuetudinem ſeruatam, quæ licet Romano Pontifice indicente, vel annuente, & probante habeantur, canones tamen, & ſanctiones, vt Concilio-

rum decreta, non Papæ nomine promulgantur.

Falſo. N. Clem. idem aſſerit epiſt.5. Anacletus epiſt. 2. Iacobum à Petro & Ioanne ordinatum eſſe.

Perpetam.

SEd mentitur quoniam de hoc ne verbum quidem facit, quia conſultus Anacletus, quæ ſeruanda forent in conſecratione Epiſcoporum, reſpondet, non minus quam à tribus Epiſcopis agendum eſſe iuxta formam, quam Petrus, Iacobus & Ioannes, præſcripſerunt, quando Iacobum, fratrem Domini, Epiſcopum Hieroſolymitanum ordinarunt.

Perpetam. N. Adducit epiſt. ad Galat. c.1. & 2. quibus locis conatur poſt pſeudoſynodum Smalchadicam, probare, Paulum parem cum Petro habuiſſe poteſtatem, tum quia Euangelium à Chriſto didiciſſe inquit, atque hinc concludit, quod Paulus non à Petro ſed à Chriſto officium Apoſtolatus receperit, tum quia Petro in faciem reſtitit, ipſumque redarguit, vt gloſſ. Auguſt. & Litani ibidem probat, eodem pacto cæteri Apoſtoli pares poteſtate fuerunt Petro, vnde Hieronym. aduerſus Iouin. ſuper omnes Apoſtolos fundatam eſſe Eccleſiam dixit.

Mutilat.

NIhil ad rem, quoniam licet eadem fuerit poteſtas Pauli, aliorumque Apoſtolorum prædicandi, ligandi, & ſoluendi, de iuribus Apoſtolatus non diſceptamus, verùm de Primatu, cuius poteſtas diuerſa quidem ab Apoſtolatus munere ex pluribus deprehenditur, vt ſuo loco probabimus; non igitur par ſimpliciter, & abſolute fuit, quæ Petro eſt collata, quia nimirum ipſe dominium, & authoritatem clauium, vt caput Ec-

Digitized by Google

cleſiæ, & ordinarius ſolus recepit, cæteri autem, vt delegati eam ſunt aſſecuti; quamobrem addit idem Hieronym *Tamen propterea inter duodecim vnus elegitur, vt capite conſtituto Schiſmatis tollatur occaſio*, & libro primo contra Pelagium, & in 16. cap. Math. *Supra ipſum Petrum Eccleſiam eſſe conſtructam affirmat*, idem Chryſoſtom. in Ioan.cap 87.ſequitur Optat. Meluit contra Parmenion. lib.7.audi eundem lococitato lib. prim. cap. 2. *Igitur negare non potes ſcire te in Vrbe Romæ Petro primo cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum Caput Petrus, vnde & Cephas eſt appellatus, in qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli, ſingulas ſibi quiſque defenderet, vt iam Schiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret*: audi Bernard. d. conſiderat. lib. 2. cap. 9. ad Eugenium *Tu es cui claues traditæ, cui oues commiſſæ ſunt, ſunt quidem & alij Cæli Ianitores, & Gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſior, quanto differentius vtrunq; præ ceteris nomen hæreditaſti, habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti ſunt, vni vnus, nec modo ouium, ſed & Paſtorum, tu vnus omnium Paſtor* &c. *cui etiam non dico Epiſcoporum, ſed & Apoſtolorum, ſic abſolute, ſic indiſcrete commiſſæ ſunt oues*, &c. Arnob. in pſalm 138. Leo epiſt. ad Anaſtas. Epiſc. Theſſal. Greg. lib. 4. epiſt. 38. & in p. lib. Regum cap. 4. luculentiſſime Petrus Damian. epiſt. ad Deſider. S. Thom. ad eand. epiſt. ad Galat. C. Bell. d. Rom. Pontif. lib. p. cap. 12. & 27. & lib. 5. cap. 6. & vtrobique Gretſer. C. Baron. tom. p. anno 34.

Et quamuis Paulus redarguerit Petrum, fruſtra eum ex hoc Petro præferre contendit, cuique enim etiam

Digitized by Google

inferiori, vbi neceſſitas exigit, ſuperiorem licet commonere, ſed modus in rebus eſt, ſunt certi denique fines. Cæterum inquit Tertull. d. præſcrip. *ſi reprehenſus eſt Petrus cõuerſationis fuit vitium, non prædicationis* &c. Hiero. itidem ad cap. 2. Epiſt. ad Galat. Ideo Petrus non ægrè tulit, imo ſententiæ Pauli prudens adhæſit, vt cæteris exemplum in futurum præberet, quod Cyprian epiſt. 5. ad Quintum, Auguſtinus epiſt. ad Hieron. & epiſt. 19. & Gregor. homil. 18. in Ezechiel. & S. Thomas. 2. 2. q. 33. 4. ad 2. explicarunt, conſulendi tamen ſunt. C. Baron. tom. p. anno 33. & 51. & C. Bell. lib. 1. d. Rom. Pont. c. 16. ibique Gretſ. in defenſ. potiſſimum verò Suarez lib. 9 d. legib. vbi latiſſimè hac de re diſſerit.

Mutilat. & in aliũ ſenſum. N. Auguſt. ſerm. 3. in feſt. Apoſtol. Petri & Pauli, *Verum* inquit *inter ipſos, quis cui proponatur incertum eſt*, &c.

At hæc quæ ſequuntur non retulit, videlicet, *Puto enim illos æquales eſſe meritis, quia æquales ſunt paſſione*, & ſimul eos fidei deuotionem vinxiſſe, quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe.

Mutilat. & in aliũ ſenſum. Ambroſ. quoque eadem verba præciſe repetit, ſerm. 66. in natal. eorumdem Apoſtolorum, cuius & ea verba pariter obtruncauit, *Puto autem æquales eſſe meritis*. Vides igitur, quam fideliter, & ad rem, eorum adduxit ſententias, ſi quidem nullo pacto, eos Iuriſdictione de qua eſt quęſtio, ad inuicem comparant, ſed Paulo clauem ſcientiæ, Petro autem Iuriſdictionis traditam eſſe dicunt.

Mendacium contra communem Sententiã Patrum. N. Addit quod de Paulo dicitur, idẽ de alijs Apoſtolis dicendum eſt, in quos nullam iuriſdictionem Petrus à Chriſto accepit.

Nulli-

Digitized by Google

nullibi hoc legitur, ſed contrariũ, nam quæ Petrus geſſit, cõmuni Apoſtolorũ voto geſſiſſe apparet Actor. cap. 5.

Contrarium apertè aſſerunt Chryſoſtomus lib. 2. de ſacerdotio, Auguſtinus in cap. Math. 24. Gregorius in lib. d. cura paſtorali in cap. 16 Ambroſius in cap. vlt. Lucæ Eucherius Lugdunenſis in ſermone vigiliæ S. Petri, optimeq; probat C. Bellar. lib. 1. d. Rom. Pont. cap. 15. & 16. & vtrobique Gretſer. in defenſ. aduerſus recentiores Sectarios, & nos infra oſtendemus; in quinto etiam Actorum capite Petrus tanquam ſupremus iudex Ananiam, & Zaphiram proprio damnauit imperio, vt ibi adnotant Beda & Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem, & vbi Apoſtoli ad iudicium vocantur, & ne Chriſti nomine docerent, ipſis Magiſtratus interdicit, Petrus omnium primus, & poſt ipſum alij ſententiam eius probantes reſpondent, oportere magis Deo quàm hominibus parere, vbi veluti Principem Apoſtolorum primo locutum eſſe inquit Liranus, neque aduerſantur gloſſ. ordinaria & Eccleſiaſtica hiſtoria, dum aliorum Apoſtolorum exiliens zelum conſiderant, quo & ipſi reſpondiſſe, veluti impulſi aiunt, nam aperta eſt litera textus vbi Petrum primo reſpondiſſe legitur.

N. Matth. cap. 23. *Nolite vocari Rabbi* &c. item cap. 20. *Scitis quod Principes gentium* &c. Marc. cap. 10. *Scitis quod ij qui videntur principari*, Luc. 23. *Reges gentium* &c. Math. cap. 20. *Reges gentium* &c. Perperam. & in alium ſenſum. Caluin.

CVm Regem dico Tyrannum ſuſpicor, poteſtatem violentam timeo, cum Patrem, & Paſtorem, legitimum & mite imperium intelligo, Regis agnoſco faſtum, & arrogantiam exhorreſco, ſed totam fiduciam

Digitized by Google

in Patre & Paſtore collocandam ſcio, *Quanquam tui me terreat*, inquit Hieronymus epiſt. ad Damaſum, *magnitudo, inuitat tamen humanitas, à Paſtore præſidium ouis peto, cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo loquor*, aliud igitur eſt Paſtorem eſſe, aliud Tyrannicam appetere dominationem, *Cuius vi homines fælicitate corrupti vtplurimum obruuntur*, atque hoc Chriſtus innuit, ideo addit *vos autem non ſic*, quia & regale Sacerdotium vobis contuli, & faciam in gentem vnam in terra, in montibus Iſraël & Rex ſummus erit Dominus imperans Ezechiel. c. 37. ideo Orig. tract. 12. in Math. 20. *Sicut omnia Carnalia in neceſſitate ſunt poſita, non in voluntate, ſpiritualia autem in voluntate, non in neceſſitate: ſic & Principes ſpirituales; Principatus eorum in dilectione ſubiectorum debet eſſe poſitus non in timore corporali*, & Greg. lib. 20. moral. cap. 6. *Circa ſubditos ineſſe debet rectoribus, & iuſte conſolans miſericordia & pie ſæuiens diſciplina.* vnde Auguſtinus tract. 15. in Io. & Greg. ad p. li. Reg. Regnum Chriſti inquiunt eſſe in hoc mundo, ſed non de hoc mundo ſpirituali igitur poteſtate moderandum, quoniam voluit humilitate ſurſum efferri, ſcripſit Nicolaus 1. ad Michaelem epiſt. 1. non humana ſuperbia rurſus in infernum demergi; verum indigna ſunt hæc & alia huiuſcemodi toties confutata, vt in re tanti ponderis, refricentur adhuc, Caluinus eadem oppoſuit lib. 4. inſt. c. XI. §. 8. ad auferendum Pontifici Regium dominatum, omnemque poteſtatem coactiuam, & miraculo tribuit vtrumque imperium Moyſi fuiſſe collatum, cuius pueriles ratiocinationes præclarè diluit C. Bell. lib. 5. d. Rom. Pont. c. X. vide Greg. lib. 2. Paſtor. c. 6. & lib. 3. moral. c. 19. alias 22. & lib. 1. regiſtr.

Digitized by Google

Bernard. denique lib. 2. d. conſid. in princ. pudeat igitur Hiberas hiſce narrare iterum Nenias, etiam M. Anton. qui arcana ex penetralibus eruere profitetur.

N. Tandem aſſertionem hanc probare conatur vulgato illo argumento, quo Nilus, & Lutherus in eorum lib. d poteſt. Papæ, Calu. lib. 4. inſtit. cap. p. §. 4. Mandeb. Centur. lib. p. & 2. alijque inſurgunt recentiores Proteſtantes aduerſus Primatum Rom. Pontif. vtpote, quibus nulla amplius reſtant noua comminiſcēda, ſemper ad eadem redeunt toties refricata canes ad vomitum. Illud autem eſt, quod non ſoli Petro, ſed cæteris quoq; Apoſtolis fuerūt à Domino traditę Claues, Math. 16. ipſique non, vt Petro, ſed vti Eccleſiæ figuram gerenti, quemadmodum eidem fuit dictum, paſce oues meas Ioan. cap. 21.

Nilu. Luther Caluin. Mandeburgenſis

Mendacium contra ſententiam omnium Patrum.

Contrarium ex eo potiſſimū apertiſſime dignoſcitur, quod vbi Apoſtolis poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, poſt reſurrectionem ſuam Dominus tradidit, Ioan. cap. 20. & 23. nullum vnquam de clauibus verbum fecit, ſicut cum Petro eas promiſerat, ea nimirum ratione, quia Clauium traditio dominij tranſlationem deſignat, vulgatum eſt Iuriſtarum Axioma, quod ſoli Petro, vt capiti vniuerſalis Eccleſiæ, & Apoſtolorum Principi contulit, prout animaduertit doctiſſimus Maldonat. ad cit. cap. 16. Math. Eodem quoque pacto ſoli Petro, idem Chriſtus totius ſui gregis curam commendauit, ipſumque vniuerſalem Paſtorem conſtituit, Ioan. d. cap. 21. audi Euſebium Emiſſen. in ſerm. d. natiu. Ioan. dicentem, *Prius Agnos, deinde oues ei cōmiſit, quia non ſolum*

Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit, paſcit igitur Petrus Agnos, paſcit & oues, paſcit filios, paſcit & matres, regit & ſubditos & Prælatos, omnium igitur Paſtor eſt, quia præter Agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.

Audiat Bernard. d. conſid. lib. cap. 8. *Quis es Sacerdos Magnus, ſummus Pontifex, tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, tu es cui claues traditæ, oues creditæ ſunt, ſunt quidem & alij Cæli ianitores, & gregum Paſtores, ſed tu tanto glorioſior, quanto & differentius vtrunque præ ceteris nomen hæreditaſti, habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti, vni vnus, nec modo ouium, ſed & Paſtorum tu vnus omnium Paſtor; vnde id probem quæris? ex verbo Domini, cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſcrete totæ comiſſæ ſunt oues* &c. Et centum alios coaceruare poſſem, ſed in re adeo cunctis vulgata, hæreticos, excipio quia videntes nolunt videre, ſuperuacaneum duxi & loculentiſſimè explicarunt illuſtriſſimi illi duo Cardines S. R. E. Baron. tom. p. anno 34. & Bellar. d. Rom. Pontif. lib. p. cap. *12. 13. 14 15. & 16.*

Locos vero aduerſarius, conſueto more, ad hanc ſententiam confirmandam, coaceruauit, eadem tamen quæ ſupracitati Hæretici in eundem referunt propoſitum nempe.

N. Auguſt. ſerm. 24. de Sanctis in Vig. SS. Apoſt. Petri & Pauli.

Auguſt. ibi *In vno* inquit *Petro figurari vnitatem omnium Paſtorum bonorum.* Verum non hinc Apoſtolorum æqualitas, eo modo deducitur, vt Petrum

fuiſſe Apoſtolorum Principem, eius aſſertione dicamus; ſi quidem Capitis vnitate, tanquam partis præcipuæ membra omnia deſignari videntur, cum Caput dicimus, quoniam in eo vitalem infundit ſpiritum, atque hoc idem innuere cenſeo Cyprianum. d. vnit. Eccleſ. cum & hanc vnitatem in Petro ſignificari; & ab eo, quamuis cæteri Apoſtoli pari eſſent honore, & poteſtate præditi, vnitatis exordium proficiſci dixit, vt vna monſtretur Eccleſia, ab vno ſcilicet, qui eſt fundamentum, & in vno itidem capite, quamobrem Soli, vnde plures radij, Fonti vnde plures riuuli, Radici vnde plura germina oriuntur Eccleſiam comparat, non ergo pluribus, ne Schiſmati præberetur occaſio, Ideo vnam in Eccleſia Cathedram à Chriſto conſtitutam, & hanc Petri eſſe aperte dicit lib. 1. epiſt. 3. lib. 4. epiſt. 8. & in epiſt. ad Iubaian; quoniam vt idem Cyprian. ait epiſt. 3. lib. p. *Neque aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt Schiſmata, quam inde, quòd Vnus in Eccleſia ad tempus, vice Chriſti Sacerdos, & Iudex non agnoſcitur*: item Auguſt. eod. ſerm. Petrum vocat omnium Apoſtolorum primum, quem hic figuram bonorum dicit Paſtorum, Non quod mali etiam & facinoroſi Claues cum Sacramento ordinis non recipiant, niſi aliquando intercedat obex, quo ordinis collatio præpediatur, vel quod ſemel receptas Claues vnquam amittant, quæ irreuocabiliter conferuntur, licet iuſta cauſa, earum aliquando interdicatur vſus, abſit vt Auguſtinum, qui omnium Hæreticorum malleus dicitur, tam turpiter, ac Lutherus lapſum cenſeamus, ſed ideo, quia ſicuti Iudas malorum Pręſulum fuit imago, ita Petrus vices gerens Paſtorum Principis, qui cum ſit

Digitized by Google

eſſentia bonus, animam ſuam pro Ouibus ſuis dedit, ipſe quoque eius imitatione, exemplum, & forma cæteris factus eſt, qui veri, bonique Paſtoris ſunt, quod verbis docuit epiſtola ſua, & re ipſa preſtitit.

N. Idem Auguſt. tract.10. in Ioan. c. 12. vbi inquit, *Si in Petro non eſſet Eccleſiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus, Tibi dabo Claues Regni Cælorum.*

At ego ex verbis Auguſt. hoc potiſſimum elicio myſterium Eccleſię in Petro fuiſſe, quando ſunt ei Claues promiſſæ, vt explicet eas quidem ſuſcepiſſe, vti Caput Eccleſię, ne ipſo decedente collata ſibi iuriſdictio ſimul cum eo extingueretur, in ipſo ergo Sacramentum hoc fuit Eccleſiæ, quod vniuerſam ſignificauit Eccleſiã, vnũ ſcilicet corpus cuius ipſe fuit Caput membra vnitate conglutinans & ſeruans, Præſules videlicet Eccleſiarum inferiorum, qui ab ipſo Petro Claues erant accepturi, ideo ipſemet Auguſt. tract. 50. in Io. *Si hoc Petro tantum, tibi ſcilicet dabo Claues, dictum eſt, non facit hoc Eccleſia, ſi autem hoc in Eccleſia fit, Petrus quando Claues accepit Eccleſiam ſanctam ſignificauit.* Huius loci Caluinus dictionem illam tantum mutilauit.

N. Auguſt. in Pſal. 10. 8. initio, *Quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum proprie pertinere videntur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam, propter primatum, quem in diſcipulis habuit, ſicuti eſt, Tibi dabo Claues Regni Cælorum.*

Equidem Auguſt. ſi ad literam intelligatur, ſententiam noſtram aperte explicat: Quædam, inquit de Petro dicta non habere illuſtrem intellectum, niſi ad

Eccleſiam referantur, vt Petrum ſcilicet, propter Apoſtolatus ſui Primatum, Eccleſiæ perſonam non ficte, ſed verè geſſiſſe ſignificet, in capite enim illud totum repræſentari corpus ſupra diximus, in quod ab eo ſpiritus infunditur, re ergo ipſa vti Eccleſiæ Princeps accepit Claues, prout Idem Auguſt. tract. vlt. in Ioan. ſerm. 23. *d. verba* declarauit, Melius hoc idem Auguſt. explicat in lib. d. Agon. Chriſt. cap. 30. *Non ſine cauſa*, inquiens, *inter Apoſtolos, Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus, huic enim Claues Cælorum data ſunt*, ſed de his ad p. M. Antonij librum latius agemus, eiuſdem Auguſt. pro Petri primatu, quam plures, eoſdemque apertiſſimos locos adferemus.

N. Auguſt. q 9. 79. d. vet. & nou. teſt.

SEd ne verbum quidē ibi de Petro, aut de Apoſtolis; præterea hic liber non eſt Auguſtini, vt conſtat cùm ex ſtylo, tum ex ipſa ratione tractādi, quæ eſt Auguſtino indigna, nam q. 21. negat mulierem eſſe ad imaginem Dei factam, & q. 10. canonē miſſæ reprehendit, & Melchiſedech aſſerit eſſe ſpiritum ſanctum. Neque tamen ſilentio prætereundum erit Auguſtinum in hoc haud ſibi conſtitiſſe, ideo lib. p. retractat. c. 21. inquit ſcripſiſſe in lib. contra epiſtolam Donati quod in Petro tanquam in petra fundata eſſet Eccleſia, & poſtea ſepius dixiſſe Petrum geſſiſſe perſonam Eccleſiæ, quæ ſuper petram ædificata accepit claues; rationē autem, qua ſententiam mutauit eam adfert, quod illi dictum non ſit à Chriſto, Tu es Petra, ſed tu es Petrus; eam tamen quæ probabilior ſit eligendam arbitrio Lectoris relinquit, ſed C. Bellar. lib. 1. d. Rom. Pont. cap. 12. Auguſtinum aperte deceptum

probat quod petram & maſculini & feminini generis æqualiter dici ſyriaca lingua neſcierit.

At cur reticuit reſponſiones. C. Baron. tom. p. anno. 34. & C. Bellar. lib. p. d. Rom. Pontifi. cap. 12; poterant enim ei Sibrandus, Danneus, Vuitakerius, Sutiliuius, & alij nugatores Angli, anſam præbere aliquid blacterandi, vel defenſio Gretſ. in eod. cap. obſtruit os.

Quare tandem eundem non retulit Auguſt. hanc rem dilucide explicantem, quæſt. nou. & veter. teſtam. vbi inquit, *quod in vno Petro, omnes Apoſtoli continebantur*, tract. in Ioan. 124. ibi, *hoc agit Eccleſia, ſpe beata, in hac vita ærumnoſa, cuius Eccleſiæ B. Petus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui Primatum gerebat figurata generalitate perſonam*, idem in cit. Pſalm. 108. ſerm. 23. d. verb. Domini lib. 2. d. baptis. contr. Donat. cap. p. & lib. p. cap. p. contr. epiſt. Pelag. & epiſt. 92. & 162.

N. Eundem citat Auguſt. lib. 7. d. baptis. cap. 51. inquit, *Quod ſi quis Eccleſiam corrigentem contempſerit, tamquam Ethnicus habeatur*, at quorſum hæc?

extra propoſitum.

N Gloſſ. item Hieron. ad cap. 16. Math. & Lyrani.

Perperã. & contra aſſertionem.

At prorſus contrariam probat ſententiam, inquit enim, *Habent quidem hanc iudiciariam poteſtatem omnes alij Apoſtoli* &c. *Petrus autem ideo ſpecialiter accipit, vt omnes intelligant, quod quicumque ab vnitate fidei, & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui, nec Cælum ingredi poteſt*, &c. Ergo Petro vt capiti Eccleſiæ ſpecialiter Claues fuerunt collatæ, & non eo modo quo cæteris Apoſtolis.

Vide Gloſſ. Lyrani &c. Qui *præ cæteris* inquit *confeſſus eſt, præ cæteris donatur Clauibus, non ergo melius quam gloſſ. Hieronymi pro ipſo probat.*

N. Epiſt.

Digitized by Google

N. Epiſt. Leon. 1. ad Epiſcop. Viennen. eſt autem 93. vbi inquit, *Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit nominari, dicendo; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam* &c. ex quibus infert & illa verba dicta ſunt in conſortium indiuiduæ vnitatis, ſcilicet vt vna omnium Apoſtolorum oſtendatur poteſtas, congeritque ad hoc Canones, & authoritates quamplures, ſed veterator more conſueto, reticuit, quæ præcedunt nempe, *Sed huius Muneris ſacramentum; ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere.* Mutila

N. Lucæ 22. vbi Christus *Ego pro te rogaui Petre* &c.

SEd quoniam ex verbis his Theophylactus, Leo, & omnes Patres Græci, & Latini, Petri comprobant Primatum, C. Bellar. d. lib. p. cap. 20. infert Author, cum Pariſienſibus, verba prædicta non propriè de Petro, qui à fide cecidit, ſed de ipſo, vt figuram gerebat Eccleſiæ Catholicæ, cuius fides deficere nullo modo poteſt, interpretanda fore. Contra communem ſententiam Patrum.

Animaduertas rogo, vti Diabolum omnes Apoſtolos impetiturum Chriſtus prænunciet, ſoli tamen Petro dicit, pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, quia inquit Chryſoſtomus Hom. 34. in Math. ad verba illa; Eſtote prudentes &c. c. 10. & 16. *Ille fidem caput Chriſtiani nominis, & te cæterorum caput petet, ego te fidemque tuam protegam*, à capite enim totius corporis pendet ſalus, vnde ſanctiſſimus Leo ſerm. 2. in Natal. Apoſtolor. Petri &

Digitized by Google

tamentum? & ideo plus quam paſſus eſt, acquiſiuit: Acquiſiuit enim Chriſtum patrocinantem, cogitur autem & aduerſarius ſanctos Domini ad ſua damna tentare, dum enim tentat meliores reddit, vt qui tentatur poſſit alios inſtituere, qui ſibi ipſi inualidus videbatur, denique Petrus Eccleſiæ præponitur, poſt quam tentatus à Diabolo eſt, Ideo Chriſtus vt conuerſus aliquando fratres confirmaret eundem commonet: quæ, ſicuti neceſſitas confirmandi nutantes vel lapſos fratres perpetua in Eccleſia futura erat; ita non ſoli Petro dicas cenſeas, ſed ijs quoque omnibus vti mandata accipe qui Petri ſucceſſores vnquam extiterint, errare ergo in fide non poſſe Romanos Pontifices hinc deprehenditur, quomodo enim qui ruit labentibus ferre opem poſſet? neque obijcias Marcellinum Idola veneratum, Liberium, Felicem II. Honorium I. & quoſdam alios Pontifices, quos Sectarij hæreſis nota falſo inſpergunt, quoniam, & quam plures grauiſſimi, integerrimique Auctores haſce Planorum detergunt impoſturas, quos recenſet Coccius p.p. Theſau. lib. 7. art. *11. 12. 13. 14. 15.* & poſtremo, C. Bellarm. d. Rom. Pontif. lib. 4. cap. 8. 9. *10. 11. 12. 13. 14.* vbi Greſ. aduerſus recentiores Momos, & in Greg. VII. latiſſimè C. Baron. ad vnius cuiuſque annum.

Vt autem nihil ad hanc tractationem penitus deſit, omnino conſule C. Bellarm. egregie hæc explicantem, d. Rom. Pontif. lib. 4. cap. 3. vbi ad propoſitum.

Auguſt. Chryſoſt. Theophilact. Felix *1.* Leo, Petrum Chryſo. Bernard. Origen. Cyrill. Theodoret. Hieron. Greg. teſtes adfert, vide etiam C. Baron. tom. pr. ann. 33. quorum authoritatem præferendam eſſe dicte-

rijs, & nugis Sutiliuij, Dann. Vuitakeri, & aliorum Proteſtantium, oſtendit Gretſerius, in defenſ. d. cap. 3.

N. Ergo pergit, ſicuti iſta verba in Petrum directa de Eccleſia intelliguntur, ita & illa, Tu es Petrus de Eccleſia intelligenda ſunt, hanc ſententiam firmarunt Sotus. d. iuſt. & iur.

Falſo. MEndacium iſtud idem Sotus refellat in reſponſ. ad p. argumentum, vbi ad probandum Epiſcopalem ordinem, iure diuino eſſe inſtitutum, quatenus ſimpliciter conſideratur, addit, *Attamen cum eandem authoritatem, vt dictum eſt, perpetuo permanſuram fundaſſet, eo ipſo facto in Apoſtolis, & ſingulariter in Petro, ſingulis futuris Epiſcopis locutus eſt, itaque quod Petro dixit, paſce oues meas, cunctis qui per ipſum creandi eſſent Epiſcopi, dictum voluit, nempe vt eo ipſo, quod quiſque creatus eſſet Epiſcopus, idem ſibi datum diuinitus præceptum intelligeret,* & ad 2. *propterea ſingulariter dictum eſt Petro, paſce, quod quantum ad Iuriſdictionis plenitudinem, ſingulariter ipſum Caput conſtituit.*

Oſcitanter & contra aſſertionem. N. Ambroſ. in ſerm. d. Apoſtolis, *Repetitum eſt à Domino, paſce oues meas, & quas oues, quẽ & Gregem non ſolum tunc beatus Petrus ſuſcepit, ſed & nobis ſuſcepit eas, & in illo nos ſuſcepimus omnes.*

NVllus profectò ſermo hoc titulo inſcriptus, in libris. S. Ambroſij extat, atque tres tantummodo ſermones de Apoſtol. Petro & Paulo conſcripſit, in quorum nulla verba hæc repeŕiuntur, extant verò huiuſmodi verba. d. dign. ſacerd. cap. 2.

At quis non videt, vt noſtram ſententiam comprobant, nam ſi Petrus, etiam pro Epiſcopis Ius iſtud paſcendi à Chriſto recepit, atque in eo omnes acceperunt

Digitized by Google

Epiſcopi, profecto à Petro, veluti à fonte, & radice Epiſcoporum manauit poteſtas, non ergo eam à Deo immediatè habent, ſicuti habuerunt Apoſtoli, ſed à Petro, cui cùm Romanum Pontificem, non ceteros Epiſcopos, in omnem Iuriſdictionem ſuccedere, in animaduerſione probatum ſit, Patrum omnium aſſenſu vnanimi, & conſonis Conciliorum authoritatibus, meritò hæc Ambroſij verba in aduerſarium retorquemus.

N. Auguſt. *Chriſtus commendauit oues vni Petro, in Petro vnitatem commendauit, multi erant Apoſtoli & vni dicit paſce oues meas. &c. Omnes in vno ſunt &c.* Contra aſſertionem.

LOcū Auguſt. vnde verba iſta tranſcripſit minime citat, quæ tamen ſentētiam noſtrum liquido probant.

N. Leo Papa ſerm. 2. d. aſcens; *Cum Petro dixit. Tibi dabo Claues, tranſiuit in alios huius poteſtatis Ius, quodque vni commendatur, omnibus intimatur: & Petro dixit ſingulariter, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma proponitur.* Mutilate oſcitanter & contra aſſertionem.

VErba hæc, in citato ſerm. non extant, ſed in. 2. Natal. S S. Petri, & Pauli, nec omnino eadem, ſed mutilata eſt ſententia, vide vt fidelis teſtis ſit, neque Bibliopolarum incuriæ hoc tribuatur, poſtquam & in ſerm. S. Ambros. ſupra proxime relato, idem eſt error, S. Auguſt locum non refert, verè Canis feſtinans cęcos parit Catulos, verba autem. S. Leonis in d. ſerm. in Natal. S. S. Petri & Pauli hæc ſunt, *Tibi dabo Claues regni Cælorum, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælis, & quæcunque ligaris, &c. Tranſiuit quidem in Apoſtolos alios Ius iſtius poteſtatis, ſed non fruſtra vni commendatur, quod omnibus intimatur, Petro enim ſingulariter hoc creditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma proponitur,* ma-

Digitized by Google

net ergo Petri priuilegium, ex ipſius fertur æquitate iudicium, nec nimia eſt ſeueritas vel remiſſio vbi nil erit ligatum, vel ſolutum, niſi quod Petrus aut ligauerit, aut ſoluerit, &c. videat Lector, an hic locus probet id ad quod adducitur vel expreſſè contrarium concludat.

In alium ſenſum. N. Cyprian. lib. 2. epiſt. 4. *Vnam Chriſtus in vniuerſum inſtituit Eccleſiam, vt in ea multa membra diuiſa ſint, & Epiſcopatum vnum, ſed multorum Epiſcoporum numeroſitate diffuſam.*

EPiſtola eſt ad Antonianum data, qui à Nouatiano ſeductus iam nutare inceperat, ad illum igitur in Eccleſiæ Romanæ communione, & Pontificis ipſius obedientia confirmandum Cyprianus ſcribit, vt quiſq; ex ea cognoſcere poterit. Quamobrem nil aliud verbis hiſce infert, niſi quod firmiter vnitati Eccleſiæ, inhęreat, quæ ſub vno Capite, vno conſtat grege, quod apertiſſimè colligitur ex præcedentibus ibi, *Is, quiſquis ille eſt, qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt qui in Eccleſia Chriſti non eſt,* &c. *Item niſi Epiſcopus tibi videtur, qui Epiſcopo in Eccleſia à ſexdecim Coëpiſcopis, adulter atque extraneus Epiſcopus fieri, à deſertoribus per ambitum nititur, & cum ſit à Chriſto Eccleſia vna.* &c. Atq; ex immediatè ſequentibus, poſt relata ab Authore, videlicet, *Ille poſt Dei traditionem, poſt connexam, & vbique coniunctam Catholicæ Eccleſiæ vnitatem, humanam conatur Eccleſiam facere.*

At quid ſibi verba ſua velint clarius explicet idem Cyprian. lib. d. vnit. Eccleſ; Audi, *Loquitur Dominus ad Petrum, ego dico tibi quia tu es Petrus,* &c. *Et tibi dabo Claues,* &c. *Et iterum.* &c. *Paſce oues meas, ſuper illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas, &*

Digitized by Google

quamuis Apoſtolis omnibus parem poteſtatem tribuat, & dicat, Sicut miſit me Pater. &c. *Accipite Spiritum ſanctum,* &c. *Tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno accipiente, ſua authoritate diſpoſuit, hoc erant vtique cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur, & Paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur,* &c. Et inferius, *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur, Eccleſia quoque vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radij ſed lumen vnum, rami arboris multi ſed robur vnum tenaci radice fundatum, & cum de fonte vno riui plurimi diffluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur, exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine,* &c. *ſic & Eccleſia Domini luce perfuſa per Orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt.* &c. *Vnum tandem Caput eſt, origo vna.* &c. & infra, *At vero quia Chriſti populus non poteſt ſcindi tunica eius per totum textilis, & cohærens diuiſa à poſſidentibus non eſt, Monet ipſe in Euangelio dicens, & erit vnus grex, & vnus Paſtor,* &c.

N. Bernad. d. conſiderat. lib. 3. *Erras ſi vt ſummam ita & ſolam inſtitutam Apoſtolicam veſtram authoritatem exiſtimas, ſi hoc ſentis, diſſentis ab eo qui ait, non eſt poteſtas niſi à Deo.* &c. In alium ſenſum.

VErba hæc in 4. cap. ſunt, quorum ſenſus vt deprehendatur, referre quæ præcedunt opus eſt, nempe, *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, tunc denique tibi licitum cenſeas ſuis Eccleſias mutilare membris, con-*

fundere ordinem, perturbare terminos quos poſuerunt Patres tui, ſi Iuſtitiæ eſt ius cuique ſeruare ſuum, auferre cuiuſquam ſuũ, iuſto quo modo poterit conuenire, erras, &c. poſtea, *non ergo tua ſola poteſtas à Domino, ſunt & mediocres, & inferiores*, &c.

Hoc vnum igitur ſibi vult, ordinum diſtinctiones, qui in Eccleſia ſunt, non temerè confundendas, ac perturbandas fore, & Papę poteſtatem eſſe supremã fatetur, ſed à Deo etiam conſtitutas aſſerit, quæ inferiores ſunt.

N. Addit hucuſque ſcilicet ex locis ſupra relatis, ſatis ſuperque probatum credimus, Apoſtolos æqualem poteſtatem tam ordinis, quam iuriſdictionis à Chriſto habuiſſe, nunc quomodo omnes Epiſcopi de iure diuino Apoſtolis ſucceſſerint demonſtremus.

AD quod comprobandum aciem inſtruit ſcriptorum, & locorum quamplurimum, vt eorum numeroſitate propriam vanitatem oſtentando, maximam ſui ipſius, in imperitos excitet admirationẽ, fidemque mendacijs aucupetur, vel potius propriam patefacit inſcitiam.

Quorum primus eſt Concilij Antiocheni cap. 21. ſed nihil aliud dicit, niſi quod Epiſcopus de ſua Diœceſi in aliam non tranſeat, ſed maneat in Eccleſia, quam ab initio ſortitus eſt. Perperã.

Alter epiſt. p ad Corint. cap. 2. verum ne mulieres ingrediantur Eccleſiam niſi velato capite propter Epiſcopalem dignitatem dicit. Perperã.

Tertius Aug. in qu. nou. & veter. teſtam. Clemens ep. 3. & 5. Alex. ij. epiſt. p. Anacl. ep. 2. Eleuth. ep. vnic. Zepher. epiſt. p. Vrban. epiſt. vnic. cap. viden. 12. q. p. Anther. & Fabian. epiſt. p. & 2. Stephan. & Sixt. epiſt. 2. Damaſ. nulla tenus ad rem tot congerit authoritates.

maſ. epiſt. 4. Leo 1. epiſt. 87. Innoc. in cap. vnic. d. ſacram. vnct. & cap. p. d. ſum. Trinit. & cap. 9. d. pœnitent. Concil. Lateran. ſub Leon. X. Concil. Senen. cap ante penult. Concil. Colonien. in princ. Auguſt. pſalm. 44. Bruchard. lib. 2. cap. 35. Pius epiſt. p. Vrban. epiſt. vnic. Felix epiſt. p. Melchia. epiſt. p. Bonif. epiſt. 2. Horſmid. epiſt. 4. ad Hiſpan. cap. p. Leo epiſt. 44. 60. 67. 70. & 78. ad Epiſcop. Arelaten. ad Anatol. epiſt. 60. & 67. Paulus epiſt. ad Timoth. 3. ad Epheſ. cap. 4. Apoſtoli in epiſt. Ignat. & in conſtit. tom. p. Concil. omnes hi referuntur à Pyghio controu. II. de ordin. Eccleſiaſt. Anicet. & Vrban. I. epiſt. p. Anter. epiſt. vltim. l. ſi quicquam c. d. Epiſcop. & Cleric. Synodus quarta Conſtantin. Gerſon. d. ſtat. Eccleſ. cap. d. ſtatu Prælatorum, cōſiderat. p. Vigner. in inſtut. d. ſacram. ordin. verbo 40. Ioann. d. ſilua in tract. d. benefic. 92. p. p. n. 29. Duran. d. Concil. rub. 4. n. 18. Concil. Conſtantin. contr. Vuiclef. Alfonſus de Caſtro. lib. 6. d. hæreſ. in verb. Epiſcopi.

Profectò cuncta hæc perperàm allata exiſtimes velim, quandoquidem duo tantummodo probent, alterum, quod Epiſcopatus ordo iure diuino ſit inſtitutus, Hanc veritatem Catholica quoque Eccleſia firmiter tenet, eamque Sotus d. iuſt. & iur. lib. x. q. p. art. 4. egregiè explicat, nimirum ſi huiuſmodi dignitas in genere conſideretur, vt ſint Epiſcopi in Eccleſia, & ſingulis Eccleſijs ſuus præſit Epiſcopus, quo ad electionem verò huius, vel illius Epiſcopi, qui huic, vel illi præficitur, nequaquam eſſe iuris diuini electionem, ſed à Papæ iudicio omnino pendere.

Digitized by Google

Alterum, quod Epiſcopi iure diuino in locum Apoſtolorum ſucceſſerint, & hoc ipſa Rom. docet Eccleſia, quatenus Epiſcopatus ordo à Chriſto inſtitutus, primo in Apoſtolis fuit, quorum ſucceſſores Epiſcopi dicuntur non ſimpliciter, & propriè, ſed ſecundum quid, atque impropriè, vt ſuperius ex C. Bellarm. probauimus, ſiquidem vt docet S. Thom. in cap. 12. p. ad Corinth. Apoſtoli receperunt à Chriſto poteſtatem vniuerſaliter in omnes fideles, at Epiſcopi licet eorum loco ſubrogati ſint, non tamen poteſtatem eandem in omnes Eccleſias, ſed quiſque in ſua Diœceſi ius habent; ſolus Papa qui Petro eſt ſubſtitutus, vniuerſalem hanc retinet ſupremam iuriſdictionem.

Quid verò ex his duabus aſſertionibus ſequatur, nunc dicit Epiſcopos ſcilicet omnes, parem cum Rom. Pontifice iuriſdictionem habere, quemadmodum Apoſtoli, ipſi Petro fuerunt æquales.

Falſa concluſio

At ſuperius ſatis ſuperque fuit explicatum, quàm longe differret Petri ſumma poteſtas, ab ea qua cæteri Apoſtoli, ſub ipſo Petro eorum Principe, fuerunt à Chriſto donati, neceſſitati Eccleſiæ totius conſulente, vt tanquam in partem ſollicitudinis vocati, Petro in conſilijs, in laboribus, in regimine, cunctiſque tandem, quæ emergerent negotiis, aſſiſterent, primatu autem vnius, quo cuncta ſuo moderetur arbitrio, veluti glutino Eccleſiæ vnitatem conſeruari Cyprianus demonſtrat, vſus probat, neque ipſi Angli aliter dicerent, qui ſub Rege eorum Eccleſiæ capite, pſeudo Archiepiſcopo Cantaurienſis, totius Angliæ primatum fallò aſſerũt.

Digitized by Google

CAP. SECVNDI ASSERTIO.

N.

EPISCOPVM VRBIS ROMÆ NVLLAM PRÆEMINENTIAM AB APOSTOLIS HABVISSE, QVAM CÆTERI APOſtoli non habuerint.

ANIMADVERSIO.

ILLEMET Petrus, qui numine ſpiritus ſancti afflatus, mentiſque acie euectus, humana traſcendens primus omnium Apoſtolorum diuina ingreſſus penetralia formam Dei agnouit & confeſſus eſt, quæ forma ſerui obuoluta adhuc latebat, meruit ab ipſo Domino in Petram fidei firmam, & immobilem commutari, ſuper quam Petræ illi angulari innixam, quę Iudeorum, & Gentilium fecit vtraq; vnum, Eccleſiam ſuam, viuis conſtructam ex lapidibus, viſibilem

Digitized by Google

fundaret, vt perpetuò in illa conſiſteret, adeo quod infernæ Poteſtates, quamuis nulla alia in hoc ſit rerum Orbe, quæ robori eorum comparari poſſit, fundamenta ipſius ſemper fruſtra concuterent.

Atque huius veræ confeſſionis digna mercede, tanto maiori fuit præ cæteris Apoſtolis inſignitus honore, quanto præ illis excellentius nomen obtinuit à Chriſto Domino, dum ab ipſo Clauium regni Cœlorum tradit*ione, ſupremum Eccleſiæ vniuerſalis dominium, tanquam ipſius Caput, ſolus accepit, vt earum iure, pleniſſimaque in omnes veræ fidei cultores poteſtate, quæcunque in terris obligaſſet, aut ſoluiſſet, perpetuò obligata, & ſoluta in Cœlis quoque forent.

Sicuti igitur Petrum dumtaxat affatur, inquit Chryſoſtomus, Πέτρος ἔκκριτος ἦν τῶν ἀποστόλων, καὶ στόμα τῶν μαθητῶν, καὶ κορυφὴ τοῦ χοροῦ. *Qui os erat Apoſtolorum, Princeps & vertex illius Cœtus*, huic addit Theophylactus Ἰησοῦς ἐνεχείρησε μὲν τῷ Πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν. *Non alijs præfecturam commiſit cuncti illius gregis*; quem non corruptibilis auri, & argẽti, ſed proprij ſanguinis inæſtimabili precio redemit, delens atque reſcindens Chirographum illud, quod aduerſus nos miſerrimos erat conſcriptum, eoque Cruci affixo, grauiſſimo ſoluit iugo, quo immaniſſimus Tartareus Pharao, diro nimis nos detinebat imperio, atq; ita in libertatem vindicatos, in vnum concluſit Ouile, quod nedum Agnos, ordine ſcilicet, & poteſtate inferiores, ſed Oues quoque Matres nimirum quæ Agnis ipſis præſunt (ex vtriſque enim conſtat Grex) intra fidei & Charitatis ſepta excepit.

In Ioann. cap. 21. hom. 87.

In cap. 21. Ioan.

Paſce, illi dicit, oues meas, & ne vniuerſæ iuriſdictio-

Digitized by Google

nis ſummam poteſtatem ad vnius Vrbis diæceſim, anguſtis circumſcriptam finibus cōtrahere impius audeas, Audi Bernardum, *Quas illius, vel illius populos Ciuitatis, aut Religionis, aut certi Regni, oues meas inquit, cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes, nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil,* &c. Eiq; Patres omnes aſſentiuntur, quorum ex Græcis quinquaginta quinque, & ex Latinis octuaginta octo congeſſit Coccius. D. conſid lib. 2. cap. 9. Theſſaur p.p. lib. 7. cap. 4.

Apoſtolos igitur ſupremæ huic Petri ditioni ſubieciſſe ambigere nemo poterit, quod hac vniuerſitate ipſos quoq; Dominus complexus ſit, vt è ſuo grege dicantur, ſicuti enim cum Auguſtino dicam, *In Saluatore omnes erant cauſa Magiſterij, ita & poſt Saluatorem, vt in Petro omnes continerentur, ipſum conſtituit Caput eorum vt Paſtor eſſet Dominici gregis,* &c. *Non dico,* pergit Bernardus, *Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolute & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oues,* &c. Quod ſane verbis illis apertiſſime explicauit cum Petro reſpondenti, tu ſcis Domine quia amo te, paſce Agnos meos, paſce Agnos meos, Oues meas paſce, continuò edixit, ſiquidem eandem inter Agnos & Oues conſtituit differentiam, quam innuit Lucæ 10. vbi deſignatis ſeptuaginta duobus diſcipulis mittens illos ad Euangelium ſuum gentes edocendas, Ecce, inquit, Ego mitto vos ſicut Agnos inter Lupos, & Matthei. x. cum Apoſtolis ipſis munus prædicandi iniungit, Ecce ait, vos mitto, ſicut oues in medio Luporum, vides itaque diſcipulos proprio Chriſti ore Agnos, Apoſtolos verò Oues appellari. Q. 77. vtriuſque teſtam. De conſid lib. 2. cap. 9.

Cum ergo Chriſtus ſuorum fidelium Cœtum, veluti vnius corporis membra, in vnum ſacroſanctæ Eccleſiæ

Digitized by Google

Ouile gregis ad inſtar coëgiſſet, ipſumque aduerſus Tartareæ poteſtatis conatus, ad Mundi ſeneſcentis exitium vſque, hîc militaturum relinquere ſtatuiſſet, eadem ſapientia, qua attingit à fine ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, optimè iam ab æterno cognouerat genus aliquod regiminis in ipſa Eccleſia, conſtituendum eſſe, quo moderata, eamdem fidei & ſpiritus vnitatem, vinculo pacis ſeruaret, corpus namque abſque capite, & grex ſine Paſtore conſiſtere nequit, idque vnum eſſe oportet, ſiquidem non bene ſuccedit multitudo imperantium in vno Regno, Sol vnus eſt, nihilq; ſine eo pulchrum in terra, qui ſi repentè deficiat, omnia videas emori, & deficere, quæ prius viguerant, at ſi duos Soles in Orbem induceres, nimio ardore omnia conflagrarent; monſtrum eſt, non corpus, cui plura præſunt Capita, & plurium æqualis poteſtas Imperium facile diſtrahit, quamobrem, & ſapientiſſimus Deus, vt cunctis proſpiceret futuris Eccleſiæ neceſſitatibus, vnum ipſi Petrum, vice ſua Caput & moderatorem conſtituit; abſurdum itaque foret exiſtimare, impium verò aſſerere, quod huic myſtico, & viſibili corpori ea lege viſibile Caput præfecerit, vt eo ſublato diſſolueretur, ſicuti obtruncato capite corpus humanum diſſolui, & corrumpi neceſſe eſt, adeo quod Grex perpetuo deſtitutus, nullum amplius Ducem, aut Paſtorem ſibi præſto cernerent, à quo moderari, doceri, paſci, & tueri deberent, & ad quem vbi neceſſitate vrgerentur, poſſent tutò confugere, paruulique peterent panem, & qui frangeret eis nullus reperiretur, ac ſi de ipſis infauſtum illud vaticinium eſſet, Percutiam Paſto-

rem, & diſpergentur oues gregis, ipſe namque prouidentiæ ſuæ lance, omnia penſitat, & quæ nobis futura ſunt vno intuitu præſentia cernit, prior amauit, & poſterior deſerit, diuinam in Eccleſia Monarchiam cum ipſa ad extremum vſque diem, in ſucceſſoribus Petri, perduraturam inſtituit, eiuſdem Chriſti verba ſunt, quod ſi non credis, verbis, & rebus ipſis, & operibus crede, fac periculum, & vera comperies, perpetua ſucceſſione Pontificum, à Petro ad Paulum V. vſq; nunquam obtruncata; *Numera tu mihi Proteſtantium tuorum in Eccleſia Anglicana* (cum Auguſtino te alloquor) *Sacerdotes, vel ab ipſa ſede Petri, & in ordine illo Patrum, quis cui ſucceſſerit.* &c. Incipe ab illo Henrico, qui furijs impudiciſſimæ libidinis actus primus in ea primatum ſibi vindicauit, perge ad fæminam, vt fabula illa Papiſſæ, quam falſò in nos commenti eſtis, veriùs de vobis narretur, & ab ea ad Puerum: at non te pudet illam deſeruiſſe Eccleſiam, in qua ſucceſſio Sacerdotum, ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum, ſi Auguſtino credis te retinere debebat.

Chryſoſt. Homil. cũ de expulſione eius ageret.

In pſalm. contr. part. Donat.

Cont. epiſt. fũd cap. 4.

At videas quanta vis ſit veritatis, hoc idem fateri ſunt coacti etiam maximi illi Nouatorum Anteambulones audi Ioannem Vuicleuum, *Suppono iterum quod Romanus Pontifex ſummus Chriſti Vicarius in terris ſit* &c. Ioannem de Bezimbra Vſſitam. *Profiteor fideli cordi & ore, quia omni voluntate, & deſiderio ſum in ſpe, & eſſe cupio in re, ex integro inuiolabiliter, & inſeparabiliter membrum S. Matris Eccleſiæ, Catholicæ, vniuerſalis, & Romanæ, per totum orbem diffuſæ, in Apoſtolicis ſedibus à beato Petro Apoſtolorum Principe fundatæ, & vſque modo continuatæ.* &c.

Epiſt. ad Vrban. VI.

In profeſſ. fidei.

Digitized by Google

Nec Lutherus reticuit, qui ad Leonem. X. ſcripſit, *Quare Beatiſſime Pater, proſtratum me pedibus Beatitudinis tuæ offero, cum omnibus, quæ ſum, & habeo, viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba vocem tuam, vocem Chriſti in te præſidentis & loquentis agnoſcam*, rurſus.

In priori-bus reſolut. priorum propoſit.

Primum, quod me mouet, Romanum Pontificem eſſe, alijs omnibus, quos ſaltem nouerim Pontifices, ſe gerere ſuperiorem, eſt voluntas Dei, quam in ipſo facto videmus, neque enim ſine voluntate Dei, in hanc Monarchiam venire vnquam potuiſſet Romanus Pontifex, at voluntas Dei, quo quomodo fuerit nota, cum reuerentia ſuſcipienda eſt, ideoque non licet temere Rom. Pontifici in ſuo Primatu reſiſtere. Hęc autem ratio tanta eſt, vt etiam ſi nulla cauſa eſſet, hęc tamen ſatis ſit, ad compeſcẽdam temeritatẽ, reſiſtentium, idemq; repetit.

In reſolut aliar. propoſit.

In declara. denuo aliorum Articul.

Et Martinus Bucerus, *Ingenue confitemur, apud veteris Eccleſiæ Patres, Rom. Eccleſiam præ cæteris Primatum obtinuiſſe, vt quæ Cathedrã D. Petri habeat, cuiuſque Epiſcopi ſucceſſores, Petri fere ſemper habiti ſunt.*

In præparatione ad Concilium.

Eraſmus quoq; *quemadmodum expedit ad arcenda ſchiſmata, vnum eſſe R. Pontificem, qui præſideat Eccleſijs omnibus, ita eadem ratione expedit, vt multæ Ciuitates vni pareant Epiſcopo*, Idem, *tot ſcriptis tribuo Rom. Pontifici Eccleſiæ Primatum, frementibus cunctis qui Rom. Pontifici mala volunt*, tuo nunc gladio te iugula.

De ratione concion.

in ſpongia contra Hutter.

Aſſertio igitur huius capitis hæretica eſt, quæ Primatum, non à Chriſto, ſed ab Apoſtolis Petro conceſſum, & Apoſtolos iuriſdictione ordinaria æquales, adeoque Epiſcopos omnes Romano Pontifici poteſtate pares aſſerit.

in comment. epiſt. Hier. ad Damas. & in reſp. ad exhorta. Alb. Pij. & in com. ad Arnob. in Pſalt.

Et quæcumque in ea adducuntur, perperàm, in alium ſenſum, vel falsò recenſentur.

Expunctio

Digitized by Google

CAP. SECVNDI EXPVNCTIO.

N. APOSTOLOS æqualiter inſtitutos eſſe, atque inter Epiſcopos eorum ſucceſſores, nullam præcedentiam dari poſſe, iam apparet. Mendacium. 3

EST hæreſis omnibus Sectarijs communis, atque hoc argumento vtitur Cytreus, quem refellit C. Bellarm. d. Rom. Pontif. lib. 3 cap. 23. error. 12. Et impiè mentitur contra expreſſa Euangelij verba. Cytreus.

N. Matth. cap. 16. & 18. Ioann. 21. dum inquit, Romanus Pontifex, nullo expreſſo iure, præeminentiam ſuper alios, oſtendere hucuſque poterit. Mendacium.

AT mendacijs, quę hauſit ex impijs Caluini, Lutheri, & Illirici libris, confutare forſan poterit, tot tantorumque Patrum ſententias, qui Romani Pontificis Primatum, diſertis probant verbis, quorum ex Græcis & Latinis innumeros recenſet Coccius p. p. Theſaur. lib. 7. art. 6. 7. & alios refert C. Bellar. d. Rom. Pontific. lib. p. cap. 10. ad 26.

Verùm huius peruicaciæ reuincat errorem Ioannes

Digitized by Google

Gerſon, vir ſane haud adeò propenſus in Romanos Pontifices, Iudicem ipſum aduoco, eius itaque audiat ſententiam, d. ſtat. Eccleſ. conſider.p. *Status Papalis*, inquit, *institutus eſt à Chriſto ſupernaturaliter, & immediatè, tanquam Primatum habens Monarchicum, & regalem in Eccleſiæ Hierarchia, ſecundum quem ſtatum vnicum, & ſupremum, Eccleſia militans dicitur vna ſub Chriſto, quem ſtatum, quiſquis impugnare vel diminuere, vel alicui Eccleſiaſtico ſtatui particulari coæquare præſumit, ſi in hoc pertinaciter faciat, Hæreticus eſt, Schiſmaticus, impius, atque ſacrilegus; cadit enim in hæreſim toties expreſſè damnatam, à principio totius Eccleſiæ, vſque hodie, tam per inſtitutionem Chriſti, de Primatu Petri, ſuper alios Apoſtolos, quàm per traditionem totius Eccleſiæ in ſacris eloquijs ſuis, & generalibus Concilijs* &c. *non eſt licitum ſcienter impedire quo minus ſit vnus talis ſupremus Pontifex in Eccleſia, in quo ſit Eccleſiæ poteſtatis plenitudo, & quod non ſint plures, in quibus tanquam Eccleſiaſticum regimen, deſinere poſſet eſſe Monarchicum, & in aliam politiæ ſpeciem, vt in Ariſtocraticam, aut Democraticam verteretur, quamuis Papatus has politiarum ſpecies non excludat, ſed aſſumat quemadmodum de ſacro Dominorum Cardinalium Collegio, & Generali Concilio videre eſt.*

Perperā. N. Sed ex ordinationibus Apoſtolorum contrarium aſtrui poſſe reſpondet, qui Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis præeminentiam quandam dederunt, quæ Papæ data non apparet, ſed negatiua probatur, vbi in ſcriptis non legitur, quod deſideratur. Clemens epiſt. p. ad Iacobum hoc probat, *In illis Ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos, primi flamines eorum atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel Pa-*

Contra propriam ſententiam.

triarchas, *B. Petrus præcepit*, *qui reliquorum Epiſcoporum cauſis*, *& maiora quoties neceſſe foret*, *negocia in fide agitarent* &c.& paulo poſt, *In illis autem Ciuitatibus*, *in quibus dudum apud prædictos*, *erant Archiflamines*, *quos tamen minores tenebant*, *quam memoratos Primates*, *Archiepiſcopos inſtitui præcepit*, & infra, *in ſingulis verò reliquis Ciuitatibus*, *ſingulos*, *& non binos*, *vel ternos*, *aut plures Epiſcopos conſtitui præcepit*, *qui non Primatuum*, *aut Archiepiſcoporum*, *aut Metropolitanorum nomine*, *quia Matres ciuitates tenent*, *ſed Epiſcoporum tantum vocabulo potirentur*; *quod totum in iure canon. poſitum eſt in cap. in illis diſt. 80.*

At hæc ipſa epiſtola reſpondeat, B. Petrus præcepit hæc omnia, ergo Petri iuſſu geſta ſunt, non Apoſtoli propria authoritate fecerunt.

N. Anacl. epiſt. 2. ad Epiſcop. Italiæ, *Leges diuinæ*, *& Eccleſiaſticæ in Ciuitatibus Patriarchas*, *& Epiſcopos poni ſtatuerunt.*

Epiſtolæ huius verba aliter ſe habent videlicet, *Ipſiſque Ciuitatibus Patriarchas*, *vel Primates*, *qui vnam formam tenent*, *licet diuerſa ſint nomina*, *leges diuinæ*, *& Eccleſiæ poni*, *& eſſe iuſſerunt*, *ad quos Epiſcopi*, *ſi neceſſe fuerit*, *confugerent*, *eoſque apellarent* & infra. Perperã.

N. *Inſtituente Domino formam ordinandi Epiſcopos Apoſtoli tradiderunt.* Falſo.

Verba hæc in illa epiſtola, reperire neſciui, ſed tantantùm legi in verſ. porro, *Idcirco inſtituente Domino*, *fieri videtur*, *ne aliquid contra fidem Eccleſiæ vnius*, *tyrannica authoritate moliretur*, vide vt pro libito detrahunt & addunt neque tamen ad rem, excæcat eos malitia eorum.

Digitized by Google

Falſo. N. Epiſt. 3. eiuſdem Anacl. *Apoſtoli ſtatuerunt quis eorum primus & potior eſſet.*

At ibi aliter legitur, *Nam & inter Beatos Apoſtolos,* inquit, *quædam fuit diſcretio, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet* &c. Illud verbum voluerunt non infert conſenſum inſtituentis, ſed optemperantis, approbantis, & agnoſcentis dumtaxat.

Falſo & Perperã. N. Ex epiſt. 2. Caliſt. 1. *Primates, Metropolitani, & Epiſcopi, nihil extra eorum prouincias, & Diæceſes agant, nec ordinent, nec iudicent, vt ab Apoſtolis, & Patribus ſtatutum fuit.*

Non reperi hæc verba in dicta epiſt. legi dumtaxat, *Nullus autem Primas, vel Metropolitanus Diæceſani Eccleſiam, vel Parrochiam, aut aliquem de eius Parrochia, præſumat ex communicare, vel iudicare, aut aliquid agere, abſque eius conſilio, vel iudicio, ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, ac Patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum.*

Dolomalo & Perperã. N. Concilio, inquit, Antiocheno cap. 13. 19. & 21. Sancitum eſt, ne Epiſcopi ab vna, in aliam tranſeant Diæceſim, & ne in aliena Diæceſi Clericos ordinent, abſque licentia Ordinarij.

Licet Canonum iſtorum decreta nullatenus Pontificem attingant, qui Epiſcopus ſanè & ſi ſit, cæteris Coepiſcopis, ordine æqualis, iuriſdictione tamen omnes præcellit, C. Bellar. d. Rom. Pontific. lib. 2. cap. 27. quamobrem communi Epiſcoporum lege complecti non poteſt, haud tamen prætereundum eſt quod bonus vir reticuit huiuſmodi Concilium ab Eccleſia non reci-

Digitized by Google

pi inter Synodos legitimas, quod à Iulio Pontifice improbatum fuerit, C. Bellar. d. concil. lib. p. cap. 6. C. Baron. tom. 3. anno 341.

N. Citat inſuper extrauagan. Ioann. 22. aduerſus Marſilium de Padua, verba hæc, *Beatus Petrus poſt aſcenſionem attendens, quod aucto Grege, ſolus cuſtodiæ Gregis ſalubriter prouidere non poterat, gradus Patriarcharum, Primatuum, Archiepiſcoporum, authoritate Chriſti inſtituit atque diſtinxit.* Perperam, & contra propriam ſententiam.

EAdem verba telum reiciant, quæ Apoſtolos à Petro Epiſcopos inſtitutos, atque in partem ſolicitudinis vocatos probant.

N. Concil. Lateranenſ. ſub Leone x. ſeſſ. 10. *Poſt Chriſti aſcenſionem, Apoſtoli per ſingulas Vrbes, atque Diaceſes, Epiſcopis diſtribuerunt, in partem ſolicitudinis, vocando & onera gradatim diſtribuendo, per Patriarchas, & Primates* &c. Mutilat.

SVnt verba cõſtitutionis de exemptionibus, ſed mutilata quidem, hæc enim deficiunt &c. *Epiſcopos diſtribuerunt, ſicut S. Romana Eccleſia per Orbem conſtituit, eoſdem Epiſcopos in partem ſolicitudinis vocando, onera gradatim diſtribuendo, per Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos* &c. & infra &c. *Ac ſacris Canonibus fuerit diffinitum per eos, pro morum correctione* &c. *fieri debere Concilium prouincialem, ac Synodum Epiſcopalem, Nos* &c. *eiſdem Patriarchis Primatibus* &c. *diſtricte iniungimus* &c. *Concilia & Synodos huiuſmodi fieri mãdãtes* &c. vide igitur vt Epiſcopos conſtituere, ad ſolum Rom. Pontificem pertineat.

N. Aniceti ex epiſt. ad Epiſcopos Galliæ, *Nulli Archiepiſcopi, Primates vocentur, niſi illi qui primas tenent Ciuitates, quorum Epiſcopos Apoſtoli, & ſucceſſores Apoſtolorum regulariter Patriarchas, & Primates eſſe conſtituerunt.* Perperã.

Digitized by Google

NVlli profectò dubium eſt, Apoſtolos quam plura ſtatuiſſe ad Epiſcoporum ordinationem, prout. C. Baron. explicat tom p. anno. 44. ſed Petrus eorum fuit Caput, & Princeps, adeò quod in ipſo Petro omnes Apoſtoli conſiderabantur, Auguſ. q. 75. nou. & veter. teſtam: *Pro Petro*, inquit, *rogat, & pro Jacobo, & Joanne non rogat, vt cæteros taceam; Manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur, ſemper enim in præpoſito Populus, aut corripitur, aut laudatur*, &c.

Luther. Calui. Illyr. & Mandeburgen. ſed Perperam, & ſubdole.

N. Concilij Aphricani cap. 6. etiam à Luthero in lib. d. poteſt. Papæ, ab Illyrico in lib. d. hiſtor. Conciliorum, à Caluino lib. 4. inſt. cap. 7. § 3. & à Mandeburg. Centur. 5. cap. 5. col. 868. citatur iiſdem verbis, quæ hic recenſentur videlicet, *Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primę ſedis Epiſcopus, Vniuerſalis autem nec etiam Rom. Pontifex appelletur.*

EQuidem neque in vetuſtiſſima illa collectione, quæ Canones Apoſtolorum, & veterum Conciliorum conſtitutiones, inſcribitur, quarum duo vidi exemplaria, eademque antiquiſſimæ impreſſionis. Neque apud Iuonem. p. 5. cap. 157. aut Bruchardum lib. p. cap. 3. vbi idem recenſetur Canon, verba iſta reperiuntur, *Vniuerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex apelletur*, ſed neque in canonibus eiuſdem Concilij grecè redditis extant, Imò & in Concilio Carthagin. 3. à quo canon idem eſt innouatus, ordine ſextus, iiſdem legitur conceptus verbis, ſicuti in Africano legitur, abſque illiſmet, à Gratiano in fine canon: primæ ſedis diſt. 99. relatis;

Digitized by Google

imo ipſe Caluinus loco citato abſque verbis hiſce canonem. 26. Concilij Carthagin. adducit, quamobrem à Gratiano addita neceſſum eſt dicere, & ſanè quicunque veri amans, æquus Iudex, ea perpenderit, nullam habere cum præcedentibus connexionem comperiet, & quodnam ius habebat Eccleſia Africana condendi leges de Romanis Pontificibus, qui legem ipſi præſcribere conſueuerunt? vide apud C. Baron. anno ſupradicto, Syricij Papæ epiſt. qua Africanis Epiſcopis Romani Concilij decreta comminatione anathematis, ſeruari præcipit, vide epiſt. eiuſd. Concilij Africani, ad Cœleſtinum Pontificem, vt cognoſcas an hæc ſtatuere præſumpſiſſent, nec ne.

Quare autem Primæ ſedis Epiſcopum, & ſummũ apellari ſacerdotem, aut Principẽ ſacerdotum, eo canone inter dictum ſit ea fuit ratio id ſtatuendi, quod in Aphricana Eccleſia pernicioſa inoluerat cõſuetudo, vt ſuperbos huiuſmodi titulos Epiſcopi omnes, pro libito vſurparẽt, Auguſt. lib. p. quęſt. ex vtroque teſtam. q. x. vnde inanis ambitio irrepſerat, hinc Theodorus in Concil. Carthaginen. can. 43. prohibita ſunt hæc omnia, inquit, *Ad tollendum arrogantiam.*

Non igitur Concilij Aphricani canon adducendus erat, niſi ex eodem Concilio deſumptus, neque tantum Gratiano tribuere debuit, vt verba ipſius nomine Concilij citaret, nullius igitur roboris ſunt, quæ de Romano Pontifice retulit, quia nulla eſt ei hæc addendi facultas, qua de re in 4. & 8. cap. latius erit agendum.

Quod ſi genuina verba illius canonis eſſe conceſſero, fruſtatoria quidem, & ſuperuacanea ipſe ſtatim repo-

Digitized by Google

nam poteſtatis defectu, eiuſdem Concilij quod vti Prouinciale ſua ditione Prouinciam egredi non poterat.

De Africæ itaque dumtaxat Epiſcopis canonē prædictum ſimpliciter loqui, merito dixit C. Bellarm. d. Rom. Pontific. lib. 2. cap. 31. Rom. autem Pontifici Principatum Sacerdotij ſemper tribuit antiquitas, teſtes ſunt Valentinianus, & Theodoſius Imperatores, eorum epiſt. in princ. Concil. Calcedon. & S. Proſper. lib. 2. d. vocatione gentium cap. 6. vt Africanum addam.

Mutilata. & in aliū. ſeuſenſū. N. Pelag. epiſt. p. ad Epiſcopos, qui illicita vocatione Ioann. Conſtant. Epiſcop. ad Synodos conuenerant, *Nullus Patriarcharum vniuerſalis vocabulo vnquam vtatur, quia ſi vnus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.*

At vulgata editio, *Nullus enim Patriarcharum, hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur, quia ſummus Patriarcha vniuerſalis dicitur* &c.

Verùm & præcedentia reticuit, quæ rem clarius explicant videlicet, *Vniuerſalitatis quoque nomen, quod ſibi illicite vſurpauit, nolite attendere* &c. Item quæ ſequuntur, *State fortes, ſtate ſecuri; ſcripta quæ vniuerſalis nomine falſitate condemnata ſunt, nec dare vnquam, nec accipere præſumatis* &c. *Nec vnquam Rom. ſedes, quæ inſtituente Domino caput eſt omnium Eccleſiarum priuilegijs ſuis vſquam careat, aut expoliata ſit* &c. ex eadem ergo epiſtola Antidotus, vnde venenum propinat.

N. Gregor. lib. 7. epiſt. 30. ad Eulogium, *Ecce in præfatione epiſtolæ, quam ad me ipſum qui prohibui direxiſtis, ſuperbæ apellationis verbum vniuerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis* &c. *quod peto vltra ſanctitas veſtra non faciat,* In alium ſenſum Caluinus etiam.

quia

Digitized by Google

quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit præbetur, &c. ſi me vniuerſalem Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe quod me fatetur vniuerſum.

Caluinus lib. 4. inſtit. cap. 7. §. 4. eadem Gregorij verba impingit, ſed vltra quam ſatis, optimè reſponderunt; C. Bellarm. d. Rom. Pontific. lib. 2. cap. 31. & C. Baron. tom. 8. anno 595. de quibus homuncio nihil prorſus, eorum igitur explicationibus non ſuum in ſenſum verba hæc Gregorij vſurpata fuiſſe neceſſariò ſequitur.

Et vide Concilia, quæ ipſe. C. Bellarm. ibidem citat de nominibus Rom. Pontific; quibus Primatum ipſius manifeſtiſſimè comprobatur, quæ licet Iunius, Sutiliuius, & alij recentiores Proteſtantes, cauillare conentur, doctiſſimus tamen Gretſ. in defens. eiuſd. cap. ab eorum nugis, & impoſturis, egregiè vindicat.

Sed Gregorius nomen vniuerſalis Epiſcopi dumtaxat, recuſare videtur ad inuidiam effugiendam, & faſtum Ioannis Patriarchę Cõſtantinopolitani ſuæ humilitatis exẽplo comprimendũ, quod ipſe à Pelagio, & ab eodem Gregorio repreſſus numquam reſipuerat, vt epiſtolis ſuis 28. ad Cyriacum 30. ad Mauritium lib. 6. & 7. ad Euſebium & 30. ad Eulogium lib. 7. conſtat, re autem vera, ſe talem ſemper profitetur & potiſſimùm epiſt. 42. lib. xi. vbi Apoſtolicam ſedem fidei caput appellat, quoniam fides vinculum eſt, quo Cœtus fidelium cohæret, atque ſummi & vniuerſæ Eccleſiæ Moderatoris poteſtate vſus fuit epiſt. 36 & 38. lib. 7. in Ioannem, & Ananiam, damnando & diſſoluendo Concilium, ab eis illegitimè coactum, apertius autem rem omnem ex-

L

Digitized by Google

plicat, epiſt. 33. ad Mauritium lib. 7. inquiens, *Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt*, &c. Item, *Cura ei, & Principatus committitur, tamen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur*, habes ergo prout eruditiſſime animaduertit. C. Bellarm. loco citato, Gregorij ſenſum, qui non Primatum in vniuerſam Eccleſiam, ſed vniuerſalis Epiſcopi nomen, eam ob cauſam renuit, ne iuri, & dignitati deroget aliorum, Antiſtium, quorum ſe caput agnoſcit Ordine igitur Papa, non ſecus ac cæteri Epiſcopi, Epiſcopus pariter eſt, non ergo vniuerſalis Epiſcopus, Iuriſdictione autem, quia non vni tantùm Eccleſiæ, prout ſinguli Epiſcopi præficiuntur, ſed cunctis præeſt. Eccleſijs, vniuerſalis dicitur Paſtor, veluti omnium maximus. At concedamus, quod Aduerſarij volunt; quis vnquam cordatus dixerit, modeſtiam Gregorij præiudicium ſucceſſoribus intuliſſe, quibus, diuino Iure, Epiſcopi omnes ſubiacent? factum vnius alteri obeſſe non debet, neque Rectoris geſta in Eccleſiæ detrimentum recidunt.

Falſo. N. Denique Pontifices, inquit, immediatos Vicarios vocari volunt, at Epiſtolæ in Bibliotheca Vaticana extantes, in antiquiſſimis libris, nullo alio titulo, quam ad Romanos Pontifices inſcriptæ leguntur.

Falſo. N. Ideo Martinus. V. in Bulla Concilij Conſtantien. contra articulos Vuicleph. Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga, condemnans illum articulum, non eſſe de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſuperiorem inter alias, declarat erroneum, ſi per Romanam intelligatur vniuerſalis, quamobrem Romana Eccleſia vniuerſalis non eſt, neque alijs ſuperior.

Digitized by Google

PRimum eſſe falſum editio Epiſtolarum vulgata, ad Pontifices ſcriptas apertiſſime demonſtrat, quoniam meritis illis ſunt inſcriptæ titulis, ſanctiſſimi, Beatiſſimi, ſummi ſacerdotis, Patris vniuerſalis, ſimilibuſque alijs quæ ex libris Vaticanæ Bibliothecæ non ſolum tranſſumptæ, ſed pluries cum eis collatæ ſunt; exhibeat ergo vetuſtiſſimos illos Codices neceſſe eſt, ex mendaciorum officina ſui capitis depromens.

Ipſa verò Martini Bulla, mendaciſſimi Caluiniſtæ impudentiam retundat, *Error eſt*, inquit, *ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negare Primatum ſummi Pontificis, ſuper alias Eccleſias particulares.*

At Primatum Petri modo non negat, ſed vbi veritati compellitur dare manus, latibulum aliud quærit, inquit enim Petrũ non à Chriſto, verùm à cæteris Apoſtolis prælatum eſſe, & quamuis hæc ineptiſſima aſſertio expreſſis ipſius Euangelij verbis, Patrum Græcorum, Latinorumque atque etiam Canoniſtarum communi ſententiæ, & Conciliorum decretis omnino aduerſetur, non tamen vſque adeo cohibetur, quin impudentiſſimum mendacium, mendacijs comprobare conetur.

N. Ex Anicet. ſcilicet Epiſt; in *Nouo teſtamento, poſt Chriſtum Dominum, à Petro ſacerdotalis capit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum, Tu es inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Et tibi dabo Claues Regni Cælorum. Hic ergo ligandi, atque ſoluendi poteſtatem accepit à Domino, primuſque ad fidem Populum virtute ſuæ prædicationis adduxit, cæteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem, &* Contra propriam ſententiam.

poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt.

AT quis non videt quod ſi à Petro, poſt Chriſtum, ordo Sacerdotalis exordium ſumpſit, ipſe vtique eſt Caput, fons, & radix, vnde cæteri Sacerdotes in ipſo ſunt, veluti membra, rami, & riuuli, Cyprian. d. vnit. Eccleſ. & ſi ipſi primò in Eccleſia Pontificatus datus eſt à Chriſto, qui propterea eidem dixit, tu es Petrus, &c. Et tibi dabo Claues. &c. Nonne ſequitur, quod verba illa, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt; quod Apoſtoli Petrum ſibi Principem non adſciuerint, verùm iam à Domino electum, Principem agnouerint, eique dumtaxat parendo ſe ſe ſubiecerint, quod ſane apertiſſime explicauit idem Anacl. epiſt. 3. inquiens, *Et licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet*, & ſupra, *Hæc verò Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi Gregem aſſecuta eſt, ſic vt ipſe Beato Petro Apoſtolo dixit, Tu es Petrus*, &c. vide etiam. C. Bellar. ad hoc lib. 2. d. poteſt. Papæ cap. 17.

Perperã. N. Sed argumẽtatur quod Romanus Pontifex, vti Petri ſucceſſor, Primatum hunc ſibi vindicare non poſſit ſuper alios Epiſcopos, quamuis Petri ſucceſſor in Epiſcopatu ſit, quoniam Epiſcopus Antiochenus, qui in ea Patriarchali ſede Petro ſuccedit, eundem Primatum identidem ſibi arrogare poſſet.

Digitized by Google

EOdem vtitur argumento Nylus Theſſalonicenſ. in ſuo tract. d. Prim. Papæ, ab Illyrico promulgato, dum eadem ratione idem dicit de Epiſcopo Epheſino, & alijs, qui in Epiſcopatibus ſedent, quibus olim præfuerunt Apoſtoli. Nylus.

His omnibus tam perſpicuè atque egregiè reſpondet. C. Bellarm. d. Rom. Pontific. lib. 2. cap. 31. quod Aduerſarius animaduertẽs nullum eſſe amplius curriculum, Hæretico more argumenta Nyli vt propria attulit, reſponſiones verò illuſtriſſimi Cardinalis conſultò præterijt, addam tamen, ſicuti Epiſcopus qui ab vna, ad aliam ſedẽ transfertur, nõ amplius primę ſedis, ſed eius, cui nouiſſime præeſt, Epiſcopus dicitur; quamobrẽ, qui ei ſuccedit, Epiſcopo, cui fuerat collata ſedes ab illo dimiſſa, non quidem Epiſcopi iam tranſlati ſucceſſor dici poterit, ſed nouiſſimi in ea decedentis, itidem Patriarchę Antiocheni ſucceſſores Petri in illa Eccleſia haud quidem ſunt, ſed eius cui primò eam Petrus contulit, ſucceſſio igitur ab illa deducenda eſt ſede, quam habuit poſtremam, & in qua Cathedram ſui Primatus erexit, & moriens tandem reliquit, hanc autem eſſe Romanam, Patres omnes, hiſtorici cuncti, Græci Latinique aſſerunt, Ireneus lib. 3. cap. 3. *Maxima, & antiquiſſima omnibus cognita à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo Romæ fundata eſt, & conſtituta Eccleſia*, Euſeb. in Chron. *Petrus* &c. *cum primum Antiochenam fundaſſet Eccleſiam Romam proficiſcitur vbi Euangelium prædicans viginti quinque annis, eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat*, Cyprian. lib 4. epiſt. 2. *Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de Clericorum penè omnium teſtimonio* &c. *cum*

Digitized by Google

nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt cum locus Petri, & gradus Cathedræ ſacerdotalis vacaret &c.

Sed cuius Cathedræ, eundem audi d. vnit Eccleſ. *Qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in Eccleſia eſſe non confidat, idem* lib. 1. epiſt. *3*. Hieronymus cap. 2. epiſt. ad Galat. *Cum veniſſet Petrus Antiochiam primum Epiſcopum Antiochenæ Eccleſiæ Petrum fuiſſe accepimus, & Romam deinde tranſlatum*. Idem ad cap. 52. Eſai. & de viris. illuſtriſ. cap. *1*. Auguſt. contra litteras Petilian. lib. *2*. cap *51*. contra Pelagium lib. *1*. cap. 4 epiſt. *165*. & alibi: at quid immoror, Græcos quadraginta, & ſex, Latinos verò octuaginta, & quatuor refert Coocius par p. Theſaur. lib. 7. art. 5. quod & illuſtriſſimus Card. Bellar. rationibus, & authoritatibus aduerſus Nugatores hoſce egregiè comprobauit, d. Rom. Pontific. lib. *2*.

At ſuperius, aduerſus Nylum, in p. cap. animaduerſione probatum eſt, Apoſtolorum ius poteſtatemque omnem, non ordinariam ſed delegatam fuiſſe; non ergo eorum morte quantacunque fuerit, ad ſucceſſores tranſire potuit, ſed ad vnum Romanum Pontificem, qui Chriſti delegantis gerit apud nos vices, redacta fuit, ineptum igitur eſt argumentum; Præterea in hoc eodem cap. Author vult, Apoſtolos vnanimi conſenſu, Petrum ſibi Principem conſtituiſſe, quod igitur ius omne Primatus abdicauerint, ſi quod habuiſſent ac in Petrum tranſtulerint neceſſum eſt dicere.

Nemo autem plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habuerit, ergo neque his, qui in Epiſcopatibus eorum ſuffecti ſunt Primatus vllus iure competit.

Addit denuò argumentum ex libris mutuatum Illiri-

Digitized by Google

ci contr. Primat. Papæ, & Caluin.inſt. lib. 4. cap. 7. §. p. Luther d. poteſt. Papæ quod Primatus iſte, Patriarchæ Hieroſolymitano potius debeatur, quia ibidē Chriſtus Crucifixus eſt, & Petrus quatuor annis ab exceſſu Domini in eadem cōmoratus eſt vrbe, quam ob cauſā eius Patriarchio Primatum à Cōcilio Niceno tributum dicit. Luther Caluin Illiric. Falſo.

Reſpondet verò luculentiſſimè quidem C. Bellarm. d. Rom. Pont. lib. p. cap. 24. & 26. & vtrobique Gretſer. contra Sibrandum, Sutiliuium, Danneum, & alios Proteſtantes.

Et re vera, Concilium Niſſenum nihil prorſus de hoc, Nam can. 6. hæc dumtaxat *Quia mos antiquus obtinuit, & vetuſta raditio, vt Æliæ id eſt Hyeroſolymæ, Epiſcopo honor deferatur, habeat conſequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ Ciuitatis propria dignitate*, Imo can. 6. Patriarchæ Alexandriæ totius Libiæ, Ægypti, & Pentapolis præfecturam tribuit, ergo & Epiſcopum Hieroſolymæ ipſi ſubicit, & quoniam Nouatores ſupradicti ex hoc canone aduerſus Rom. Pontificis Primatum inſurgunt, habes illum in Concil. Chalcedon. relatum act. 16 cuius C. Bellar. d. Rom. Pontific. lib. 2. cap. 13. Germanum sēſum perſpicuè ſane explicauit, quem ibi Gretſer. in defenſ. à recentioribus Sectarijs egregiè tuetur.

Sed prætereundum non erit, quod Abbas Romanus, quem vixiſſe dicit Trithem. d. viris illuſtribus, anno 550. ita ex Græco vertit, *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, tenent autem & Ægypti, Libiæ, & Pentapolis, ita vt Epiſcopus Alexandrinus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam & Rom. Epiſcopo hæc eſt conſuetudo, ſimiliter autem, & qui in Antiochia conſtitutus eſt, & in cæteris prouincijs pri-*

uilegia Eccleſiarum ſalua ſint, refert ex codice Vedaſti Arrebatenſis, cōſcripto ante annos octingentos, Scholiaſt. ad Cyprian. d. vnit. Eccleſ. in verb. hoc erant vtique cæteri Apoſtoli; & meminit. C. Bellar. loco ſupracitato.

Quamobrem: C. Baron. tom. p. anno. 39. n. 11. ex S. Hieronymo, epiſt. 61. non Hieroſolymæ Eccleſiam, ſed Cæſareæ Maritimæ Metropolim Paleſtinæ inſtitutam fuiſſe probat, quia nimirum à Romanis ſedes Metropolitana Præſidis, illius Prouinciæ ibidem collocata fuerat? Vnde Leo Papa epiſt. 62. Iuuenali Epiſcopo Hieroſolimytano, qui Primatum Palæſtinæ ſibi arrogans, Epiſcopos fere omnes Concilij Epheſini in ſuam perduxerat ſententiam, obſtitiſſe narrat, ne Epiſcopo Cæſareæ præiudicium inferri pateretur.

Et quoquo pacto ſeſe res habeat, canonem prædictum de Romanæ ſedis Primatu, nihil prorſus ſanxiſſe, clariſſime demonſtrat Nicol. 1. epiſt. ſua 8. ad Michaëlem Imperatorem verſ. *Priuilegia inquam iſtius ſedis* &c. Item ibi, *Proinde animaduertendum eſt.* &c.

Inuehit nunc in S. S. Bonauenturam, Thomam, & canon. iſtos qui Papæ Primatum aſſerunt, quorum opi-
Perperā. nionem ab omnibus alijs dicit interpretari, in comparatione ad alios Chriſtianos fideles, vel ad alias Eccleſias ſibi ſubditas, non autem in ordine ad totam vniuerſalem Eccleſiam.

Sed quid hoc ſibi velit, neque ſatis percepi, quoniam ſi Papa habet Primatum in comparatione ad alios Chriſtianos, ergo eſt Caput totius Populi Chriſtiani, at ex his tantummodo Eccleſia conſtat, cum ſit fidelium con-

congregatio, non iuſtorum, vt Hæretici dicunt, ergo Papa eſt caput Eccleſiæ.

Præterea aut Canoniſtarum ſuorum interpretatio de omnibus Chriſtianorum Eccleſijs ſimpliciter explicanda eſt, Schiſmaticorum conuenticulas excipio, quia non Eccleſiæ, ſed Sathanæ ſunt Synagogæ, & cum ex eis, vt inquit Cyprian. d. vnit. Eccl. toto Orbe diffuſis, veluti ex tot membris, vna conſtet Catholica Eccleſia, cuius ſolus Papa eſt viſibile caput, nam & ſuper hanc petram fundatam eſſe, ipſius Chriſti verba teſtantur Matth. cap. 16. & Petro idem dixit, paſce Agnos, paſce Oues meas, cuius vnum eſt ouile, vnuſque grex, vnus ergo eſt Paſtor, quod in 2. parte in Animaduerſione ad p. M. Antonij librum probaturi ſumus, & nos quoque aſſentimur, quia & ſummo Sacerdoti in ſingulas Eccleſias, in ſinguloſque Epiſcopos poteſtatem ſupremam eſſe aſſerimus.

Aut in ſententiam reincidit quorundam Pariſienſium, in qua nunc recentiores quoque Græci etiam eſſe videntur, de qua ad quartum Marci Antonij librum c. 1. agemus.

Et quidem haud ſatis rem hanc percipio, ſiquidem Quælibet particularis Eccleſia, Epiſcopalis ſcilicet, veluti corpus vnum dici poteſt, ex fidelibus ſuæ Diæceſis conſtans, cuius ſinguli Epiſcopi capita, & ſi dixeris ſingulum eſſe ouile Paſtores ſunt, ideo in Synodis Diæceſanis Epiſcopos, in prouincialibus Metropolitanos, in Nationalibus Patriarchas præeſſe videmus, eædem verò ſigillatim Catholicæ Eccleſię comparatæ membrorum rationem habent ex quibus vniuerſum corpus

conſtituitur, vel igitur binum cuique ipſarum iungunt caput, & Monſtrum erit; vel Papam omnium Eccleſiarum, & Epiſcoporum Principem eſſe fateri cogentur, etiam dum vnam conſtituunt Eccleſiam. Quod ſi Caput eſſe concedunt, dum cuique comparatur membro, cur non potius totius corporis caput erit? non enim vnius brachij, vel cruris, ſed omnium ſimul membrorum, quatenus corpus humanum ſimul conflant, illud dicimus caput, cui totum ex diuerſis membris compoſitum ſubiacet; neque pars cum toto tunc comparatur, quia totum non eſt, cui præcipua deeſt pars, ſicuti abſque capite corpus integrum non poteſt dici, in quod ſolum Caput ſpiritus infudit, ipſumque principaliter, & primo dirigit, regit, eiuſque ſaluti & incolumitati proſpicit.

Aut de Eccleſijs ſuburbicarijs intelligitur intra ſclicet limites quibus poſt Auguſti, & Adriani diuiſiones Italię Conſtantinus, Valentinianus & Theodoſius vrbicarias regiones huius Prouinciæ ab Annonarijs diſtinctas circumſcripſere, & toto errant Cœlo, quia vt toties dictum eſt, Romani Pontificis non vt omnium Epiſcoporum definita eſt diæceſis, de quo in 4. cap. & latius in 2. parte in animaduerſione ad lib. 4. cap. 2. M. Antonij agendum erit.

Et cur tot Canoniſtæ qui ſint non edixit forſan, & ipſi propria non propalare nomina ab eo didicerunt, vel quia re vera pauciſſimi admodum ſunt, qui & ipſum latebant, ſed prout mendaciſſimi ſui ſuggeſſerunt eorum locutus ore Turrecrematam dumtaxat tribus locis adduxit, & tripliciter mentitus eſt.

Falſo. Primo in can. quamuis diſt. 21. qui contrarium ibi

Digitized by Google

pluribus probat rationibus, nempe vnam eſſe Eccleſiam vnitate fidei, ſpei, Charitatis, Spiritus Sancti, Paſtoris, & ſponſi.

In can. Petrus. 2. q 7. verum de hoc ne verbum quidem ibidem legitur. Falſo.

Et in can. cum hi §. ſed exemplo, &c. Et in hoc quoque eodem pacto fidelis & verax. Falſo.

At pauperrimus verè eſt qui Impoſtorum ſequitur fidem vel ſine fide impudens mentitur, quid igitur mirum ſi nouus Proteſtans deceptus, vel decipiens tam audacter Turrecrematam huius falſitatis adduxit teſtem, qui lib. 2. cap. 93. & 104. ſum. d. Eccleſ. & in reſponſ. ad Oratores Baſilienſ. contrariam aſſerit ſententiam, Card. Florentini & Abbatis hæc opinio fuit, in cap. ſignificaſti, d. electiõn; quos. C. Bellarm. d. Concil. author. lib. 2. cap. 14. optime refellit, & contrariam vti veriorem, communique calculo receptam demonſtrat, ibidem & cap. ſeq.

N. Subdit, & quod non acceperit poteſtatem vniuerſalis Eccleſiæ, probant omnes per confeſſionem Gregorij Papæ.

SEd vbi non dicit, verum quia eadem Gregorij libris adducunt, Illyricus Lutherus, & Caluinus, eos doctiſſime, ſuo more refellit. C. Bellarm. d. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 31. quæ à conuicijs potius, quam rationibus Proteſtãtiũ nouiſſimorum, acerrime vindicat eruditiſſimus Gretſer. in defenſion. eiuſd. cap. & nos ſupra expũximus. Perperã. Luther. Caluin. Illyric.

At quoniam bonum hunc virum vrgebant, cap. fideliot. diſt. 50. reſpondet quod verba illa ad gubernationem particularium Eccleſiarum referuntur, & cap. eſt

Digitized by Google

aliud 24. q. p. illum interpretatur, non eſſe referendum ad piſcaturam vniuerſalis Eccleſiæ, prout eſt corpus myſticum, cuius Caput eſt Chriſtus. Rationem autem ſuarum reſponſionum hanc adducit, audi: Ita intelligendo deſtruerentur omnes concluſiones iam firmatæ, omnia dicta Patrum ſupra allegata, omnia Concilia inferius alleganda.

Ne impudenter & inepte nimis.

Ne igitur in hoc impingamus abſurdum quidem maximum, Papa ſui Primatus moueatur ſede atque hęc ſolidiſſima reſponſio eſt ad omnes Patres, cunctaque Concilia; quorum vna ſententia contrarium aſſeruit.

In alium ſenſum.

N. Tandem, inquit, expreſſe hoc definitum fuit in Concil. Aphricano. cap. 6. quod primę ſedis Epiſcopus non appellętur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos. &c. ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus.

EVndem canon. 6. & ſupra obiecit, de quo licet ſatis dictum ſit, explicant eum tamen geſta in Synodo Chalcedon. act. 1. 2. & 3. vbi S. Leoni Papæ, vniuerſalis Epiſcopi nomen tribuitur, quod epiſt. 30. lib. 7. refert etiam S. Gregorius, qui vt ſuperius animaduertimus, humilitatis affectu, illud contempſit, vide C. Bellarm. d. Rom. Pont. lib. 2. cap. 12. 13. & 31.

Pro mendacio Mendaces, & pro Schiſmatico Schiſmatici.

N. Audi temerariam iſtius ſententiam, inquit, firmarunt omnes Theologi, & Iuriſtæ qui tempore Concilij Baſilienſis ſcripſerunt.

SCilicet omnes Schiſmatici, & Hęretici, atque paucis dicam; Malignantium conuentus, conuenticula Refractariorum, & Synagoga Satanæ, vt in cenſura cap. V. latius explicabimus, eandem etiam aſſeruere Hę-

Digitized by Google

retici omnes, & iſte cum ipſis, verum mentita eſt iniquitas ſibi.

Sed quod impij Sectarij Romano Pontifici furentes adimunt, id fuit ipſi ab omnibus etiam Patribus, tum Græcis, tum Latinis atque ab ipſis Concilijs & à quamplurimis Imperatoribus, Regibuſque tributum, vt apertè demonſtrant tot Epiſtolæ ad varios Pontifices conſcriptæ, quæ in voluminibus Conciliorum, & Epiſtolarum decretalium impreſſæ leguntur.

Digitized by Google

CAP. TERTII

N. ASSERTIO.

VALDE DECIPI EXISTIMANTES PAPAM ESSE VERVM CHRISTI VICARIVM IMMEDIATE.

ANIMADVERSIO.

OMNIS quidem poteſtas ab eo proficiſcitur, qui ſolus omnipotens cùm ſit, ſolo voluntatis imperio è tenebris lucem eruit, & quæ nuſquam in rerum natura erant eſſe iuſſit, vnoque nutu refractarios proſtrauit ſpiritus, proprijſq; è ſedibus deturbatos, Tartareo carceri perpetuo mancipauit, quæcunque autem ab eo condita ſunt, ordine profectò ſapientiſſime diſpoſita comperimus. Hominem autem, præclariſſimum ſane omnipotentiæ ſuæ opus effinxit, mentemque ipſi dedit diuinam, cui liberas proprij conſilij

Digitized by Google

reliquit habenas, vt concupiſcibilis, iraſcibiliſque effrenos illos compeſceret equos, dum fucata ſpecie boni pellecti, plerumque in deteriora laſciuiendo ruunt.

Quoniam verò ipſius hominis vitio, rationis imperium gliſcere iam occeperat, cui appetitus, nimia licentia petulantes, nedum obtemperare recuſabant, ſed per vim, & iniuriam obſiſtere nitebantur, hinc diſſidia, hinc rapinæ, & homicidia, hinc denique bellorum initia, neceſſitas ipſa edocuit homines, vnum ſibi legere Moderatorem & Regem, omnemque ad ipſum publicæ ſaluti procurandę, ſupremam redigere authoritatē.

Quod ſi ad rerum Ciuilium adminiſtrationem, ordinariam, & legitimam poteſtatem neceſſariam eſſe comperimus, non ne ſumma in vno auctoritas neceſſaria quoque fuit, ad animos regendos, quorum ſalus, eô præſtantior eſt, quô anima ipſius Dei viuentis imago, numquam interitura, corpus breui interiturum antecellit; Christus itaque Dominus iure quidem imperij in omnes gentes ampliſſimo, quarum illi Pater hęreditatem tribuerat, vnam licet toto Orbe numero diffuſam, ſuper Petrum, verbo vnitatis fundatam, in monte excelſo fidei, Charitatis, & ſpei, ab initio conſtituit Eccleſiam, vt nullum vnquam lateret, quæ omnibus patere debebat, quamobrem & in ſole veritatis, & iuſtitiæ ſtatuit tabernaculum eius, cui tunc Petrum præfecit, cum illas præcipuæ iuriſdictionis Claues eidem contulit, veluti ſymbolum delatæ ſibi Monarchiæ, nunquam defuturæ, cuius ille, vice ipſius, qui Princeps legitimus eſt, Roc gubernacula ſubijt, eaque poſt modum Petro in tunmana Eccleſia decedente, in qua tantę dominationis

ſolium viuens erexerat, Lino ſunt, Hominum electione, delata, cui ſuffectus eſt Anacletus, huic verò Clemens, à quo ſeriem hanc enumeramus Romanorum Pontificum, ad Paulum vſque V. eamdem Eccleſiam, peculiari ipſius Dei prouidentia, hiſce temporibus ſanctiſſime moderantem, atque hæc illa eſt perpetua ſummorum Sacerdotum ſucceſſio, qua Sectariorum omnium peruicaciam reuinci, & confundi poſſe animaduertit Ireneus, & à qua, qui abſiſtunt, quocunque loco collocantur ſuſpectos, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes inconſutilem Chriſti tunicam, & elatos, & ſibi placentes habere, nos admonet.

Lib.3.c.3.

Lib. 4. cap. 43.

Sicuti igitur eadem Principatus neceſſitas ſemper erit quoniam & vitia erunt, donec homines qui gubernatione & legibus perpetuo indigent, itidem Eccleſiaſticæ Monarchiæ ratio eadem ſemper manebit, prout à Chriſto vnitatis initio fuit inſtituta, qui ergo in hac Monarchia ſuccedunt, Petro quidem ſuccedunt, veluti numeri omnes ab vno ducunt exordium, diuina tamen inſtitutione, licet humanam eſſe electionem Chriſtus voluerit, quia non ſoli Petro dictum eſt, Paſce oues meas, neque illi dumtaxat traditæ ſunt Claues, ſed cæteris quoque alijs, in quos viciſſim transferuntur cum ipſo Pontificatus munere, tanquam neceſſario eidem connexæ, ne ſit inanis abſque poteſtate Majeſtas Imperij: Vices igitur Chriſti Romanus Pontifex gerit in terra, quia illi viſibiliter præeſt Eccleſiæ, cuius ipſe Chriſtus eſt inuiſibile Caput.

Merito. S. Leo. *De toto* inquit, *Mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis*

Digitized by Google

Apoſtolis cunctis Eccleſiæ Patribus præponatur, vt quamuis in populo Domini, multi ſacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.

Quamobrem licet ab his, quibus eligẽdi facultas eſt, is renuncietur Papa, qui ante non erat, non tamen ab ipſis auctoritas aliqua electo confertur, ſed acceptam Chriſto immediatè refert, qui cum hac ſumma poteſtate Primatum in Eccleſia inſtituit; primæ dumtaxat cauſæ effectus tribuitur, cauſæ namque ſecundæ materiam quidem aptant, ſed ea nihil prorſus eſt, quouſque forma accedat, hæc autem ab ipſa prima tantummodo, nullo intercedente medio, imponitur.

Quod ſi Romanum Pontificem, Chriſti Vicarium immediatè non eſſe dixeris, aliquo medio eſſe neceſſario aſſeris, ab eo igitur per quem talis eſt, pendet vt ſit; at eius eſt nolle, cuius eſt velle, quamobrem hominis arbitrio, moueri ſolio quandocunque poterit; Caput inter, & corpus aliquid ſi intercederet, extraneum foret, quod ſimul vtrunque connecteretur, eo itaque ſublato caput ſeiungi neceſſum eſſet: at blaſphemiam, an abſurdum, idemque ineptiſſimum hoc apellabo? vtrunque dicam.

Neque ad Concilium confugias, cuius authoritatem, ſupra ipſum Pontificem nimium efferens, Corpus Capiti præferas, cui membra ſubici debent, Eccleſia namque Dei non Democratica, non Ariſtocratica, ſed Monarchica eſt: quamobrem, *Non Synodicis conſtitutionibus cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, Saluatoris noſtri Primatum obtinuit*, &c. Antequam Concilij indicendi neceſſitas vlla ſubeſſet; pudeat denique Gelaſ. in Concil. Epiſcop.

hoc Imperatori tribuere, qui cum Agnus ſit, non Ouis, paſci, & non paſcere debet, infra & ipſe eſt, non ſupra Eccleſiam.

Quid ergo huius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ordinem, admirabili ſapientia, ab ipſo Chriſto diſpoſitum, Impij perduelles peruertere moliuntur? eorum coërceat Hæreticam temeritatem, Sacroſanctum Conſtantienſe Seſſ. 8. & 15. Concilium, ſicuti Ioannem Vuiclephum falſo aſſerentem, Papam non eſſe immediatum Chriſti Vicarium, tanquam Hæreticum damnauit, reuincant Lugdunenſis, & Florentina Synodus. Hæretica igitur, & Falſa huius capitis Aſſertio eſt, nec ratione vlla, ſiue authoritate adductis bene probatur.

Digitized by Google

CAP. TERTII.

EXPVNCTIO.

N. QVARVM prima eſt, poteſtatem ſuam in tota Eccleſia exercere non poteſt, ergo immediatè Chriſti Vicarius non eſt. &c. Menda-cium.

Sed aſſerenti onus probandi incumbit, ſiquidem erubeſcimus ſine lege loqui, at fallit regula, reſpondebit in Hæreticis, qui tantum ſibi tribuunt, vt mendacijs eorum plus fidei, quàm veritati adhiberi velint.

N. Secunda, ipſe Papa fatetur Petrum eſſe Chriſti Vicarium, cap. ita Dominus diſt. 19. c. in nouo diſt. 21. Perperã. & inepte nimis.

Idemquemet Papa, ſe ſe Chriſti Vicarium centies aſſeruit, cap. quanto cap. final. d. tranſlat. Prælat. & alia addit, ergo centies Papa mentitus eſt.

VErum perpendat ſecum ipſe rogo, qui legit, audaciam, atque ineptiam impudentiſſimi huius, neſcio an dicam hominis; profectò veriſſimum eſſe re ipſa comperi, quod Hæreſim ſuperbia gignit, temeritas alit, inſcitia fouet.

Digitized by Google

At quis prohibet, homuncio, qui Logicam tam optime calles, quod Petro, Linus, Anacletus, & huic Clemens, & deinceps cæteri alij Pontifices vſque ad S. D. N. Paulum. V. nunc regnantem, ordine temporis, viciſſim ſibi ſucceſſerint, & omnes Chriſti Vicarij immediate extiterint: neſcio an riſum, vel potius ſtomachum moueas.

Perperã. & puerile N. Tertia. Papa in can. ego Ludouicus diſt. 63. & Nicolaus 1. epiſt. ad Michaëlem Imperatorem, relata in cap. non quales. p. q. p. Item Gregor. in can. quoties. 1. q. 7. ſe ſe Petri Vicarium profitetur. At Vicarius Vicarium facere non poteſt: ergo.

ARgumentum eſt veterum Hęreticorum, ſolutum à Turrecrem. lib. 2. ſum. d. Eccleſ. cap. 39. & à Card. Bellar. in 2. lib. d. Rom. Pontific. cap. 17. vbi doctiſſimè reſpondet, quod bonus Vir, more conſueto, præterijt.

Verum quid ex his ſequetur? Papa aliquo modo Vicarius Petri dici poterit, quod in Romana Cathedra, quæ illius nomine adhuc cenſetur, ipſi ſuccedat. At quoniam non à Petro, ſed à Chriſto ſui Apoſtolatus recipit poteſtatem, Chriſti que vices in terris gerit, cuius iure Eccleſiæ gubernacula moderatur, Theſauros largitur, ſoluit & ligat, magis proprie Chriſti Vicarius appellatur.

Tandem ad eadem redit deliria, eademque Patriarcharum Antiochię, & Hieroſolymę refricat exempla, quæ ſuperius ad ſtomachum vſque, toties repetijt, impudentiſſimeq; in Rom. Pontificẽ debacchatur rabie furens. At inſanus ab irato nihil quidem diſtat, niſi tempore: qui ergo ſemper ira percitus agitatur, ſemper inſanus, niſi aptius rabidus dicetur.

Digitized by Google

CAP. QVARTI N. QVÆ FVERIT ORIGO, ET PROGRESSVS PRÆEMINENTIÆ PAPATVS.

ANIMADVERSIO.

DEVS Optimus Maximus, qui ex nulla præexiſtenti materia Orbem hunc vniuerſum admirabili rerum varietate ornatum, ex nihilo creauit, ſiquidem dixit, & ſtatim facta ſunt, ea namque quæ exiſtunt, ac quę nullatenus extãt, eius vocem ęque audiunt atque ipſius imperio æquè obtemperant; noſtræ miſertus captiuitatis, quos Primorum Parentum inobedientię culpa labefactarat, reos mortis effecerat, atque iugo grauiſſimo ſubiecerat, vnigenitum Filium ſuũ (ſic Deus prior dilexit nos) in ſimilitudinem hominis peccato obnoxij, miſit in mundum, cuius immaniſſimus ille Tenebrarum Princeps iniuſtè vſurparat imperium, vt eius præfractis viribus, ac duriſſimę ſeruitutis noſtræ ab-

Digitized by Google

ruptis vinculis, in priſtinam libertatem nos vindicauit.

Quamobrem pijſſimus, ac ſapientiſſimus Redemptor noſter cum hoc potentiſſimo, fortiſſimoque Hoſte congreſſurus, non tormenta bellica, non arma parauit, neque acies ad pugnam inſtruxit: ô altitudo diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei, quiſnam percepit ſenſum ipſius, aut penetralia illius ingreſſus, quanta ſit dexteræ eius potentia ſatis cognouit? fuerunt olim Gigantes prǫualidi feroceſque ſane; at non hos, ſed imbecillia elegit, vt fortiſſima quæque confunderet, atque euerteret: viæ namque cogitationum ſuarum longius quam Cæli à Terra à noſtris diſtant, quamobrem, & viæ ininueſtigabiles ſunt, & iudicia eius nullatenus poſſunt mente comprehendi, eſt enim apud Deum inſania, quam nos ſapientiam exiſtimamus. Domuit Orbem non ferro ſed ligno, ligno Crucis, quod ignominię ſymbolum, & reorum patibulum erat turpiſſimum; Iudeis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitia viſum, nunc Imperatorum, & Regum decorat coronas, Diademata exornat.

Et non quidem Stoicæ, aut Peripateticæ ſectæ ſapientes, è Gymnaſijs, aut ex Aulis Principes ditiſſimos eductos, vel Milites è caſtris ſelectos, ad Apoſtolatus ordinem adſciuit, quos ad fidei ſuæ Euangelium promulgandum huc, atque illuc mitteret.

Verum enim verò tanti muneris onus duodecim de-(mandauit mirũ dictu!) nõ virtute generis præclaris, nõ diuitijs, armiſq; potẽtib⁹, non Sophiã edocti, ſed è plebe viliſſimis, rudibus, pauperibus ruſticis, & piſcatoribus qui tamen veram è Cœlo Philoſophiam euocarunt, & ſancti Spiritus numine afflati, arcana Dei adhuc abdita hominibus cunctis reſerarunt, etiam ipſi Græcię, quę ſa-

pientiæ primatum ſibi vindicabat, at inquit Chriſoſt. Ποῦ νῦν τῆς ἑλλάδος ὁ τῦφος; ποῦ τῶν ἀθηνῶν τὸ ὄνομα; ποῦ τῶν φιλοσόφων ὁ λῆρος; ὁ ἀπὸ γαλιλαίας, ὁ ἀπὸ βηθσαϊδᾶ, ὁ ἄγροικος, πάντων ἐκείνων περιεγένετο. *Vbi nunc Græciæ faſtus vbi nomen Athenarum, vbi Philoſophorum deliramenta, ille Galilæus, ille Bethſaidæ natus, ille Ruſticanus vniuerſos deuicit*, adeo vt prædicationis eorũ ſonit⁹ omnes terrę plagas penetrarit.

Horum autem vnus fuit Petrus, quem Chriſtus aliorum Principem conſtituit, atque vniuerſæ Eccleſiæ ſuæ ſummum Paſtorem poſtmodum deſignauit, inaugurauitque; & illi, ac ſucceſſoribus eius ſupremam tribuit poteſtatem, vt vice ipſius, cui omnis data eſt poteſtas in Cœlo, & in terra, Agnorum, & Ouium gregis ſui, omnium ſcilicet cuiuſcunque conditionis fidelium curam gererent, huius ergo animarum ſpiritualis præcipuique Paſtoris imperio, omnes ſubiecit Principatus, ille, qui & iura Regnorum, & corda Regum Diuinæ eius potentiæ manu ſimul complectitur: quamobrem omnes Romani Pontifices, ab ipſo Petro, ius iſtud ampliſſimum liberè ſemper poſtea exercuere, nec vnquam proprio defuerunt muneri, quamuis in Cryptis & Antris latitarent, ſeu profugi erranteſque immaniſſimam Tyrannorum rabiem effugere cogerentur, omnia enim poſſum, inquit Paulus, in eo qui me confortat.

Eiſdem namque Eccleſiæ Moderatoribus, proprio ore ſpopondit ipſe, qui veritas ſolus eſt, ſe ſe ad ſupremum vſque diem, Ducem, Tutorem, & Patronum continuò illis affuturum, ne poteſtatum infernarum conatibus vires eorum concuterentur, aut fides deficeret, vel impetus earum ita in ipſam irruerent Eccleſiam, vt Catholicę Religionis propagationi obſiſtere poſſent.

Digitized by Google

Quamobrem ad ipſum Rom. Pontificem docere, dirigere, coërcere, leges in Eccleſia condere, conditas abrogare, citra tamen iuris diuini abolitionem aliquam ſolummodo ſpectat, ipſiuſque eſt iuriſdictionis generalia indicere, & conuocare Concilia, adeo quod abſque mandato, vel aſſenſu illius, à quocunque habita fuerint, nulla prorſus, & irrita fore ſanxêre Apoſtol. can. illo relato à Marcello, & innouato à Concilio Niceno vt Synodus Alexandrina teſtatur, & Iulius p. ad Epiſcopos Orientis cuius meminere Socrates, Sozomenus, Nicephorus, quod itidem re ipſa ſemper in Eccleſia fuiſſe ſeruatum à prima Synodo Apoſtolor. exemplis aliorum octo Generalium Conciliorum apertiſſimè conſtat.

Epiſt 1. ad Epiſc. Antiochi. prouin. Epiſt ad Felicem. C. Bell. Lib. p. c. 5. lib 5. c 9. lib 9. c 5. De Concil. lib. 1. c 12 cod. lib. c. 19.

Ab ipſo igitur Deo Romani Pontificatus Præfectura originem duxit, eoq; rectore, Duce, ac patrono, non temporis præſcriptione, aut humana vlla largitione, vel conſtitutione ſuo iure aucta eſt, cuius imperij Majeſtatem veluti Sacroſanctam, Catholici omnes, præcipue verò Imperatores, & Reges ſumma reuerentia, & pietate humillime venerantes, Principatus ſui faſtigium eius ditioni ſponte ſubieciſſe, & ad pedes Beatiſſimi Patris ſupplices occidiſſe, & legimus, & vidimus.

Quod ſi vnquam Rebelles, & Schiſmatici tantę poteſtatis culmen contemnere, ſummorum Pontificum, authoritati obſiſtere, armis ſollicitari conati ſunt, in hos contumacés Schiſmaticos diris, grauiſſimis, iuſtiſſimiſque coërcitionibus animaduertentes, eorum profligarunt acies, arrogãtiam fregerũt, temeritatem edomuere, nec vllus vmquam fuit qui ſuæ perfidiæ meritas non luerit pænas. Quæcunque igitur in hoc Capitulo aſſeruntur, vel afferuntur, cuncta ſunt expreſſa mendacia, & falſitates impudentiſſimæ.

Digitized by Google

CAP. QVARTI EXPVNCTIO.

QVONIAM Cap. iſtud quadruplici diſtinguit tẽpore; quibus prouectionem Papatus examinat, nos quoque expunctionem quadripatitò diuidemus.

Primum tempus à S. Petro ad Conſtantinum, quo Pontifices omni prorſus authoritate deſtitutos, nullum iuriſdictionis etiam Spiritualis actum geſſiſſe, Concilia conuocandi nullam habuiſſe facultatem, imo non ſecus ac cæteri Epiſcopi, decretis eorum paruiſſe his probare conatur. Mendacium.

N. Anno Chriſti 34. Iacobus minor Hieroſolymorũ creatur Epiſcopus, cui B. Simeon immediatè ſucceſſit, Perperã eodem tempore Marcus Euangeliſta Epiſcopatui Alexandrino præficitur, qui cum anno. 64. Chriſti currente ab Alexandrinis occiſus eſſet, eidem Auicenus ſtatim ſuffectus eſt. Petrus Cathedram Antiochenã ſeptem annis rexit, vbi relicto Epiſcopo Euodio anno. 43. Romam petit, Romanum Epiſcopatum ſuſcepit, cumque omnes Perperã.

O

conueniant circa viginti quinq; annos gubernaſſe, idcirco Linum & Cletum ſibi coadiutores feciſſe dicendum eſt. Crucifigitur Petrus anno Chriſti 70. Clemens eidem ſucceſſor deputatus eſt, qui igitur quarto loco Epiſcopus Romanus creatus eſt, ſuper alios quam habuiſſe non conſtat iuriſdictionem nouiſſimus ex antiquitate prætendere neque valet, neque poteſt.

Falſa. concluſio

EX hac tandem ambage verborum hoc vnum vix deprehendi; ſcilicet neque Petrum, neque tres alios Pontifices, eius in Romana ſede ſucceſſores, nedũ temporalis, imo nec ſpiritualis, vltra ipſis ſubiectos, vllum vnquam iuriſdictionis actum exercuiſſe.

At ſi in ſubiectos exercuerunt, ſubiacent autem Rom. Pontifici omnes fideles: ergo ſemper eorum poteſtate vſi ſunt.

Quod ſi Epiſcopos omnes, vel Antiochenum, vel Hieroſolymitanum, aut Principes ab Eccleſiaſtica eximit iuriſdictione, effrons profecto mendacium, & hæreſis impia eſt.

Quamobrem aut fatetur Petrum à Chriſto ſupremam in omnem Eccleſiam poteſtatem recepiſſe, eamdemque in Romanos Pontifices viciſſim pertranſiſſe, & male ratiocinatur, ſiquidem licet in ipſo Eccleſię naſcentis exordio, hanc poteſtatem exercere haud liberè potuerint, Ethnicorum vi iniuſtè præpediti, non tamen ius ſuum amiſiſſe ſequitur, quia non valenti agere nulla currit præſcriptio, ſed quieſcit, vt ſuo conualeſcat tempore, neque ethnici Imperatores iuriſdictionem Pontificiam vllo vnquam, etiam longiſſimi temporis interuallo, præſcribere poterant, cum iure diuino collata

Digitized by Google

fuerit', cuius nulla eſt præſcriptio, quæ humano Iure eſt adinuenta; vulgatiſſima ſunt hæc apud Iuris conſultos, quonam igitur pacto ignorauit iſte, qui paſſim, etiam ab re iura & canones eructat?

Aut negat, & eſt hæreticus, prout ſuperius demonſtrauimus contra deliria, quæ Author à veteribus Sectarijs mutuò accepit.

Verùm ſi ipſius Petri ab anno. 1. ſui Pontificatus, Lini quoque, Anacleti, & Clemētis geſta peruoluiſſet, prout Nyli, Illyrici, Caluini, Lutheri, ſomnij Viridarij, Marſilij Patauini, Occanique è ſtercore, ſtercus collegit, non vtique adeo temere hallucinatus eſſet, re namque ipſa ex Actis Apoſtolicis, alijſque Eccleſiaſticis ſcriptoribus didiciſſet, quanta ſollicitudine, & cura demandatum ſibi munus Pontificium ſemper exercuerint.

Ipſe enim Petrus anno primo, quo Chriſtus Dominus paſſus eſt, tamquā Caput, & Princeps in vnum conuocat Apoſtolos, & diſcipulos, admonetque conſulendum fore Eccleſiæ viduatæ vno Iuda Proditore, aliumque in eius Epiſcopatum ſufficiendum eſſe Act. cap. p. cuius quidem zelum, & Paſtoralem ſollicitudinem merito admiratur Chryſoſt. hom. 3. in Act. Apoſt. ad idem cap. p. Εἰκότως πρῶτος τοῦ πράγματος αὐθεντεῖ· ἅτε γὰρ αὐτὸς πάντας ἐγχειρισθείς· πρὸς γὰρ εἶπεν ὁ Χριστός· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. *Quam feruidus & Zelo pietatis æſtuans munus ſibi à Chriſto demandatum agnouit in gregem eius regimini concreditum, vnde, Primus omnium authoritatem merito vſurpat in negocio, vt qui omnes habeat in manu, ad hunc enim dixit Chriſtus, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*, idem Oecumen. ibidem Cap. 2. C. Baron tom. p. anno Chriſti. 34. n. 237.

O ij

Concionem ad Populum habet, qui die Pentecoſtes, audita varietate linguarum, quibus diſcipuli omnes loquebantur, maxima affecti admiratione conuenerant, ne ſeditio oriretur, cauſam edicit, Act. cap. 2. hinc Tertull. de. pudic. *Primus in Chriſto Baptiſmatis Petrus reſerauit aditum*, Cœleſtis regni Populum quotidie docebat Act. 4.

Primus atque ſolus omnium Apoſtolor. iudiciaria vtitur poteſtate ſuprema in Ananiam, & Zaphiram act. cap. 5. Iacobum Minorem primum Hieroſolymor. inſtituit Epiſcopum, Chryſoſt. hom. 87. in Ioh. Anicetus epiſt. ad Epiſcop. Italiæ, & vſque ad annum 37 & 38. innumera exantlauit pia facinora, multaque perpeſſus eſt Curæ Paſtorali incumbens, Epiſtolas ſcribendo, ad Confirmãdos in fidem Sammaritas proficiſcendo, quibus traditis ſibi Clauibus, Eccleſiam Primus reſerauit, & Spiritum Sanctum, manuum impoſitione ſuper ipſos vnà cum Ioanne è Cœlo euocauit Act. c. 8.

C. Baron tem. p. anno 34. n. 291. Vide Animã noſtram ad P.M.A. librum.

Anno 39. Eccleſias quæ in Iudea, Galilæa, Sammaria & Syria erant ex proprio munere viſitat Act. cap. 9. & Eccleſiam fundat Antiochenam Euſebius in Chronicon.

C. Baron. tom. p. anno. 39. n. 8.

Anno 41. legationem à Domino per viſionem ſibi demandatam ſuſcepit, & Cæſaream profectus, Cornelium Centurionem fidei præcepta docet, ac tandem Sacra luſtrat aqua, vt in illo gentibus ipſe, qui Pontifex erat, aditum Eccleſiæ recluderet act. cap. 10. Inde Hieroſolymam reuertitur, vbi improbat hæreſim Corinti, qui gentes ab Eccleſia Chriſti penitus arceri volebat. Vbi cum ex viſione illius lintei, è Cælo demiſſi, verè

C. Baron. tom. p. dicto anno. n. 11. & 12.

Digitized by Google

cognouerit, quod Deus, nulla habita diſcretione perſonarum, æquè diues miſericordiæ eſt in omnibus qui ad ipſum confugiunt, rem hanc patefecit, ac ſignificauit cæteris alijs, qui promulgare gentibus Euangelium ad inuicem ex inde ſtatuerunt Act. cap. 11.

Anno 44. Poſtquam ab Angelo ſolutis vinculis, quibus iuſſu Herodis deuinctus fuerat, carcere eductus in maritimas Palæſtinę Regiones ſecedẽs, ibidem exiſtentes inuiſit Eccleſias, atque compoſuit, Cæſareę ſtratoris, alijſque locis adiacentibus, primos dedit Epiſcopos, Antiochiam redit, inde Cappadociam, Galatiam, Pontum, & Bithiniam luſtrauit, ac vtrobique Epiſcopos conſtituit, & dum Romam pergit Bizantijs, & alijs eius prouinciæ locis, præfecit quoque Epiſcopos. Tandem Romam peruenit, & in ea Ciuitate, quæ totius Mundi Princeps erat, Apoſtolorum Princeps ſuam locauit ſedem, & Principem omnium Eccleſiam Romanam erexit.

Metaph. die 29. Iunij. Suri. tom. 5. C. Baron. anno. prędict. n. 10 11. 12. 25. 26. & 27. & deinceps tom. p. Quint. Synod. act. 2.

Anno 45. Antiochenę Eccleſiæ proſpexit, Euodium ſiue Ignatium ipſi pręficiendo. Quemadmodum & alijs conſuluit, quas in Oriente reliquerat, ſuam primam ad ipſas epiſtolam conſcribendo, vt confirmaret in fide, & doceret, Marcum Euangeliſtam Alexandriam miſit.

C. Baron. d. anno tom. p. n. 12. 13. 15. & 46.

Anno 46. Diſcipulos ad prædicandum mittit in omnes ferè Italiæ prouincias, in Gallias, in Germaniam, Hiſpanias, & in Britanniã vſque, in quibus omnibus plures conſtituit Epiſcopos, atque Romæ paſtorali munere totus incubuit, donec anno 51. vna cum alijs Iudæis à Caio Roma expellitur, quamobrem Hieroſolymam reuerſus, vt Eccleſiæ neceſſitatibus conſuleret, Concilium

Innocen. epiſt. p. C. Baron. innotis ad Martyrolog. & tom. p. anno. 46. n. 1. 2. & 3.

C. Baron d. an. tom p. n. 2. & 3. habuit, in quo ipſe primus ſententiam dicit, in quam cæteri Apoſtoli omnes iuere Act. cap. 15. Antiochiæ Eccleſiam inuiſit, cæteraſque Occidentis luſtrauit prouincias, ad Galatas Corintioſque perrexit, penetrauit ad Britannos, nec vnquam Paſtoralem neglexit curam prædicando, docendo, atque huc, & illuc curſitando. Donec ſub Nerone vnà cum Paulo Romam denuò anno 68. reuerſus eſt, vnde ne muneri ſuo vnquam deeſſet, ad Iudæos ſecundam ſcripſit epiſtolam, Nicolaitas exagitauit, Simonem magum precibus aëre delapſum proſtrauit, tandem iuſſu Neronis martyrio diriſſimo Crucis vitam cum morte commutauit.

C. Baron an 57 n. 3 an. 58 n. 51. & 52

C. Baron an. 68. n. p. vſque ad 17.

Linus poſt ipſum, & poſt Linum Anacletus, ſiue Cletus Eccleſiæ ſucceſſiuè præfuerunt, eaq; fuit Clementis modeſtia, qui licet ab eodem S. Petro ſucceſſor deſignatus eſſet, Pontificiæ tamen præfecturæ ſponte ceſſit, neque his præferri voluit, quos olim S. Petrus in partem ſollicitudinis paſtoralis ſibi coadiutores adſciuerat.

C. Bell. d. Rom. Pontif. lib. 2. c. 5. & C. Baron. tom. p. an. 69. n.

Et quamuis Nero adeo immaniter in Chriſtianos ſæuierit, vt nulla fuerit orbis pars, quæ ſanguine eorum non maduerit, nullatenus tamen hi duo ſanctiſſimi Pontifices, perpetuis ærumnis licet conflictati, & aſſiduis perſecutionibus exagitati poteſtatis ſibi à Deo traditæ vnquam obliti ſunt, quin & Eccleſiæ gubernationi prout per id tempus licuit incumberent, multaque ſanxere, Epiſcoporum promotiones, & presbyterorum ordinationes habuerunt, cæteraque alia quæ apud Hiſtoricos præcipuè verò Platinam, & Panuinum de ipſis habentur.

tom. p. epiſt. decret.

Clemens quoque an ſua vſus ſit poteſtate, eius quinq;

Digitized by Google

epiſtolæ demonſtrant, in quibus præcepta ſibi tradita à S. Petro explicans, alios docet de ſacris veſtibus, & vaſis, de officio ſacerdotis, & Clericorum, de communi vita, præcipiendo agit, coercet errantes, atque Epiſcopos, & presbyteros creat, in his autem Põtificiam authoritatem potiſſimum conſiſtere notiſſimum eſt.

His Anacletus alter ſuccedit, qui plurima quidem ſanciuit, de ijs qui Sacerdotes accuſant, de iudicijs prouincialibus, vt oppreſſi iudicio ſecularium ad ſacerdotes prouocent, & maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam referantur, de accuſatione Epiſcoporum in quibus ciuitatibus Primates, in quibus verò Metropolitani præeſſe debeant, de ordinatione Epiſcoporum, & his ſimilia, an hæc rogo iuriſdictionis actus dici poſſint? extant omnium Pontificum ab ipſo Clemente primo vſque ad S. D.N. Paulum V. epiſtolæ decretales & literæ, quas vocant Bullas, quibus apertiſſime dignoſcitur impoſtorem hũc tot effutiſſe mẽdacia, quot hac de re protulit verba.

Præterea quam eruditus eſt logicus quoniam arguit trium Pontificum nullum de hoc extat decretum: ergo neque ipſi vel ſucceſſores eorum ſtatuere potuerint, ac ſi temporum difficultate, & vetuſtate, eorum geſta, à ſcriptoribus etiam conſulto, præcipuè vero ab Ethnicis præteriri, vel quemadmodum tot deſunt Hiſtoricorum monumenta, deperire non potuerint.

N. Nec minus ineptè proſequitur, ita quoque præſumendum eſſe, poſtquam ab infidelibus tunc occidebantur, & in Cryptis, & terræ viſceribus habitare cogebantur, ad quod Platinæ teſtimonium in Caliſto p. adducit. Falſo.

Digitized by Google

AD quem & ego prouoco, ipſum audi, *Caliſtus autem Pontifex, in tanta rerum perturbatione, tanquam ſceleratis Imperatoribus, nequaquam ab inſtituto ſuo diſcedens conſtituit, vt ter in anno ieiunaretur.* &c.

Verum poſtea mutata ſententia id in quatuor anni tempora transtulit &c. *Idem quoque inſtituit ne Clericorum delatores & accuſatores, vel infames, vel ſuſpecti vel inimici in accuſationibus, & iudicijs reciperentur, eos verò hæreticos putauit, qui arbitrantur Sacerdotes poſt crimen admiſſum, etiam ſi dignam pœnitentiam ſubijſſent, ad priſtinos honores redire non poſſe, hunc ædificaſſe Baſilicam in Transtyberina Regione, in honorem Beatæ Virginis, Damaſus ſcribit*, &c. *Cæmeterium quoque de ſuo nomine condidit, Via Appia*, &c. En quomodo timore mortis perculſus Sanctiſſimus Pontifex ocioſus latitauit, ſed vide Gretſ. contra Sibrandum à quo iſte mutuauit lib. 2. de Rom Pontific. in defenſ. cap. 17. C. Bellarm.

N. Addit Victor p. ordinauit, quod Paſcha die Dominico ab omnibus perpetuo celebraretur, huic decreto immediatè contradixit Polycrates Epiſcopus Epheſi, atque Policarpus, Thraſea, Melitus, & Narciſſus Epiſcopus Hyeroſolymitanus acerrimè oppugnarunt. At Victor anno Chriſti 196. Concilium Romæ ſuper hoc haberi voluit, vti Bardus, & Panuinus in Chronico huius anni atteſtantur, ſed Concilij reſolutio vltra Pontificatum Romanum apud alios recepta non fuit.

Menda-cium.

AGnoſce ex his præfrictã mẽdaciſſimi hominis frõtem, quæ plura & apertiſſima mendacia paucis cõgeſſit, decreto Victoris acerrimè obtitiſſe dicit Policarpum, & Melitum, ſcilicet Melitonem, hic fuit Eunuchus.

chus,&Sardenſis in Aſia Epiſcopus,&Thraſeam Epiſcopum, quos longe ante deceſſiſſe eiuſdem Polycratis epiſt. ad Victorem demonſtrat, apud Euſeb. lib. 5.c.22. &C.Baron.tom.2.anno 169.& 177.omnia pariter ſub fide Parentũ conſarcinat, ſiquidem tempora cõfundens, ea ſub Victore acta dicit, quæ inter Anicetũ,& eiuſdem Aſiæ Epiſcopos, de hac eadem controuerſia Paſchatis, gesta ſunt anno 167. Quamobrem Policarpus Romam ſe contulit, vt hoc diſſidium cum Aniceto componeret, teſte Euſeb. poſt Iren. hiſt.lib. 4.cap.13. & lib. 5. cap. 24. Cui Anicetus indulſit vt luna decima quarta Aſiatici celebrarent, ea nimirum ratione, quia ſtatuerant Apoſtoli Paſcha die Dominico eſſe celebrandum, tollerandos fore tamen Chriſtianos duxerũt in hoc Iudaizantes, horum autem ingens erat in Aſia numerus. Mendacium.

Alterum, audi bonæ eius fidei mendacium, quod reticet, Epiſtolam à Victore conſcriptam Theophilo Cæſareæ Epiſcopo, qua ipſi mandauit, Synodum eius nomine conuocare, & vice ſua in ea præſidere, vt ibidem ſtatuerent, vbi Chriſtus in Carne verſatus fuerat, Paſcha eodem die, & tempore celebrandum eſſe, quo à cunctis peragitur Catholicis Eccleſijs, ſublato diſſidio ſuper hoc iterũ oborto, Damaſus in vita Victoris, Beda in Cõmentario de æquinoctio vernali, apud C.Baron. d. anno. 198. n. 2. tom. 2. & licet quædam Epiſtola reperiatur Victoris, parte p. Epiſt. Decret. & vol. p. Concil. attamen C. Baron. loco. cit. n. 6. diuerſam eſſe ab eade qua loquitur Beda, neque impoſturæ ſuſpicione carere, ea nimirum ratione exiſtimat, quod Theophilo Alexandriæ, non Cæſareæ Epiſcopo inſcripta ſit, Mendacium.

AD quem & ego prouoc
Pontifex, in tanta rerum
ratis Imperatoribus, nequaquam
ſtituit, vt ter in anno ieiunaretur.

Verum poſtea mutata ſentent
tranſtulit &c. *Idem quoque inſtit*
accuſatores, vel infames, vel ſuſp
bus, & iudicijs reciperentur, eos
trantur Sacerdotes poſt crimen ad
tentiam ſubijſſent, ad priſtinos ho
ficaſſe Baſilicam in Tranſtyberin
Virginis, Damaſus ſcribit, &c.
mine condidit, Via Appia, &c.
tis percullus Sanctiſſimus Po
vide Gretſ. contra Sibrandu
de Rom Pontific. in defenſ.
N. Addit Victor p. ordin
minico ab omnibus perpe
creto immediatè contrad
Epheſi, atque Policarpus, T
Epiſcopus Hyeroſolymita
Mendacium. At Victor anno Chriſti
per hoc haberi voluit, vt
nico huius anni atteſtan
tra Pontificatum Roman
fuit.

AGnoſce ex his præf
tem, quæ pl
geſſit, decreto
pum, & Melit

atis Baptizari poſſe ſtatuit, verùm,
erſantes Concilium in Paleſtina
il tamen eſt actum, ita vt in Con-
que Victoris decretum peculiari
uit.

ad Damaſum, neque apud Plati-
que apud Euſebium, aut Bedam,
leſtinæ recenſent, neque apud C.
orſus intactum reliquit, profecto
ecreto Victoris obſtiterit aliquis,
cilio actum de eo fuerit, & quam-
ctoris dicitur, hoc baptiſmatis de-
tum ſit, & hæc ſubſequantur ver-
pud vos, veſtroſque diuerſa iudicia fieri,
ncilij conuocatione verbum ibi-
a verò in Victore cum eius decreti
, ſolummodo inquit *Hanc ob rem*
ncilium in Paleſtina habitum eſſe, *cui*
Narciſſus, *Polycarpus*, *Bacillus*, *Aſia-*
Epiſcopi interfuere, qui tamen non di-
ntrouerſum, nihilque aſſerit, quia ni-
inari cognouit, ſiquidem vt ſuperius
in eo Concilio non fuit actum, cui
Polycarpus intereſſe non potuit, cum
nno. 198. ipſe verò anno. 169. paſſus
C. Baron. tom. 2. d. anno. neque pa-
n eſſe reperitur in Concilio Niceno.
o in Epiſtola d. Concilij ad Eccleſias
his, quod omnes Orienta-
celebrabant Paſcha, conſo-

Digitized by Google

ne cum Romanis illud peragant.

Nunc Vualdenſibus Marſilio Patauino, Vuiclefo, Luthero, & Caluino, ac Melantone magiſtris, omne Rom. Pontifici, ipſique Eccleſię ius condendi leges adimit, vt metu ſublato, quodlibet cuique impune liceat.

Mendacium.

N. Ab Apoſtolis, inquit, & in Concilijs allegatis in præcedentibus Capitulis, prohibetur Romanum Epiſcopum, vltra ſuum Epiſcopatum aliquid ſtatuere poſſe, illius igitur decreta & iuſſiones, reſpectu aliarum diæceſum, contra expreſſa iura exiſtunt, alias Papa probare tenetur, ab alijs Epiſcopis receptas eſſe, nam communis eſt omnium DD. ſententia, quod nulla Rom. Pontificis diſpoſitio obligat, quæ vſu recepta non fuerit, Ioſeph. Ludou. concluſ. 54. Pute. dec. 281. lib. p.

Bonus iſte Vir, qui non quandoque, ſed ſemper dormitat, ſomnium iſtud ex propria, ſed craſſa quidem Minerua deprompſit, & Sus Mineruam poſſe fallere cenſuit.

Canones Apoſtolorum, qui in p. Concilior. parte extant, & conſtitutiones nomine Clementis promulgatæ, nuſquam pœnitus de Rom. Pontifice aliquid ſtatuerunt, prout qui legerit ipſa comperiet, niſi forte velit cum Nylo, & Caluino, Papam nomine Epiſcopi generaliter comprehendi in can. *14.* & *36.* quibus Epiſcopis propria Parochia relicta, alienam inuadere, atque ordinationes habere, extra terminos proprios interdicitur.

N. Poſtquam ſubdit qui iuriſdictionē ſtatuentis fundare vellet, probare tenetur quia libertas præſumitur.

Verum vt inquit C. Bell. lib. *2.* d. Rom. Pontif. cap. *27.* ſupra relatus in cap. *2.* licet ordinis Epiſcopatus

Digitized by Google

vna ſit eademq; poteſtas, & dignitas. Quamobrẽ & ipſe Papa Epiſcopus æquè dicitur, attamen iuriſdictione quam in omnes fideles à Chriſto ſolus Petrus, eiuſque in Romana Eccleſia ſucceſſores habent, omnes alios Epiſcopos longe antecellit, non igitur in his quæ ad iuriſdictionem pertinent generalis diſpoſitio, quæ de Epiſcopis ſtatuit, ad Rom. Pontificem contrahi poterit.

Eodem pacto mentitur, impius dum ad Conciliorum decreta, quę in præcedentibus capitulis adduxit, hoc denuo refert, quoniam ad propoſitum, de quo agitur, nullũ eſt, quod pertineat, vt retroactis expunctionibus conſtat, vno Antiocheno excepto, ſub Iulio. 1. & hoc improbatum eſſe demõſtrant, C. Bellarm. d. Concil. lib. p. cap. 6. & C. Baron. tom. 3. anno. 341. quod tamen Concilium de ſolis Epiſcopis generaliter, idem quod citati Apoſtolorum canones decreuit. Falſo.

Habent Romani Pontifices ab ipſo Deo poteſtatem coactiuam legis in Eccleſia condendæ, etiam circa mores, quorum cauſa cum Religione coniuncta eſt, qui cum, veluti tempora mutentur, omnium namque rerum viciſſitudo eſt, quæ noua emergunt, nouæ indigent legis auxilio, eorumque Sanctiones cunctorum fidelium conſcientias re ipſa obligãt, vt Sacroſanctæ ſcripturæ & Patrum teſtimonijs liquidiſſime probauit C. Bell. d. Rom. Pontif. lib. 4. cap. p. 5. & 15. ad 22.

Quorumque Imperio omnes, veri, & Catholici Epiſcopi, iure diuino quidem ſubiacent, prout ad p. & 2. cap. ſuperius demonſtrauimus, quamobrem in vniuerſas Eccleſias cunctoſque Antiſtites, ab ipſo Petro, ad Paulum. V. vſque, omnes Pontifices hoc iure vſi

abſolute ſunt, leges præſcribendo, Epiſcopos inſtituendo, ſedibus mouendo, ſuſpendendo, reſtituendoque, qua de re exempla quàmplurima, ex probatiſſimis ſcriptoribus recenſet. C. Bell. d. lib. 2. d. Rom. Pōtific. cap. 18.

Et quoniam ſuprema Papæ Iuriſdictio, non quidem certis vnius diæceſis finibus præſcripta eſt, ſed poteſtate maxima omnes vniuerſi orbis Eccleſias complectitur, vnde Epiſcopus Epiſcoporum ſummuſque Sacerdos appellatur, haud ſane probare tenetur leges ab ipſo latas vſu fuiſſe receptas, ab his, qui eius ſubiacent ditioni, vt vim legis habeant, ſatis namque eſt Chriſti Vicarium eſſe, & quia fideles omnes eidem parere tenentur, libertas non præſumitur, vbi eſt ſubiectio, præſumptio quidem cedit veritati.

Non me latet Felin. Ioan. Maior. Nauar. Driedon. in negatiua fuiſſe ſententia, quam in tota Gallia ſeruari teſtatur Rebuff. in proëm. Conſt. Gallic. tom. 1. n. 11. & 12. Verùm Silueſt. Angel. Ioan. Medina, Greg. Lopez. M. Burgenſis, Archidiac. Gemin. Turrecrem; Hugo, Zabarella, & Præpoſit. affirmatiuam tuentur, eamque receptiorem aſſerunt, vide hanc quæſtionem doctiſſime explicatam ab eruditiſſimo, omniumque noſtrę tempeſtatis Theologorum facile Principe, Franc. Suarez. lib. 3. d. legib. c. *19*. & à Vaſqu. tom. p. in. *1*. 2. diſput. *36*. c. 5 & apud C. Bellar. d. Concil. lib. 2. c. *17*.

N. In Canone ait Apoſtolorum. 38. diſpoſitum fuit vt bis in anno Epiſcoporū Concilia celebrarentur idem in Concilio Nyceno cap. 3. & in Antiocheno cap. 20. ſtatutum fuit: in executionem ergo decreti Apoſtolici, Epiſcopi in ſuis Prouincijs Concilia congregant, nulla

Epiſcopi Romani interueniēte authoritate, anno Chriſti 237. Fabianus Epiſcopus Romæ Concilium conuocat, in Arabia ab Orientalibus, contra Berillum, & contra Nouatianum plura ſunt habita.

Os bilingue duplicem habet ſenſum, quorum alter eſt, Epiſcopis ex decreto Apoſtolico ius competere Concilia cogendi etiam Rom. Pontifice inconſulto. Alter, quod Fabianus Papa, poſtquam Concilium Romæ habuit, tamquam ſimplex Epiſcopus, canonis prædicti, eorumdemque Conciliorum ſanctionibus coactus, Dioceſanam conuocauerit ſynodum. Falſo & Perperā. Mendacium.

Verum quod ad primam attinet. Concilia quidem, quadruplici differunt ſpecie, quorum alia ſunt Oecumenica, ſeu generalia, vel vniuerſalia, quædam Nationalia, quedam Prouincialia, poſtrema vero Dioceſana dicuntur, trium horum nomina recenſuit Auguſtinus lib. 2. de Baptiſ. contr. Donatiſt. cap. 3. quartum in concilio Toletan. 4. cap. 25. relatum eſt.

Et quamuis antiquitus Concilium generale à maioribus conſueuerit appellari, etiam illud Epiſcoporũ omnium prouinciarum, quę ſub vno Antiſtite Primate conuocabatur, quamobrem ad illud ab alijs diſtinguendum, quod vniuerſale verè eſt, hoc Oecumenici, ſiue Magni nomen addebant, vſus tamen poſtea obtinuit, quod generale, vniuerſale, & Oecumenicũ duntaxat appellaretur Conciliũ, in quo Epiſcopi, & Patres totius orbis, ad cauſam pertractandã vniuerſalis Eccleſię coguntur, prout latiſſime, hac de re egerunt, C. Baron. tom. 3. anno, 347. & C. Bellarm. d. Concil. lib. p. cap. 4.

Digitized by Google

Concilia igitur generalia, ſiue mauis vniuerſalia, & Oecumenica, quia in ipſis de rebus totius Eccleſiæ agitur, ad eum tantūmodo ſpectat conuocare, qui vniuerſę Eccleſiæ Caput, Præſul & Pontifex eſt, cætera verò ſiue nationalia, ſiue prouincialia, ſiue demum Dioceſana ſint, Primatuum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, iuris eſt indicere, quod Auguſt. docet epiſt. 217. ad Victorinum, Catholici omnes aſſerunt, & fatentur Caluinus lib. 4. inſtit. cap. 7. §. 8. & Centuriatores lib 4. cent. cap. 7. col. 534. cæterique Sectarij, C. Bell. lib. p d. Concil. cap. 12. ſunt enim Antiſtites omnes legati ipſius Chriſti, ſpirituales Patres ſub Rom. tamen Pontifice, à quo duplicem accipiunt poteſtatem, ordinis & iuriſdictionis, vt in Diæceſibus, & prouincijs, quarum regimen ipſis eſt delegatum, quiſq; eorum Eccleſiæ ſuæ curam gerant, neceſſitatibus pro tempore conſulant, & tamquam Paſtores, & Iudices omnia moderentur, cui enim munus aliquod demandatur, & omnia eidem ſimul tradita, & permiſſa cenſentur, ſine quibus, vel nullo modo, vel nō æque rite expleri potuiſſet; Ideo coërcendi, pœnas infligendi, leges condendi, ſynodos conuocandi, & ius dicendi in ſua ditione quiſque facultatem habet, C. Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 4. cap. 24.

Quo ad ſecundum, licet Papa non ſecus ac cæteri Epiſcopi, Lateranenſis Eccleſiæ Præſul verè ſit, ſuburbicarioſque Epiſcopos Fabianus conuocaſſet, Romanæq; Prouinciæ Metropolitanus, Patriarcha ſimul etiā, Epiſcoporum Princeps dicitur, & vniuerſalis omniū Eccleſiarum Moderator eſt, ideo iuriſdictione quidem omnibus

bus alijs Epiſcopis, Primatibus & Patriarchis, cô maior eſt quo illi ſingulis Diæceſibus ab eo præficiuntur, ipſe vniuerſo præeſt orbi. At Concilium conuocare ad iuriſdictionẽ refertur, ab alijs ergo Eccleſiarum Præſulibus ad Papam in propoſita materia, haud ſane rite argumentũ deducitur qui, nec canone Apoſtolorum, aut Niceni, Antiochenique Conciliorum decretis, ita deuincitur vt iuriſdictione cæteris coæquetur Epiſcopis.

Quod ſi Canonem Apoſtolicum innouauit Nicena Synodus, in ea legati Silueſtri Pontificis Romani præſidere, Oſius Cordubẽſis Epiſcopus, Vitus, & Vincentius preſbyteri. Teſtes ſunt Athan. in epiſt. ad ſolit. vitam agent. Cedre. in comp. hiſtor. Photius in lib. d. ſept. Synod. idque apertiſſime demonſtrant eorum ſubſcriptiones in fine actorum eiuſdem Concilij.

Eademque Synodus ſua epiſtola, à prædicto Silueſtro Papa, quæ in ipſa à Patribus ſtatuta fuerant, authoritate Apoſtolica muniri & confirmari poſtulauit, prout idem Pontifex rata habuit, atque probauit, ſua epiſtola reſponſiua, vtraque extant in fine actorum eiuſdem Concilij; quæ igitur in ipſo ſancita fuere, iuſſu, & aſſenſu ipſius Papæ decreta fuiſſe neceſſum eſt fateri. Hoc idem mandauit Leo PP. epiſt. ad Anaſt. Epiſcopum Theſſalon. vol. p. Concil. & quamplures alij Rom. Pontifices hoc ſtatuerunt; ergo & in executionem decretorum Pontificalium concilia ab Epiſcopis in ſuis Prouincijs haberi, quis negabit, niſi Hæreticus?

Concilium Antiochenum cuius citat. cap. 20. illegitimum, & improbatum eſſe demonſtrant C. Baron. tom. 3. anno 341. & C. Bellarm. de Concil. lib. p. cap. 6. Quam- Perpetũ.

Digitized by Google

obrem nullam habet vim legis, atque idem ſtatuit quod alia ſanxere legitima Concilia.

Perperam igitur tot coaceruatis Synodis prouincialibus, Aphricæ, Antiochiæ, Carthaginis, Aſiæ, Hiſpaniarum, quæ mox iterum recenſebit, poſtremo concludit: Concilia ergo citra Romanum Pontificem congregata, & expedita ſunt: & ineptiſſime inter eas recenſet quæ Romæ à Pontificibus habitæ ſunt: Quoniam idem qui eſt Romanus Epiſcopus, Vniuerſalis etiam eſt Eccleſiæ Præſul, quod & Synodus Romana ſub Siluestro in cuius initio ſe ſe Epiſcopum Apoſtolicæ ſedis aſſeruit, & alia ſub Iulio 1. alteraque ſub Hilario, & cæteræ quæ ſub Symmacho, ſub Greg. 2. & ſub Nicolao 1. actæ ſunt, apertiſſime demonſtrant.

N. Falſo & Perperã.

Hallucinatur autem oculatiſſimus Chronographiſta, qui oſcitanter citat Concilium à Fabiano habitum anno 237. cum quia hoc anno, non ipſe, ſed Pontianus ſedebat, C. Baron. tom. 2. eodem anno, tum etiam quoniam nullum Concilium ab eo habitum eſſe reperitur, ſiquidem Priuatum quidem Hæreticum, à Concilio Epiſcoporum Africæ iam damnatum, & ipſe Apoſtolica cõmunione priuauit, ſed vna ſolum Epiſtola data, ſub anno 242. Origenem quoque vel ad cauſam dicendam accerſitum Romæ audiuit, tamen extra concilium anno 248. neque enim Nouatus, & Nouatianus, qui tot Concilia conuocandi cauſam dedere, Fabiano Eccleſiam moderante, adhuc innotuerant, C. Baron. anno 238. 242. 248.

N. Falſo.

Morte autem eiuſdem Fabiani, ſede adhuc vacante,

Digitized by Google

Synodum vnam, cauſa illius controuerſiæ, quam de lapſis in Eccleſiam recipiendis Nouatiani excitarunt, à Clero Romano coactam legimus, apud Cyprian. epiſt. 31. & C. Baron. tom. 2. anno 353. in quo alteram & iſte actam recenſet.

SEcundum tempus à Conſtantino, ad Iuſtinianũ protrahit, quo & hactenus dicta comprobat, Concilia ab Imperatoribus indici, & confirmari conſueuiſſe aſſerens; eis quoque ſubiectos fuiſſe Romanos Pontifices, quibus nullam vnquam à cęteris Epiſcopis obedientiam exhibitam, falſo contendit.

N. Etiam inquiens, poſt Conſtantini tempora, poſt facultatem Epiſcopis in vnum conueniendi conceſſam aperiemus, nuſquam Romani Pontificis, in generalibus Concilijs conuocandis, authoritatem interueniſſe fatendum eſt, ſi contra veritatẽ obſtinati eſſe nolumus.

AT quid eſt veritas? Diabolus mendacij Pater, & vos quidem ex Patre Diabolo eſtis.

Et Lutheri, atque Caluini venenato oblatrans ore à prima Nicena Synodo exorditur, quam ſolo Conſtantini mandato indictam nullis Romani Pontificis aſſẽſu & iuſſu accedentibus, hac nimirum ratione probat, quia Panuinus, & Bardus in eorum Chronicis duas eodem tempore Synodos Romæ habitas ſcripſerunt, nulla ergo Romani Epiſcopi Authoritas ſuper Nicena interuenire potuit. Luther. & Calu. Falſo.

Hæc vero ex eo accepit Caſauboni fragmento, de libertate Eccleſiaſtica ab eo prępropere nimis editũ pro Sereniſſima Repub. Veneta, aduerſus Pauli V. P. M. interdictum, cui veræ pietatis affectum, & magni Principis

Digitized by Google

ſumma prudentia, prælum interdixit Henricus IV. Rex Chriſtianiſſimus, curante illuſtriſſimo Cardinali Maffeo Barberino, tunc apud eum Apoſtolicæ ſedis legato ſolertiſſimo, vt monſtro teterrimo eadem eſſet ortus & interitus hora, at fætidus abortus è ſepulchro obliuionis eruit Melchior Goldaſtus, qui bello Romanis Pontificibus indicto, & pudori, ac veritati remiſſis nuncijs, veluti magna in cloaca, putreſcentia cuncta Hæreticorum, Schiſmaticorumque funeſta commenta turpiſſimaſque impoſturas congeſſit, in ea mendaciorum conſarcinatione, quam Imperialem Monarchiā inſcripſit.

Ea vero Caſauboni potiſſima eſt ratio, cui vni fundamento opus innititur, quod Reſpublica, & Eccleſia olim ſub Ethnicis ratione, non re differebant; ſiquidem vnus erat populus, ratione tamen diuerſus, at vbi verè Religionis cultus Idololatriam eliminauit, ſicuti vna omnium fides fuit, ita vna eademque Reſpublica ex Eccleſia, & populo conflata eſt.

Hoc autem totum M. Conſtantino acceptum ipſe refert, quem & libertatis Eccleſiæ authorem dicit, quod vbi Religionis palam exercendæ liberam conceſſit facultatem, Eccleſia, quæ antea Reipub. pars non erat, tunc ad eius communionem admiſſa fuerit, poteſtas enim quam Eccleſia à Deo habet, eam à Republica ratione ſeparauit, dum peculiarem populum ſibi elegit, poteſtas autem Eccleſiæ à Principe data, eam Reipub. adiungit, ideo quæ eodem iure, cum alijs Ciuibus non vtebatur, vti cæpit, vbi à Principe eſt libertate donata, quam libertatem nihil aliud eſſe dicit, quam liberum ſacri cultus exercitium, & vehemens Deo ſeruien-
Digitized by Google

di cupiditas, ideo Apoſtoli, oportet magis obedire Deo, quam hominibus.

At Princeps inquit cum ſit tam in partibus, quam in tota Eccleſia, eius muneris erit Eccleſiaſticam diſciplinam conſeruare, cauereque ne vlla doctrina orthodoxa innouationem accipiant, ſui quoque iuris erit Hæreticos damnare, & Synodos indicere, & confirmare.

Chimæram vero hanc inanem, in vmbram deficere paucis videbis; Ethnicorum Reipubli. pars numquam fuit Eccleſia Dei, liberam ſui cultus exercendi facultatem à Conſtantino primum habuit, libertatis verò Chriſtum dumtaxat Auctorem agnoſcit, qui præcepit Apoſtolis, vt Euangelium ſuum omnibus vbique promulgarent, iuſſa ipſi quidem obſeruarunt, adeovt vniuerſo inter ſe orbe partito, nulla fuerit eius pars, nullaque tam remota, vel abdita regio, quam ipſi non penetrarint: quapropter, licet Tyranni per vim, & iniuriam obſtiterint, Chriſtianam tamen Religionem proprio ſanguine, tam late propagarunt, vt in ipſa etiam Vrbe Imperij capite, Idololatria exacta, Chriſti Vicario ſolium poſuerint, vnde nulla temporum vice, nullo infernarum poteſtatum conatu moueri vnquam potuit: Conſtantinus igitur Eccleſiæ libertatem non tribuit, ſed iniuſtiſſimum Tyrannidis impedimentum ſummouit, vt iure ſuo vti libere poſſet, & tunc Eccleſia ſe ſe in naturalem ſuam libertatem aſſeruit, quæ non in ſolo cultus exercitio, ſed in tributorum, & fori immunitate conſiſtit, atque etiam Reipub. pars effecta eſt, ſed potiſſima, quia Chriſtiana Reſpub. ex ſacris primum, & Sacerdotibus, poſtea Magiſtratibus conſtat. Principi igitur quamuis ci-

Digitized by Google

uilis Poteſtas ſuprema, & abſoluta ſit, tamen quia â ſpirituali diſtinguitur ratione, & fine, etiam dum inferior ſuperiori, ob maius bonum, inſeruit, nullum prorſus in ſacra ius eſt, non quod nihil eſſe Principi cum Eccleſia more Donatiſtarum exiſtimem, ius liberum denego, inſpectionem quamdam, & ſollicitudinem aſſero, vt tueatur magis, quam cognoſcat, & vim, turbas, atque extera hæc mala ab ea arceat, & quod in ipſo eſt, pacata ſacra præſtet, gladiumque pro ea, vbi opus erit, pius exerat, explicat hæc Ariſtoteles polit. 5. c. XI. de quibus Magnus idem Conſtantinus ab Euſebio merito laudatur, lib. 1. c. 37. 38. ipſius vitæ.

Eadem ratione graſſantibus præcipue in Oriente olim hæreſibus, quæ nonnullos etiam Imperatores ſui propugnatores habuerunt, Orthodoxi Epiſcopi proprijs è ſedibus per vim deturbabantur, Schiſmata fouebantur, errores palam aſſerebantur, & Pontificum iuſſa detrectabantur, vnicum tot malorum remedium erat Concilium, & quum Imperatoribus obſiſtentibus, cogi nullo modo potuiſſent, Pontifices, qui neceſſitatibus Eccleſiæ conſulere omnino cupiebant, tempori inſeruiendum eſſe animaduertentes, Imperatorum auctoritati plus æquo aliquid indulgere, lucrum exiſtimantes, vt ipſi Concilium indicerent hortabantur, rogabant, & ſæpè vt Synodorum acta confirmatione munirent, etiam eis permittebant, quo minus ea impugnandi facultas eſſet, ijs, qui magis pœnæ timore, quam ratione in officio continentur, qua de re qui exempla exigit Donatiſtarum, Arianorum, & Euſebianorum geſta percenſeat.

Digitized by Google

Neque tamen ex his plus iuris Imperatori quæri potuit, quam Ethnicis ſua Tyrannide quæſitum fuit.

Conuocari vniuerſitas niſi per ſuperiorem non debet l.1. vbi DD. d. Albo Scrib. l. 1. c. d. deci. lib. x. c. in Synodo diſt. 63. Innoc. in c. 1. d. maio. & obed. neque is vocare poteſt qui ius in vocatos non habet l. ſiquis ex aliena d. Iudic. de quo in animaduerſione ad primum M. Antonij librum latius diſſeruimus.

Verùm enim verò Silueſtri Papæ ſententia, Concilium hoc indictũ à Conſtantino fuiſſe, teſtes ſunt 6. Synodus act. 18. Damaſ. in Pontific. Ruff. Hiſt. lib. 10. c. 1. & pluribus rationibus, & authoritatibus comprobant C. Baron. tom. 3. anno. 325. & C. Bellarm. d. Concil. lib. 1. cap. 13.

Quamobrem, vt refert Athan. in Apolog. p. Oſius Cordubenſis, quem cum alijs collegatis, vice eiuſdem Silueſtri, huic Concilio præfuiſſe ſuperius probauimus, ad Conſtantinum hæc ſcribit, *Ne nobis in hoc genere præcipe, ſed ea potius à nobis diſce, tibi Deus imperium commiſit, nobis ea quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.*

Vides ergo an Oſius in ea Synodo Conſtantini vices gerere profiteatur, cuius nedum iuſſa detrectat, ſed cum eo tanquam ſuperior agit; Quod ſi in re antiquitate obſita, coniecturis probare licet, quod certis non poteſt monumentis demonſtrari; quis ſane mentis dixerit Oſium, vnius Ciuitatis Hiſpaniæ Epiſcopum, proprio iure præſediſſe Concilio vniuerſali in Oriente habito? cùm hæc Romani dumtaxat Pontificis prærogatiua ſit, cuius vnius abſque aſſenſu œcumenicas conuocari Synodos Canon Apoſtolicus vetat?

Digitized by Google

Falſo. Et Falſo pariter Panuinum adducit, qui in Chronico anno. 237. Fabianum in ſerie Pontificum. XXI. recenſet, nihil prorſus de Concilijs, in Catalogo verò ex Platinæ volumine, alijſque ſcriptoribus ab eodem Panuino collecto, in Fabiano, Concilium Sexaginta Epiſcoporum, Platina authore refertur, qui quidē Platina nullo pacto Concilium à Fabiano, imo potius ipſo iam prædefuncto coactum dicit, *Nouatianus* inquit *Vrbis Romæ præſbyter, ob cupiditatem Epiſcopatus, omnia diuina, atque humana miſcebat, ne in manus Cornelij, qui Fabiano ſucceſſit, Pontificatus deueniret, ab Eccleſia enim ſeparatus*, &c. *Hanc ob rem Romæ Concilium ſexaginta Epiſcoporum, & totidem Preſbyterorum, cum Diaconis pluribus habitum eſt*, &c. vt ex C. Baron. animaduertimus, ſed concedamus Fabiano ſuperſtite Concilium iſtud actum, vbi alterum eſt? quocũque te vertis in mendacium impingis; Bardus pariter falſo adfertur, qui Concilium à Fabiano indictum, ſeu habitum nullibi dicit.

Perpetã. mentitur N. Falsò igitur pergit, Can. Sancta diſt. 16: octo Concilia authoritate Romani Pontificis roborari ſcribit, nõ enim confirmare dicitur qui omnino illa ſequi tenetur, at Papa cum promouetur eadem octo Concilia ſeruare promittit vt Deus dedit, in collatione canonum, qui in Bibliotheca Vaticana conſeruantur, dicit cuncta hæc tranſumpſit. ex Gloſſ. d. cap. diſt. 16.

PRofecto Concilia vniuerſalia, celebrari nullatenus poſſe, niſi Rom. Pontificis authoritas acceſſerit ſtatuit Canon. Apoſtolorum, relatus à Marcello Papa Epiſt. ad Epiſcopos Antiochenæ Prouinciæ, ſanxiſſe Nycenam Synodum, teſtatur Concilium Alexandrinum,

num, epiſt. ad Felicem, Iulius Papa 1. epiſt. ad Epiſcop. Oriental. cuius meminere Socrat. Sozom. & Nycephor. apud C. Bellarm. d. Concil. lib. 1. cap. 12. & ſtatuit can. regula. diſt. 17.

Neque abſoluta, & valida dicuntur, donec ſummi Pontificis, qui Caput eſt totius Eccleſiæ, ſententia ſeu confirmatione roborentur can. 2. diſt. 17. plura ad hoc congeſſit C. Bellarm. d. Concil. Author. cap. 11. corũ ergo decreta Romanus Pontifex non tenetur ſequi, antequam ab ipſo probata fuerint, & cum ab eo robur omne, omnemque authoritatem habeant, non quidem ex neceſſitate, exceptis quæ de fide ſunt, verùm ex honeſtate, ipſa ſeruare debet, quemadmodum Princeps, qui ſupra leges eſt, legibus iiſdem ſubiacere dicitur.

Atque hæc ab illa pendent quæſtione, an Papa ſit ſupra Concilium cui non poſſe Pontificem ſe ipſum ſubijcere, eruditiſſime probauit ipſe C. Bellar. d. authorit. Concil. cap. 18.

De qua ſatis erit dixiſſe, quod cum Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus, in Synodo Epheſina Primatum Paleſtinę, in præiudicium Epiſcopi Cæſareæ, conniuente maxima Epiſcoporum parte, ſibi vindicaſſet, Leo Pontifex Romanus, huiuſmodi decretum Concilij irritum fecit, epiſt. eiuſ 62. apud C. Baron. tom. 5. anno. 431.

Vnde Gelaſius epiſt. 11. ad Epiſcop. Dardan. *Sed nec præterimus, quod Apoſtolica ſedes frequenter, vt dictum eſt, more maiorum, etiam ſine vlla præcedente Synodo, & abſoluendi quos Synodus inique damnauerat, & damnandi nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuit facultatem*, &c. idque

comprobat exemplis Athanaſij, Chryſoſtomi, Flauiani, quos Concilia ſedibus eiecerant, & Pontifices reſtituerunt, aliorumque Epiſcoporum, quos Synodus Epheſina depoſuerat.

N. In Sardicenſi, inquit, Concilio, duos dumtaxat legatos Romanæ Eccleſiæ interueniſſe legitur, in cæteris nullos.

Mendacium.

Item in hoc Oſius præfectus fuit, atque Concilij Author legitur, legatorum authoritas nulla apparet, ex quo Romani Epiſcopi, in conuocando illo, aut præſidendo facultas probari poſſit.

Perperã.

PRima pars huiuſcemodi verborum mendacium cõtinet impudentiſſimũ, generalem ſiquidem negatiuam conſtituit, quam reuincere, haud ſane difficile erit; nullum vmquam fuit Oecumenicum, legitimum Concilium, quod Romani Pontificis iuſſu, authoritate, vel aſſenſu indictum, habitumque, vel ab eo per ſe, aut per legatos ipſius, qui vice illius præſederint probatum non fuerit: quod ſi ab ipſa Nycena prima ad Tridentinam vſque Synodum, acta cuiuſque, & Hiſtoricorum monumenta euolueris, rem ita vtique comperies, neque aliter legitimè, riteque id fieri poſſe ſanxere Apoſtoli ipſi, Canone illo à Marcello relato, epiſtola ſua de qua ſuperius actum eſt, atque in Chalcedonenſi act. 16. libera fronte aſſeruere Lucentius, & Paſchaſius Apoſtolicæ Sedis legati.

At nonne Siluestri admonitione Conſtantinus Magnus Nycenum coegit Epiſcoporum cætum? cui vice eiuſdem Siluestri Oſius, Victor, & Vincentius præfuere, primique ante omnes Epiſcopos, ipſumque Impera-

torem, acta Concilij ſignarunt, vide apud C. Baron. tom 3. annis 324. & 325. teſtes de hoc quam plures & irrefragabiles.

Epheſinum 1. non ne indictum eſt, curante id Theodoſio ſeniore, apud Celeſtinum Pontificem? cuius interfuere legati Philippus, Archadius, & Prouectius C. Baron. tom. 5. annis 340. & 341.

Chalcedonēſi, Lucentiũ & Paſchaſium nomine Leonis 1. præſediſſe, eiuſdem Concilij acta demonſtrant.

Ad Nycenanæ 2. Adrianus 1. legatos miſit Petrum preſbyterum, & Petrum Monachum, hujus rei aſſertores plurimos recenſet C. Baron. tom. 9. anno 787. atque hæc quatuor ex octo generalium Conciliorum exempla ad mendacium confutandum ſufficiant.

Secunda vero pars, & ipſa eadem fronte, & impietate mendax, prout quicunque rei veritatem trutinare, rectaque lance expendere voluerit, eruditiſſimas de hoc animaduerſiones C. Baronij, facilè quidem comperiet.

Si quidem ex his, quæ alias geſta legimus, regulam nobis præſcribunt Hiſtoriæ, qua metiri, & iudicare debemus, quæcumque ſimillima contigiſſe viderimus, licet quo ſint ordine peracta ignoretur, quorum enim eadem ratio eſt, idem quoque ius eſſe debet.

Cum igitur compertum habeamus, cæteras generales Synodos, Romani dumtaxat Pontificis authoritate coacta, ab eoque ſemper probata fuiſſe, ipſiſque Apoſtolicæ ſedis legatos primo loco præſediſſe, & ſubſcripſiſſe, quod vel ex actis eorum quæ integra extant liquidò patet, vel qui res geſtas literis conſignarunt enarrant, cui dubium eſſe poteſt idem quoque in Sardi-

Digitized by Google

cenſi fuiſſe ſeruatum, poſtquàm bonam actorum partem huius Synodi deperijſſe conſtat.

Præſertim cum Athanaſius, qui Sardicenſis Concilij vnus ex Patribus fuit, Oſium poſt Polixenum, & Archidamum, Papæ legatos conſueto aliorum Conciliorum more, primum recenſeat apolog. 2. cap. 11.

Quod autem Oſius ſimplex Cordubæ Epiſcopus, Concilij generalis in Oriente Author fuerit, abſurdum profectò eſt dicere, cum quia ad Romanum dumtaxat Pontificem proprio iure pertinebat, iniuſte hoc igitur Oſius ſibi arrogaſſet, quæ autem niſi per iniuriam fieri nequeunt, nũquam geſta præſumuntur, præſertim à viro frugi, eruditoque, qualis ipſe fuit, tum etiam quia alijs in Concilijs, quibus legatus præfuit, eundem Pontificiæ authoritatis acerrimum ſemper propugnatorem fuiſſe conſtat ex relatis à C. Baronio loco iam dicto; denique Sozomenus lib. 3. cap. 11. poſt legatos Apoſtolicos, ipſum recenſet, plus igitur legatis tribuit, quamuis potius Athanaſio, qui interfuit, quàm Sozomeno alterius fidem ſecuto, credendum ſit; mentitus eſt ergo.

Verum qui modo generalibus tantum Concilijs ſua comprobare mendacia ſpopondit, Vertumnum agit, neque ſtat promiſſis.

N. Vt enim inquit ſenſibus probatio ſubiciatur, verba Canonis prima diſt. 16. tranſcribi placuit, in quo Conciliorum Authores nominantur, &c. Hîc verba Canonis annectit, quibus Gratianus viginti quatuor Concilia, eorumque Authores recenſet.

SEd quoniam paucis exceptis, omnia ſunt prouincialia, prout ex Cædreno deprehendere licet anno. X.

Digitized by Google

Conſtátini Pogonati pag. 361 impreſſ. Baſilen. anni. 1562 Ἰστέον δὲ ὡς καὶ ἕτεραι γεγόνασι τοπικαὶ σύνοδοι καὶ κανόνας οὕτως κατέχομεν, εἰ καὶ μὴ κυρίως, καὶ τῷ ἀριθμῷ τῶν ἓξ ἀριθμοῦνται συνόδων· ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἢ ἐν Λαοδικείᾳ. ἢ ἐν Σαρδικῇ, ἢ ἐν Καρθαγένῃ· Αἱ μὲν γὰρ τοπικῶν ζητήσεων ἕνεκα συνέστησαν. *Tenendum eſt etiam alias fuiſſe certis in locis Synodos, quarum decreta habemus, tametſi eæ in numero ſex iſtorum Conciliorum non extant. Tale fuit, quod Ancyræ actum eſt, Item Neoceſareæ, Gangis, Antiochiæ, Leodiceæ, Sardicæ, Carthagini. Hæc enim coacta ſunt ob quæſtiones certis locis obortas*, & de eorum conuocatione cum Sectarijs quæſtio nobis nulla eſt, & Blactero noſter mendaciũ extorquere à Gratiano fruſtra conatur, quod ipſe nunquam excogitauit, Conciliorum ſcilicet, quæ in hoc canone recenſentur nullas fuiſſe partes Romani Pontificis, poſtquam ſingulorum refert authores, ſuperuacanea itaque foret expunctio, ſat igitur erit oſtendere Gratiani incuriam, qua in pluribus deceptus eſt, & Romani Pontificis authoritate eſſe habitas vniuerſalis, quas in canone iſto recenſet, plurimiſque prouincialium ex his Apoſtolicæ Sedis interfuiſſe legatos.

Atque ab Ancirana exordiendo, quam primam poſuit, Vitalem Antiochenum, eius dicit Authorem, Neoceſarienſis verò Vitalem Salaminum.

Verum ex actis ipſarum liquido patet, Vitalem Salaminum vtrique ſubſcripſiſſe primũ, ad quem vti primæ ſedis Orientalis Præſulem, Synodum conuocare ſpectabat Cardin. Baronius tomo. 3. anno. 314.

Concilij Epauenſis authorem Cęſarium aſſerit, verum inter Epiſcopos, qui acta eorum ſubſcriptione conſignarunt, ſunt Alcinus, & Auitus Viennenſis, neque

vllus legitur Cæſareus C. Baron. tom. 6. anno. 509.

Aurelianenſes Synodi, quinque reperiuntur, quarum prima ſub Clodoueo, ſedente Symmacho acta eſt, verùm non ſeptuaginta Canonibus, ſed triginta tribus tantũmodo conſtat, neque Aurelius Arelatenſis ipſi interfuit, prout in eo canone legitur, & hoc idem acta ipſa demonſtrant, quibus Auentinus Dinienſis Metropolita primus ſubſcripſit, quemadmodum neque ſecundæ, neque tertiæ, neque quartæ, quę regnante Childeberto habitæ ſunt, Aurelius Arelatenſis interfuiſſe legitur, quem Gratianus earum facit authorem, ſed quintæ tantummodo, vt ex actis earum liquido conſtat, veruntamen Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis, ante Aurelium ſubſcripſit, quamobrem is potius author illius Synodi dicendus eſſet, neque Albinus Andegauenſis Epiſcopus, in Cathalogo Patrum huius Concilij recenſetur, vt Gratianus habet, qui verè non huic quintæ, ſed tertiæ interfuit Synodi, quarto loco obſignans, vt acta demonſtrant, vide C. Baron. tom. 7. anno. 540.

In Sardicenſis quoque legatis hallucinatus eſt, qui Vincentiũ Capuæ, Ianuarium Beneuenti, & Chalepodium Neapolis Epiſcopos Romanæ Eccleſiæ legatos præfuiſſe retulit, ſiquidem Oſium Archidamum, & Philoxenum Iulij Pontificis in hac Synodo geſſiſſe vices aduerſus Gratianum probat authoritas Athanaſij qui interfuit, C. Baron. tom. 3. anno. 346.

Antiochenæ Synodi Gratianus, quam loco quintam ponit, Auctorem dicit Euſebium in Paleſtina, eamque inter Catholica Concilia percenſet, ſed in vtroque deceptus eſt, & Primò Euſebium hunc Cæſareę Paleſtinę,

Digitized by Google

iam ſuperiori anno prædeceſſiſſe, eique ſuffectum eſſe Acacium, qui huic interfuit Conciliabulo, Sozom. diſertis teſtatur verbis lib 3.cap.5. Μετέσχον ταύτης τῆς συνόδου, οὐ μόνον Εὐσέβιος, ὃς μετὰ Παῦλον ἐκβεβλημένον, ἐκ Νικομηδείας μεταστάς, τὸν Κωνσταντινουπόλεως εἶχε θρόνον· ἀλλὰ καὶ Ἀκάκιος ὁ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου διάδοχος.

Huic Concilio interfuerunt, non Euſebius ſolum, qui poſt Paulum eiectum Nicomedia tranſlatus, ſedem Conſtantinopolitanam occupauit, verum etiam Acacius, Euſebij cognomento Pamphili ſucceſſor &c. prout C. Baron. tom. 3. anno. 341. n. 37. animaduertit.

Præterea hæc illa eſt pſeudo Synodus, quæ Auctore, & Promotore Conſtantio, Imperatore Ariano, habita fuit occaſione celebris illius Dedicationis Maximi Templi, à Magno Conſtantino olim Antiochiæ cepti, & à Conſtantio poſtea abſoluti, quod ob præclaram, & Imperiali munificentia dignam eximiamque ſtructuram Aureum Dominicum eſt appellatum, vt adnot. C. Baron. citato anno in principio. Ad haſce ergo Encenias Epiſcopi nonaginta, à Conſtantio conuocati, quorum triginta ſex Ariani, ipſius Conſtantij auctoritate Conciliabulum aduerſus Athanaſium cogi curarunt, hoc prætextu detrectantes Romam proficiſci ad Concilium, quod Iulius 1. poſtulantibus eorumdem Euſebianorum legatis, Romæ habendum indixerat, ipſiſque per Nuncios ſuos intimauerat, diemque ſtatuerat, quo ad cauſam dicendam adeſſent, cur Athanaſium propria eiecerint ſede, prout ipſe Athanaſius teſtis eſt, lib. de Synod. in epiſt. ad ſolitar. & alia ad Orthodox. & Apolog. 2. In hac igitur Conuenticula, ipſe

Athanaſius primo damnatus, eique Gregorius Emiſenus in Epiſcopatu ſuffectus eſt, quo reculante, Gregorius alter ſed Arianę ſectæ Alexandriam mittitur, qui militum præſidio vacantem inuaſit ſedem Athan. locis ſupra adductis Sozom. lib. 3. cap. 5. Socrat. lib. 2. cap. 6. Ruff. lib. 1. cap. 19. In hoc verò cōciliabulo plura ſane impia, indecoraque ab Euſebianis ſancita fuere, Catholicis licet obſiſtentibus, qui Athanaſij abdicationi, neque ſuffragio, neque ſubſcriptione aſſenſere, quod Iulius obicit Conſtantio, Epiſt. ad eum data, quam recitat Athanaſius Apolog. 2. Quamobrem multi ex vicinis locis Epiſcopis animaduertentes liberum haud futurum cuique votum, Antiochiam non concedere ſatius duxerunt, quorum vnus fuit Maximus Hieroſolymorum Epiſcopus de quo Socrat. lib. 2. cap. 5. Μάξιμος μέντοι ὁ τῶν ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ὃς Μακάειον διεδέξατο, οὐ παρεγένετο ἐν αὐτῇ ἐπιλογισάμενος ὡς εἴη συναρπαγεὶς, καὶ τῇ καθαιρέσει Ἀθανασίου. *Verum Maximus Hieroſolymorum Epiſcopus, qui Macario ſucceſſerat, ad illud neutiquam acceſſit: ratus, ſi acceſſiſſet ſe compulſum iri, Athanaſij abdicationi ſubſcribere.*

Quanta verò huic Synodo ſit habęnda fides, ex eodem Socrate cognoſces, qui hæc ita proſequitur.

Ἀλλὰ μὴν, οὐδὲ Ἰούλιος παρῆν, ὁ τῆς μεγίστης ῥώμης ἐπισκόπος, οὐδὲ μὴν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἀπεστάλκει τινὰ, καίτοι κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης, τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν. *Quin etiam Iulius Epiſcopus Romanus neutiquam aderat: neque quemquam qui eius locum ſuppleret eo miſit: idque cum Canon Eccleſiaſticus iubeat non oportere* abſque ſententia Epiſcopi Romani decreta Eccleſijs ſancire.

Sed & lib. eodem cap. 7. narrata Athanaſij abdicatione

ne addit. καὶ τοῦτο κατεργασάμενοι, μεταποιοῦσι τὴν πίστιν, οὐδὲν μὲν τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψάμενοι, τὸ δὲ ἀληθὲς ἐπὶ καθαιρέσει καὶ παρατροπῇ, τῆς ὁμοουσίου πίστεως, διὰ τοῦ συνεχεῖς ποιεῖσθαι συνόδους, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ὑπαγορεύειν τὸν ὅρον τῆς πίστεως. *Qua re confecta, fidem commutare laborant, qui tametſi nihil eorum, quæ in Concilio Nicæno acta ſunt, reprehendere volebant, re vera tamen fidem Conſubſtantialis per crebra Concilia labefactare, & euertere, & alias aliter de fide decidere aggreſſi ſunt.*

Sed vide apud C. Baron. dicto anno 341. Euſebianorum eorumdem varias, & ſimul repugnantes fidei formulas, aſtuſque, & decipulas, quamobrem Pontifex quam ad eum miſerunt, iure optimo reſpuit, Sozom. lib. 2. cap. 10. & Athan. Apolog. 2. Atque hinc factum eſt, vt Canonibus illius Synodi, tanquam non ritè coactæ, illegitimæ, & improbatæ, nulla ſit fides habita, vnde Chryſoſtomus, cum aduerſus eum quartus obiceretur Canon, quo ſtatutum eſt Epiſcopum à Concilio depoſitum, non poſſe niſi à Concilio reſtitui, aperta fronte reiecit, inquiens, huiuſmodi decretum non ad Eccleſiam Catholicam, ſed Arrianorum pertinere Socr. lib. 6. c. 16. C. Bar. tom. 3. anno 340. & 341.

Concilium Carthaginenſe à Gratiano 7. loco recenſitum ſextũ fuit, verùm in executionem literarum, quæ Innocentius Papa contra Pelagium, & Celeſtinum promulgauerat, atque Zoſimo eius ſucceſſore ſciente, & approbante, per actum, præſidente Apoſtolicæ ſedis legato Fauſtino, Potentinæ in Piceno Epiſcopo, vt eiuſdem Concilij acta cap. 2. demonſtrant, remque ipſam fuſius explicat C. Baron. tom. 5. anno 417. & 418.

Quartum eſt Concilium illud Africanum, quod Re-

Digitized by Google

gnante Theodoſio iuniore, coactum dicit, eſt ſecundum in primo Conciliorum volumine, vt initio ipſius apertiſſime conſtat, vbi in eo recitata fuiſſe dicuntur diuerſa Concilia, totius Prouinciæ Aphricæ, temporibus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi celebrata, & hoc licet Prouinciale pariter ſit habitum, ſub Bonifacio primo, cui & Romanæ ſedis, legatos interfuiſſe demonſtrant acta & epiſtola eiuſdem Concilij ad Bonifacium Pontificem, & quæ animaduertit C. Bar. tom. 5. anno 419.

Quinque Synodos Arelatæ habitas Gratianus recenſet, quas iſte bonæ fidei poſſeſſor eodem refert ordine, quo ipſas in canone iſto nactus eſt, neque vltra ſibi laborandum eſſe cenſuit, vt hiſtoriæ veritatem indagaret, dũmodo illiniat paginas ſiue veris, ſiue falſis nihil intereſt; Extant quidem in primo Conciliorum tomo duæ Synodi Arelatenſes, quarum prima nullis Patrum ſubſcriptionibus eſt conſignata, altera verò plures habet, eas verò ſimul confundi cenſuit C. Baron. tom. 3. anno 314 poſtquam vtraque habita ſub Conſtantino dicuntur, cum re vera vna dumtaxat ipſo imperante celebrata fuerit, tres autem habemus, nec plures Arelatenſes Synodos quas Probatiſſimi recenſent Authores.

Quarum prima eſt ſub Silueſtro *1.* & Conſtãtino Magno, quæ eandem eſſe, quam Gratianus primam refert apertiſſimè deprehenditur ex numero CC. Patrum, quos totidem huic Synodo interfuiſſe inquit etiam Auguſt. epiſtolæ contra Parmenionem lib. 1. cap. 5.

Quod autem Silueſter cum S. Cæſario Epiſcopo Arelatenſi, Author extiterit canonum, qui in ea ſanciti fuerunt, vt Gratianus habet, mendacium eſt patens,

Digitized by Google

ſiquidem Syluester huic Synodo non interfuit, ſed vice ipſius in ea præſiderunt Claudius, & Vitus Preſbyteri, Eugenius, & Cyriacus Diaconi, imo & ipſa acta ad Syl-ueſtrum miſerunt Patres, vt ab eo confirmarentur, extat verò de hoc eorum ad Silueſtrum epiſtola vide C. Baron. anno prædicto 314.

Secunda verò fuit pſeudo altera illa Synodus Arianorum, à Conſtantio Imperatore, atque Arianæ hæreſis aſſertore, eam tantum ob cauſam coacta, poſt relatam de Magnetio Victoriam, vt innocentiſſimus Athanaſius iterum damnaretur. Equidem Conſtantij faſtus, temeritaſque poſt debellatum Tyrannum eo vſque elatę sũt, vt Ammiano teſte lib. 15. æternitatem meam aliquando ſubſcribere conſueuerit, totiuſque Orbis Dominum ſe appellarit, ſed quoniam, vt de eo inquit Zoſimus lib. 2. in fin. aſſentatores ijs potiſſimum inſidiantur, quorum fortunæ bene conſtitutæ videntur, vnde arrogantiores, ſecundis rebus moderate vti neſciunt, hinc calumniatoribus aditum, qui eorum dignitates ſe ſperant aſſecuturos, quos calumnijs obruendo, ſua è fortuna deiciunt. Quamobrem cum audiſſet Liberium Pontificem neque Arianos Epiſcopos in communionem recepiſſe, neque Athanaſium damnaſſe, prout epiſt. ad eum data poſt mortem Iulij, ipſi Ariani poſtularant, de qua C. Baron. tom 3. anno. 352. n. 11. & ſeq. tanta exarſit ira, vt furore exæſtuans, fælicitate enim ita plerumque corrumpitur animus, vt nihil eius voluntati, nec ipſe Deus iure poſſe obſiſtere, falſo exiſtimet, ſtatim promulgauit edictum, quo vt refert Seuerus hiſt. lib. 2. ſanciuit omnes in exilium fore pellendos, qui in dam-

Digitized by Google

nationem Athanaſij non ſubſcriberent. Præſcius igitur imminentium malorum Liberius, Concilium Romæ coëgit, in quo reiectis Arianorum petitionibus, proſpiciendum eſſe futuris calamitatibus ſtatutum eſt, ideo ad Conſtantium miſſi Arelatē legati, Vincentius, & Marcellus, qui de cogendo Concilio, ipſum interpellarent. Quod ipſi quoque Ariani efflagitabant, eo namque remedio Pontifex præuiſam Eccleſiæ perſecutionē anteuertere poſſe cenſuit, vt eius epiſt. ad Conſtantium, inter opera Luciferi Calaritani, & tom. 9. Biblioth. SS. PP. & alia ad Oſium Cordubenſem apud. C. Baron. eodem anno. 353 n. 17. & 18. conſtat. Habita itaque ibi Arianorum Synodo, diu certatum, an prius Athanaſij damnatio ſubſcribenda, vel de fide eſſet diſceptandum, & eorum vicit ſententiam, vt refert Seuerus lib. 2. tom. 2. ſanctæ Biblioth. qui Athanaſium primo damnandum contendebant, idque actum fuit, eiuſque iniuſtiſſimæ damnationi vnus ex legatis Apoſtolicis, Vincentius Imperio Conſtantij victus, & Arianorum fraudibus circumuentus ſubſcripſit, vt idem teſtatur Athanaſ. Apolog. ad Conſtant; & Liberius dicta epiſt. ad Oſiū, apud C. Baron. citatis anno, & numero, atque hic Conciliabuli finis, quamobrem Liberius ſecunda ad Conſtantium legatione, eandem ob cauſam Luciferum Epiſcopum Calaritanum, Pancratium Preſbyterum, & Hilarium Diaconum Romanæ Eccleſiæ miſit, vt alia Liberij epiſt. ad Conſtant in append. ad opera Luciferi conſtat, de reliquis conſule C. Baron tom. 3. anno 354.

Tertia eſt quæ ſedente Leone Pontifice acta fuit anno 453. cui vnus tantum S. Cæſarius præfuit, C. Baron. d.

Digitized by Google

anno tom. *6.* & in hoc etiam Gratianum eſſe deceptum non vidit.

N. In can. inquit 2. 3. & 4. diſt. *16.* Rom. Pontifex recipit quinquaginta canones Apoſtolorum, qui tamen authoritate recepti non dicuntur, ſed quo ad illorum profeſſionem tantum: ſi Galli hodie Concilium Tridentinum reciperent, non ideo Tridentinum à Gallorum authoritate dependeret. Falſo.

PRimo autem falſò aſſerit in citat. can. 2. 3. & 4. Papam recepiſſe canones quinquaginta, *nam*, ſecundi hæc ſunt verba, *Sexaginta ſententias Apoſtoli præſcripſerunt, cum alijs plurimis Epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.*

Tertij hæc, *Clementis librum, ideſt Petri Apoſtoli itinerarium, & Apoſtolorum Canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt Orthodoxæ fidei adiungenda.*

Quarti verò, *Huic Sanctæ Synodi, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum capitula.*

Hac tamen de re, conſule Turrianum contra Mandeburg. Centuriatores, C. Bellarm. lib. p. de verbo Dei cap. 20. C. Baron. tom. 2. anno. 102. Gretſer. defenſ. C. Bellarm. d. lib. p. eod. cap. & contra Theſes Hannanias, vt ſcias à Romanis Pontificibus, vel aliquo œcumenico Concilio, non quidem ita probari canones iſtos vt tanquam verè Apoſtolorum eſſent, inter diuinas habeantur ſcripturas, ſed quod in ipſis decreta, ab omnibus æque recepta videantur.

At quorſum hęc? canones prædd. quando etiam verè ab Apoſtolis conditos eſſe conſtaret, non quidem ab Authoritate penderent Romanorum Pontificum, quod illorum eſſent Authores, vel eos probaſſent, vt vim legis haberent, ſed ipſorum authoritate vti tales ab omnibus reciperentur, ac ſeruarentur, *profectò* inquit Aug. *Ego vero Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoneret authoritas*, libro contra epiſt. fundaméti cap. 5.

Ineptum Mendacium.

N. Ex his arguit Falſum eſſe can. Synodum Epiſcoporum diſt. 17. quo generale Concilium abſque Romani Pontificis authoritate celebrari non poſſe ſtatuitur.

SEd quam rite ex præmiſſis ſequelam deduxerit, imo extorſerit, quis non videt? nulla profectò concluſioni, cum his quæ præcedunt intercedit affinitas.

N. Falſitatem verò Canonis prædicti ab inſcriptione probat, ſiquidem inquit, Marcelli ad Maxentium eſt inſcriptio, & tamen dicta Epiſtola decretalis, vnde ille Canon collectus eſt, ne verbum quidem de eo continet.

Mendacium.

AT ibidem ad Maxentium hæc leguntur. *Synodum ergo, abſque huius Sanctæ Sedis authoritate Epiſcoporum, quamquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare, non poteſtis regulariter facere, neque vllum Epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnare, antequam hinc ſententia finitiua procedat, nam ſi Seculares in publicis iudicijs, libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis Sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt, de quibus dictum eſt, ego dixi Dij eſtis?* Eademque in prædicto Canone præciſe habentur.

Mendacium

N. Epiſtola verò Decretalis, inquit, vnde Canon ille deſumptus eſt, ad Epiſcopos Orientales ſcripta eſt, ha-

Digitized by Google

betur in p. volumine Concil. impreſſ. Venetæ.

Tom. p. Epiſt. Decret.

ET in hoc etiam mendax, ſiquidem nulla reperitur Marcelli Epiſtola ad Orientales Epiſcopos, ſed vna tantum ad Epiſcopos per Antiochenam Prouinciam conſtitutos, ibique idem recenſetur Canon, altera ad Maxentium, nec plures, eodemque ordine extant in p. Cōciliorum volumine, atque illius Canonis verba eadem vtraque continent. De quo quidem Canone ſatis dictum in animaduerſione huius capitis eſt.

N. Sed Canon, addit, vſu receptus non probatur, imo potius vſum contrarium inualuiſſe conſtat, nam Marcellus vixit anno. 304. & tamen annis poſtea 313. 315. & 316. in Hiſpania, in Carthagine, Concilia abſq; Romæ Pontificis authoritate fuerunt facta, item ſecundum Concilium Arelatenſe, & Cæſarienſe, & ipſum Nycænum vt probatum eſt. Mendacium.

IN circuitu impij ambulant, ad eadem reuertitur adhuc, quę ſuperius toties repetijt, nullum vmquam generale Concilium habitum reperitur, quod Romani Pontificis authoritate indictum & ratum non fuerit, Concilia verò in Hiſpania habita Elibertinum Telmenſe, Hiſpalenſia Tarraconenſe, Valentinum, Toletana tredecim, verè prouincialia fuerunt, pręter vnum, quod generaliter ex omnibus Epiſcopis Hiſpaniarum, & eius Galliæ Narbonenſis, quæ Gothorum parebat imperio, coactum eſt, ſciente, & permittente Pontifice Pelagio, & cui legatus Apoſtolicę Sedis præfuit. S. Leander Epiſcopus Hiſpalenſis, Tudenſis, & Iſidorus in Chron. Gothor. apud C. Baron. tom. 7. anno. 589. quæmadmodum & ea, quæ in Africa diuerſis ſunt celebrata tempo-

Digitized by Google

ribus, vno excepto, quod generale dicitur, quia ex omnibus Africanæ Eccleſiæ Prouincijs Epiſcopi in vnum coiuere cætum, quod Anaſtaſij Romani Pontificis iuſſu inchoatum & ipſo prædefuncto Innocentio eius ſucceſſore mandante abſolutum fuit C. Baro. tom. 5. anno. 401. & 403.

Arelatenſe Conciliabulum Arrianorum fuiſſe probauimus ſupra, Cæſarienſis hucuſque nulla extat impreſſa Synodus, quod ſi Neocæſarienſi caput obtruncauit, Ptolomeum, & Strabonem, & Plinium conſulat, quibus cum Orbem peragrando melius ediſcet quam lõge Pamphilia, & Paleſtina (vbi ſunt Cęſareę, & Cappadocia cuius Neocæſarea vrbis eſt) ab inuicem diſtent, ac ſumptibus parcet; verum, & eam Neocæſarienſem ab Epiſcopis vnius prouinciæ Cappadocię habitam eſſe, & Nicenæ legatos Silueſtri Papæ pręfuiſſe iam diximus.

N. Modo acutiſſima hac ratiocinatione inſurgit, ſi ante Conſtantini tempora, Epiſcopos congregari non permittebatur, quonam modo Marcellus, ſuper huiuſmodi generali conciliorum conuocatione, ad Antiochenos Epiſcopos ſcribere potuit, non entis nullæ ſunt qualitates, Falſus igitur Canon, ſicut & ipſum ius Pontificium falſum eſt.

Mendacium ineptiſſimum.

SIſte lector rogo, & viliſſimi, perditiſſimiq; Apoſtatæ impudentiã, & impietatẽ recogita, atq; in ore ſacrilego impia Lutheri verba iſta agnoſce; tuti⁹ eſt oĩa negare.

Mendax obliuiſcitur eſſe memorem, ſupra in epiſtola Marcelli ad Epiſcopos Orientales Canonem Apoſtolorum relatum eſſe dixerat, modo in Epiſtola ad Epiſcopos Antiochenos dicit.

At

At non ne Marcellus anno 304. Pontifex renunciatus eſt? C.Baron.tom. 2. d. anno, attamen longe ante in ipſis ſcilicet Eccleſiæ initijs, dum rabies Iudæorum in diſcipulos Chriſti furens gladium exerebat, quoties Apoſtoli vt Eccleſiarum neceſſitatibus conſulerent, in vnum conuenere conſeſſum, & cum furor Gentilium in Chriſtianos immanius ſæuiebat, vides Synodum à Clero Romano, ſede vacante poſt mortem Fabiani conuocatam, ex Epiſcopis qui mutato habitu latitabant, apud C. Baron. tom. 2. anno 253. quot etiam Concilia, ab Epiſcopis, diuerſis in locis clam fuere coacta, vide Auguſtinum apud C. Baron. d. tom. 2. anno 303. etiam in Cryptis, prout contra Marcellinum habitam eſſe Synodum anno 303. idem C. Baron. teſtatur.

Cauſa verò ob quam Marcellus Antiochenę Prouinciæ Antiſtibus de hoc ſcripſerit, ea eſt, quod hi Primatum ſibi arrogare illius Prouinciæ molientes, vt eadem epiſtola explicat, ad Romanam ſedem prouocare nulli Epiſcopo permittebant, ſed in eorum Concilijs ipſos iudicare, ſede mouere proprio iure volebant, quod, Papa inconſulto nulli prorſus licere, ſanxerunt Apoſtoli Canone ſuperius relato; vide Iulij. 1. Epiſtolam 1. ad Epiſcopos Orientales rem hanc explicantem, neque falſus Canon eſſe poteſt, quin falſum etiam non ſit Concilium Nycenum, quo innouatum eſſe iam diximus, quamobrem verus eſt Canon prædictus, verumque Ius Pontificium, quod vbique Terrarum ab omnibus Catholicis æque colitur & ſeruatur; & ipſe effrons mendaciſſimuſque Sycophanta. Perperã.

N. Præterea canon. Ideo. 2. q. 6. falſus & impoſtura eſt,

vbi ex decretis Iulij Epiſcopi Romani, ad Orientales Epiſcopos cap. 30. ſcribitur *Apoſtolicæ ſedi conceſſa ſunt ſpecialiter priuilegia, tam de congregandis Concilijs, & Iudicijs, ac reſtitutionibus Epiſcoporum, quam de ſummis Eccleſiarum negocijs*, quia, de priuilegijs præfatis non apparet, & vbi de relato non conſtat, non creditur referenti.

Mendacium. N. Item ab Apoſtolis, æqualem Epiſcopis poteſtatem datam eſſe ſatis probatum fuit.

Impie Falſo. N. Atque Ex canone Apoſtolorũ, de binis Concilijs ſingulis annis celebrandis, nulla huius priuilegij mentio fit, minus in Concilio Nyceno, quare Iulij arrogantiæ potius adſcribendum eſt, ideo ab Orientalibus eidem Canoni contradictum fuit, in epiſtola ad Iulium p. volumine Conciliorum.

OS fatui ſtultitiam ebullit, ſi teſtes huiuſmodi priuilegiorum quærit, eiuſdem Iulij legat primam epiſtolam ad ipſos Orientales Epiſcopos, ſcilicet Euſebianos, in Athanaſium immaniter ſæuientes, vbi hæc illis impingit, *Ipſi verò primæ Sedis Eccleſiæ conuocandorum generalium Synodorum iura, & iudicia Epiſcoporum, ſingulari priuilegio, Euangelicis, & Apoſtolicis, atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper maiores cauſæ, ad ſedem Apoſtolicam, multis authoribus referri præcepta ſunt. Ipſa namque omnibus maior, & prælata eſt Eccleſijs, quæ non ſolummodo Canonum, & Sanctorum Patrum decretis, ſed Domini Saluatoris noſtri voce, ſingularem obtinuit Principatum, Tu es inquit, Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & quæcunque ligaueris*, &c. conſule C. Bellar. d. Concil. cap. 12. de quo ſatis ſuperque alias diximus.

Digitized by Google

Non igitur ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Deo Iuriſdictionem omnem Romanus Pontifex habet, & quid mirum quod veritati Catholicæ obſtiterint refractarij Arriani? quorum integram retulit impiam, impudentiſſimamq; Epiſtolam, nonne Hæretici omnes, in hoc perpetuo laborarunt, ac ſumma ope nituntur, Romanæ Sedis primatum ſaltem conuicijs, & impoſturis continuo inſectari, vt tyrannidē eſſe populis perſuadeant, poſtquam eius fundamenta euertere, & maieſtatem ſupprimere immani eorum furori non licet, & Ranæ edentulæ, quia mordere nequeunt, ſemper crocitant.

Cur potius Epiſtolæ, quam Ægyptij Antiſtites, ſæuientibus in eos Euſebianis, ad Felicem Papam dedere hæc non recenſuit verba, *Domino Beatiſſimo, & Honorabili, Sancto Patri Felici Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, vrbis Romæ Papæ; veſtro Sancto ſuggerimus Apoſtolatui, vt noſtri, more ſolito, ſolicitudinem gerere dignemini*, &c. Et infra, *Ideò Pater Beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, vt nos à veſtra Apoſtolica Sancta Sede auxilium hauſimus, & noſtri vos curam habere agnouimus, præfatam Apoſtolicam, & ſummam expetimus, iuxta Canonum decreta, ſedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes, & dogmata, atque ſubleuationes ceperunt. Ad eam quoque, quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non poteſt Mater obliuiſci infantem ſuum, ſic & vos nolite obliuiſci nos, vobis commiſſos, quoniam non leuibus nos inimici noſtri implicauerunt afflictionibus, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere aut ferris nos conſtringi minantur, niſi eorum conſentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, Canonibus quippe iubentibus, abſque Romano de ma-*

Vol. p. Concil.

Digitized by Google

ioribus cauſſis nihil debere decernere Pontifice, ideoque ad propoſitum recurrentes, & ad brauium properantes, veſtræ Apoſtolicæ Sedis imploramus auxilium, quia vt credimus, non deſpexit Deus preces cum lacrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos prædeceſſores veſtros Apoſtolicos, videlicet Præſules in ſummitatis arce conſtituit, omniumque Eccleſiarum eis curam habere præcepit, &c.

Vol. 2. Concil. Quare Epiſtolam Orientalis Eccleſiæ, ad Symmachum Pontificem conſulto præterijt, vbi poſt initium legiſſet.

Hæc dixi Sanctiſſime audens ſupplicare, non pro perditione vnius Ouis, neque pro perditione vnius Drachmæ, ſed pro amica nobis ſalute, non Orientalium Patrum tantum, ſed trium prope plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento, & auro redemptarum, de vana conuerſatione, à Parentibus tradita, ſed precioſo ſanguine Agni Dei, ſicut docuit beatus glorioſorum Apoſtolorum Princeps, cuius Cathedram Beatitudini tuæ credidit Chriſtus optimus Paſtor, &c. Vel quam ob cauſam alteram non tranſſumpſit Epiſtolam Orientalium Epiſcoporum, ad Agapetum Papam contra Anthimum, cuius eſt inſcriptio; *Domino noſtro per omnia ſanctiſſimo, & Beatiſſimo, Patri Patrum, Archiepiſcopo Romanorum, & Patriarchæ Agapeto ab Epiſcopis Orientalis diæceſis, & ab his qui ſunt ſub ſanctis locis Chriſti Dei noſtri, nec non Ambaſſatoribus & cæteris Clericis in hac regia vrbe congregatis.* &c. vbi hæc quoque.

Ex quo Chriſtus Deus noſter, pro debitis nobis præmijs, propter ipſum in omni tempore, cum vera fiducia ſua inuiſibili ac terribili virtute diuulgatam confeſſionem, ſuper venerabile caput veſtrum, requieſcere fecit, cum ſedem Apoſtolorum vobis Pater

Digitized by Google

Beatiſſime commiſit, & firmauit ſuper firmam petram pedes veſtros. &c.

At non ne in tertia Chalcedonenſis Synodi actione extant Orientalium libelli, quibus Leonem Papam Sanctiſſimum Beatiſſimumque Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum appellant.

Non ne hunc Romanæ Eccleſiæ Primatum, quamplures Orientis Antiſtites agnouere, & venerati ſunt, eorum epiſtolis diuerſis Pontificibus conſcriptis, Anaſtaſius Hieroſolymæ Patriarcha, epiſtola ad Fœlicem, Ioannes epiſtola ad Horſmidam, Eutherius epiſtola ad Vigilium, alter Ioannes epiſtola ad Conſtantinum, Taraſius in Synodo Nycena, 2. Nicephorus epiſtola ad Leonem 3. Photius epiſtola ad Nicolam, Ignatius epiſtola ad eundem act. 3. octauæ Synodi, Ioſeph in Concilio Florentino ſeſſ. vlt. Mennas de quatuor Concilijs Oecumen. Methodius in martyrio Dionyſij Areopag. hi omnes Conſtantinopolitani fuerunt Patriarchæ.

Ioannes Patriarcha Alexandrinus, Gabriël, item Iacobus Naurcus, in Epiſtola Aſiatica, Petrus Patriarcha Maronitarum, epiſtola ad Leonem. X. Abdyſus Patriarcha Aſſiriorum, Liud ſiue Suluana, Patriarcha Neſtorianorum, in profeſſione ſuæ fidei, & plures alios Epiſcoporum & Archimandritarum recenſet, Coccius tom. 1. Theſauri lib. 7. art. 6. vide C. Baron. annal. tom. 2. anno. 253. tom. 3. anno. 325. tom. 4. anno 371. tom. 5. anno. 404. & 416. ne cuncta euoluam eius volumina huiuſcemodi exemplis referta.

An autem vna Arrianorum epiſtola, tot Orientalium Præſulum literis præferenda ſit, iudicium erit

Digitized by Google

eorum, qui legent hæretica peruicacia non obcæcati: qui verò dictam Euſebianorum epiſtolam recta lance penſitarit, ſane maieſtatem fateri licet imperium iniuſte detrectari facilè animaduertet.

Sed iiſdem Orientalibus non ſolum Romani Pontifices legem præſcripſerunt, verũ eorum Epiſcopos, & Patriarchas propria authoritate depoſuerunt, Damaſus nimirum Antiochenum Flauianum, Theodoretus lib. 5. hiſt. cap. 23. Socrates cap. 25. Sozomen. lib. 8. cap. 3. Sixtus 3. Hieroſolymitanum Pulchronium, in actis Sixti 3 tom. p. Concilior. Agapetus Anthimum, & octo alios Conſtantinopolitanos recenſet Nicol. 1. epiſt. ad Michaëlem, Liberatus in Breuiar cap. 21 *Zonaras* in vita Iuſtiniani, verum & depoſitos à Synodis Orientalibus proprijs reſtituerunt ſedibus, Iulius 1. Athanaſiũ Alexandrinum, Paulum Conſtantinopolitanum, & Marcellum Ancyranum, & Theodoretum Sozomen. lib. 3. cap. 7. & Concilio Chalcedon. act. p. pluraque alia poſſent exẽpla referri: falſo igitur præfrictę frontis Hęreticomomus arrogantiæ notam impingit Iulio Pontifici ſanctiſſimo, qui inſontis Epiſcopi Athanaſij, contra Arrianorum ſæuitiam patronus iuſtiſſimus extitit, eiuſque ab impoſturis, & calumnijs innocentiam vindicauit.

Mendacium.

N. Et falſo pariter inquit, hoc initium, hęc origo pręeminentiæ Eccleſiæ Romanę, apparuit, cum Athanaſius ab Arianis in Concilio Antiocheno damnatus ad Iulium Romam conuolauit, qui occaſionem non prætermittens & cauſam iuſtam amplectens propter quam Eccleſia Romana, ſuper Orientales acquirere poterat, illum defendens, Conſtanti Imperatori, qui Mediolani viue-

Digitized by Google

bat, &c. hic ſtetit calamus, periodum obtruncans, deeſſe autem cenſeo litteras ſcripſit. Mendacium.

EAndemque epiſtolam Euſebianorum ad Iulium Papam iterum aduocat teſtem, vt hoc impium probet mendacium, en quanta veritatis laboret inopia ac ſi nullum inter probatos repererit Authorem, quem inuertendo & mutilando in ſuam traheret ſententiam, cur Lutherum, Caluinum, aut Bezam, vel Proteſtantium congerronum, aliquem alium potius non adduxit, ne ad obſoletos iſtos ſemper confugeret. Mendacium impudens.

N. Reſcripſit Iulius Orientalibus Epiſcopis, omnes poſſe ad Romanam Eccleſiam confugere, tanquam alijs ſuperiorem, eiuſdemque tenoris plurimæ aliorum Romanorum Epiſcoporum vrbis Romæ (forſan eſt Synonimum, vide quanta ipſi cum Cicerone intercedat neceſſitudo) literæ ſcriptæ fuere, & quamuis effectum ſortiri non poterant, reſiſtentibus diſpoſitionibus conciliaribus, ſuperius allegatis, & nullo vmquam tempore Orientales Romano Epiſcopo ſubiecti eſſe voluerunt. Nihilominus Gratianus Monachus, omnium bonarum ſcripturarũ corruptor, Hæretica modeſtia vt eſt in parenia, ex illis Epiſtolis, vſu non receptis, Canones confecit, quibus ſuperioritatem Romani Pontificis, ſuper omnes probare voluit.

PLura paucis, eademque impudentiſſima, coaceruauit Mendacia, quorum alterum eſt, Quod Iulius omnium Pontificem primus, ſcripſit omnes poſſe ad Romanam Eccleſiam confugere, tanquam ad eam, quę cæteris alijs præeſt.

Nam & plures alij Romani Pontifices, qui Iulium

Digitized by Google

longe ante præceſſerunt, hoc idem ſtatuerant, ſcilicet Anacletus epiſt. p. & 3. ad Epiſcopos omnes, & fideles, Euariſtus epiſt. 2. ad Epiſcopos Ægypti Alexander p. epiſt. p. ad omnes Orthodoxos, Sixtus p. epiſt. ad omnes Epiſcopos, Hyginus epiſt. p. ad omnes Chriſti fideles, Anicetus epiſt. ad Epiſcopos Galliæ, Eleuth. epiſt. ad Galliæ prouincias, Zeferinus epiſt. p. ad Epiſcopos Sicilienſes, Calliſtus epiſt. 2. ad omnes Galliarum Epiſcopos, & epiſt. ad Benedictum, Fabianus epiſt. 2. ad Epiſcopos Orientales, Marcellus epiſt. ad Epiſcop. Antioch. Sixtus 2. epiſt. p. ad Gratum, & epiſt. ad Epiſcopos in Prouincijs Hiſpaniarum, Melchiad. epiſt. ad omnes Hiſpaniæ Epiſcop. & plures alios poſſem recenſere.

Extant omnes tomo p. epiſt. Rom. Pontific.

Mendacium.

Alterum eſt, quod obſtantibus Conciliorum Sanctionibus ſupra adductis, literæ quæ Pontifices hac de re ſcripſere, effectum ſortitæ non ſunt.

Sed nulla, in capitulis præcedentibus, recenſentur Concilia legitima, quæ huic aduerſentur Catholicæ veritati, imo neque Antiochenum, aut Arelatenſe Conciliabula, ad quę veluti ad ſacram anchoram, ſemper confugit, hoc vnquam ſanxiſſe reperies.

Mendacium.

Tertium eſt, quod Orientales Romano Epiſcopo nullo vnquam tempore, ſubiecti eſſe voluerunt.

Verum teſtes huius rei aduoco, nedum ſupra relatas Epiſtolas Ægyptiorum, ad Felicem, eorumdemque Orientalium ad Symmachum, & ad Agapetum, ac tres alias, in 3. Chalcedonenſis Synodi actione relatas.

Sed mendacium iſtud ſatis reuincere poteſt legatio illa ad Stephanum Papam, Epiſcoporum Orientis, qui in Synodo Iconij habita ſtatuerant ab Hæreticis baptiſatos

ſatos

Digitized by Google

zatos iterum ſacra aqua fore luſtrandos, quamobrem rationem reddituri de geſtis in eadem Synodo, legatos Romam miſerunt, ſupplices poſtulando communioni reſtitui S. M. Eccleſiæ, à qua fuerant ſecluſi, & Stephani ſententiam ſecuti ſunt. Euſeb. lib. 7. cap. 3. & 4. C. Baron. tom. 2. annis 258. & 259.

Cum inter Aſię Epiſcopos de illa tam graui, & veteri controuerſia ageretur, Paſchatis celebrandi, Luna decima quarta, Polycarpus, vt in re tanti ponderis, ſummum Pontificem conſuleret, Romam ad Anicetum ſe contulit; C. Baron. tom. 2. anno eodem: Epiſcopi Pentapolitani, Sabellij Sectatores Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, tamquam de fide non rectè ſentientem, apud Dionyſiū Romanū Pontificem accuſarunt, quamobrem Pontifex Concilio Romæ coacto ipſum Dionyſium interpellauit, vt vel litteris cauſam diceret: Paruit ipſe ac tandem iudiciali examine eius innocentia cognita, ſentētiam pro Dionyſio abſolutoriā protulit, Athan. in comment. d. ſent. Dionyſ. Euſeb. lib. 7. cap. 21. Card. Baron. tom. 2. anno prædicto.

Quid de tot ſanctiſſimis Epiſcopis dicam, qui ab Arrianis in exilium acti, proprijſque expulſi ſedibus, quod Athanaſij noluerunt damnationi ſubſcribere, non ne ex toto Oriente ad Iulium Pontificem vndique confugerunt? C. Baron. tom. 3. anno 341. 342.

Sed Ægypti quoque Epiſcopi apud Liberium Papam, de oppreſſionibus Arrianorum conqueſti, duabus epiſtolis, opem ab eo humillimè implorarunt, Concil. tom. p. Concil. tom. 2.

Audi. *Si Paulus præco veritatis, tuba Sanctiſſimi ſpiritus,*

Digitized by Google

ad magnum Petrum concurrit, vt iis, qui Antiochiæ de institutis legalibus contendebant, ab ipſo adferret abſolutionem, multo magis nos, qui abiecti ſumus, & puſilli ad Apoſtolicam veſtram ſedem currimus, vt Eccleſiarum vlceribus medicinam à vobis accipiamus, vobis enim per omnia primos eſſe conuenit, multis enim quibus ſuperiores eſtis ornatur veſtra ſedes.

Alias enim vrbes ornat, vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum, qui habitant, Nonnullas autem iis priuatas dona quædam illuſtrant ſpiritualia; veſtræ autem redundantem bonorum copiam dedit is, qui eſt bonorũ largitor, ea eſt enim omnium maxima, & preclariſſima, & quæ præeſt Orbi terrarum, & eorum, qui inhabitant, abundant multitudine; Accedit his, quod hoc quoq; quod rerũ potitur, peperit Imperio, & propria ſua appellatione eos, quibus imperat impertiit, Precipue autem, & inſigniter eam exornat fides & fide dignus teſtis diuinus Apoſtolus qui clamat, fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo, ſi autem diuinæ prædicationis ſtatim ſuſceptis ſeminibus mirabiles hos fructus, & tam vberes tulit, quænam ad eam, quæ nunc in ea verſatur, pietatem laudibus celebrandam ſuffecerit oratio. Habet autem cõmunium quoque Patrum, & veritatis doctorum Petri, & Pauli ſepultura, quæ fidelium animas illuminant.

Athanaſius, Baſilius, Euſebius Samoſatenus, & alij Orthodoxi Orientales Epiſcopi, cum Eccleſias illius plagæ, à Valente Imperatore Arriano, atque ab Euſebianis immaniter vexari, ac pœne concuti animaduerterent, ſuppetias ipſis ferre ſimul ſtatuerunt, verum proprijs haud fidentes viribus, conſentaneum exiſtimarunt Romanum Pontificem de omnibus certiorem facere, & legatos miſerunt ad Damaſum, efflagitantes, vt quæ ab Arrianis gerebantur conſideraret, præberetque conſi-

Digitized by Google

lium, atque ſua authoritate, cuncta proſpiceret, Athan. epiſt. 12. Baſil. epiſt. 57. 58. & 69. apud Cardinal. Baron. tom. 4. anno. 371.

Leo primus mortuo Theodoſio, cuius patrocinio impietas & ſæuitia graſſabantur, legatos Bizantium mittit, qui lapſos cogente Dioſcoro, vel fallente Euticheţ, à fide defecerant; volentes ad Eccleſiam redire, eius vice reciperet Leo epiſt. 33. 34. C. Baron. tom. 6. anno. 450.

Timotheus Alexandriæ Epiſcopus, per legatos apud Simplicium veniam ſui lapſus rogauit, quem Iudicem & vindicem ſciret, cunctis præeſſe Epiſcopis, faſſus eſt, vide eiuſdem Simplicij epiſtolas 8. & 9.

Iohannes item Alexandrinus præſul iuſſu Zenonis Imperatoris Arriani, propria ſede expulſus, ad Simpliciũ pariter prouocauit, atque ad Romanam Eccleſiam, omnium Matrem, & conflictatorum Patronam confugit, Liber. cap. XI. Breuiar. Card. Baron. tom. 6. anno 478. & 483.

Et Chryſoſtomus exul, Innocentij Papæ implorauit iudiciũ, innumeraque alia cõgerere poſſem exẽpla, at nimium in longum fluxit oratio; claudant igitur Patres Meleuitani Concilij qui ante latam in Pelagium ſententiam an damnandus foret, Innocentium conſulunt, & Epheſina Synodus, quæ cauſam Ioannis Epiſcopi Antiocheni, iudicio Celeſtini Pontificis reſeruauit: quod ſi in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, ambigendum non erit teſtimonia duorum Conciliorum ad detegendam Impoſturam mendacis homunculi ſatis ſuperque eſſe.

Digitized by Google

N. Tandem ad propoſitum rediens, Concilium inquit Sardicæ habitum mandato Conſtantis, qui Iulij litteris exoratus, Conſtantio fratri Arianorum fautori perſuaſit, vt Epiſcopis Orientis Sardicam conueniendi mandatum daret &c. cõcluditque: Nullæ ergo Iulij huius Concilij conuocandi partes extiterunt.

N. Idque conſtare dicit cum ex litteris eiuſdem Concilij, quæ in p. vol. Concil. extant, tum quia Oſius huic Synodo præfuit, atque ipſe, & non legati Romanæ Eccleſiæ cæteros interrogabat, vt Grat. aſſerit, in cap. primo diſt. 16. ipſique Canones 21. eiuſdem Concilij demonſtrant, quorum omnium idem eſt initium Oſius Epiſcopus dixit.

QVod in hac Synodo indicenda omnes extiterint, eædemque precipuæ Iulij partes eius ad Conſtantium epiſtolæ, & legationes demonſtrant, quarum teſtes ſunt Athanaſius in Apolog. ad Conſt. & Socrat. lib. 2. cap. 16.

Quoniam verò Athanaſium ſuæ cupiebat Eccleſiæ reſtituere, quem iniuſte ab Arianis damnatum, ſua ſententia iam declarauerat; animaduertens prudentiſſimus Pontifex, quod nulla alia poſſet via, quam Concilij id aſſequi, præuiderat etiam Conſtantium Arianæ hæreſis aſſertorem numquam permiſſurum, in Oriente Synodum cogi, quam Ariani effugere ſemper ſtuduerant, neque ſententiam reſcindi perpeſſurum, quæ eius iuſſu in Athanaſium, ſibi inuiſum pronunciarant Euſebiani. Quamobrem Iulius tempori inſeruiendum ratus, Conſtantem interpellare, & rogare cæpit, vt Conſtantium ad Synodum conuocandam induceret, non ergo de-

Digitized by Google

fectus poteſtatis, ſed neceſſitatis ratione coactus fecit, ipſe tamen Epiſcopos Sardicam conuenire iuſſit, & diē quo adeſſent præſcripſit, auctor eſt Socrates loco ante. dicto: præfuerunt eius legati, & Concilij acta ipſe probauit, de quibus conſule C. Baron. tom. 3. anno. 364. Conſtans igitur non propria authoritate, ſed literis, atq; legationibus Iulij Pontificis impulſus, Conſtantio ſcripſit, vt Concilium Sardicæ cogendum Orientalibus ſuis mandaret.

Profecto ea fuit huius Concilij indicendi ratio, vt Athanaſio, & Marcello Ancyrano, qui proprijs Eccleſijs iniuſte ab Arrianis eiecti exulabant, aliquando conſuleretur, quamobrem & illos præcipuè oportebat adeſſe, qui Accuſatorum partes in ipſos ſuſceperant, quid igitur mirum ſi Iulius iam expertus quomodo ijdem Orientales Ariani, ab eo alias vocati ad Synodum Romæ habendam venire detrectarint, atque cum Conſtantio pariter Ariano ſibi agendum fore animaduertens, Conſtanti ſuggeſſit, atq; ab ipſo efflagitauit, vt cum Conſtāte intercederet, eique perſuaderet, ad ſedanda iam oborta diſſidia nullam aliam quam Cōcilij patere viam. Equidem omnis temporalis poteſtas gladium à Deo recepit, ea tamen lege, vt ſpirituali opem ipſius imploranti, ſemper præſto ſit.

Neque litteræ eiuſdem Concilij, aliud probant, licet enim Patres Imperatorum mandato Sardicam conueniſſe dicant, attamen quod præceſſerint Concilium efflagitatio, & aſſenſus Iulij Pontificis nequaquam excludunt, in eorum igitur executionem mandatum accepiſſe dicam, Oſium autem veluti Apoſtolicæ Sedis Lega-

Digitized by Google

tum in eo præſediſſe ſuperius demonſtrauimus. Sed eiuſdem Concilij nunc primum improbat Canonem, quo ſancitum eſt licere omnibus Epiſcopis à Concilio Epiſcoporum damnatis, ſuoque gradu deiectis, ad Papam prouocare, neque effrons dicere reueretur.

Nullo Authore Mendacium.

N. Quod ſtatutum fuerit ſuggeſtione Romani Pontificis ſuper Orientales prælationem ambientis.

MEndaciſſimam verò impoſturā nulla probatione cōmunire eſt auſus, quod c. 4. 7. & 9. eiuſdem Cōcilij poteſtatem Rom. Pontificis nimium aperte aſſeri cognouerit, de quo nos in animaduerſione ad primum lib. de Repub. M. Antonij latiſſime egimus aduerſus opuſculum Caſauboni de libert. Eccleſ.

Mendacium.

N. Ideo & Concilium ipſum omni prorſus robore, & fide carere dicit, atque Gratianum in d. cap. prima diſt. *16.* teſtem adduxit, qui à ſexaginta tantum Epiſcopis canones dictę Synodi ſubſcriptos refert, & tercētum ſexaginta qui Sardicam conuenerant, & quia conſentire, inquit, non præſumuntur, qui non ſubſcribunt, factū non dicitur quod à maiori parte geſtum non fuit, ſuprà relato igitur Canone, vnde Romanæ preæminentiæ originem ducere volunt, nulla ratione probat.

NOs autem Athanaſium aduocamus teſtem, eundemq; integerrimum, omniq; exceptione maiorem, poſtquam non vti Gratianus, ab alijs accepta, ſed quæ ipſemetpræſens vidit in eo Concilio peragi, ſine fuco & fallacia retulit, in cuius ſententiam, quæ à Socrate, & Sozomeno non diſcrepat, C. Baronius iuit aduerſus Gratianum; ipſe igitur in Epiſtola ad Solitarios, conueniſſe ex Oriente, & Occidente Epiſcopos ferè

Digitized by Google

trecentos, inquit, & 2. Apolog. pluſquam trecentorum Patrum ſententia, innocentiam ſuam exploratam, probatamque dicit, paulo verò inferius antequam nomina Occidentalium Epiſcoporum recenſeat, quorum ducenta octoginta numerauit, addit; *Eorum autem, qui Synodo ſubſcripſerunt nomina, cæterorumque aliorum iſta ſunt, Oſius ab Hiſpania*, &c. & poſt hæc; *qui igitur decretis Synodi ſubſcripſerant, ſunt iſti* ſcilicet ſupra recenſiti, *plurimiq; item alij*, &c. Et quia plus fidei Athanaſio quam Gratiano adhibendum erit, non à minori, ſed à maiori parte huius Concilij decreta, imo à potiori ſubſcripta fuiſſe dicimus, ſiquidem ſolis Ariani ea probare, aperta fronte renuerunt, Athan. ead. Apolog. 2. Socrat lib. 2. cap. 16. Sozom. hiſt. lib. 3. cap. 10. & 11. Theodo. lib. 2. c. 7. & 8. apud C. Bell. d. Concil. lib. p. cap. 7. C. Baron. tom. 3. anno 347.

Neque ius iſtud Romani Pontificis, eo Sardicenſi Canone ortum ducit, ſed ijs innititur Euangelij verbis, quibus & Claues Petro & curam vniuerſi gregis ſui Chriſtus demandauit, ipſis namque conſtitutum fuiſſe Iudicem Ordinarium, & omnium ſummum luculentiſſime explicat. C. Bellar. d. Rom. Pont. lib. p. cap. 14. & 16. & de Concil. lib. p. cap. 12 & 19.

Et quoniam Appellatio eo procedit ordine, vt ſemper à minori ad maiorem deferatur Iudicem, trita eſt regula Iuriſtarum, Epiſcopus igitur qui à ſententia Prouincialis Concilij prouocat, non quidem ad aliud Prouinciale Concilium appellare debet, quia ſecundum maius primo non erit, cum vtriuſque eadem ſit dignitas, eademque poteſtas, Neque generale Concilium ad cu-

Digitized by Google

iuſlibet vnius poſtulationem conuocati oportere vllum diceret ſanum caput; ad vnum ergo Rom. Pontificem, qui Concilijs maior eſt, neceſſariò prouocandum erit. Quamobrem ſupradicto Canone, nihil noui fuit ſancitum, vnde Balſamon in explicat.3. Canonis huius Concilij Sardicenſis, inquit, debere prouinciales, propter honorem Sedis Apoſtolicæ, quæ ad eos delata ſunt, Papę Romano relinquere. At non ne longe ante, quam Sardicenſis Synodus hoc ſtatuiſſet, Baſilides Legionenſis Epiſcopus, lapſus tamen, vbi Eccleſiæ ingreſſum ſibi vidit occludi, aliumque in eius locum eſſe ſuffectum, ad Stephanũ Pontificẽ appellauit, Cyprian. epiſt.68.C. Baron.tom.2.anno prædicto. Athanaſius itidem, & plures alij ad Romanos Põtifices antea prouocarant, quorũ appellationes examinaui in d. animaduerſ. ad li. 1. M. Ant.

Tertium tempus à Iuſtiniano, ad Carolum Magnum ducit, quo Imperatoribus ſubiectos, & pauperrimos Pontifices fuiſſe aſſerit, atque hinc eorum authoritatem cæpiſſe probat, ex his.

N. Epiſcopos Romanos ſemper Imperatori ſubditos fuiſſe, comperiemus ex Platina, & cæteris illorum facta, atque vitas ſcribentibus, atque ſingulos Romanos Pontifices electos à Cæſare confirmationem ſemper habuiſſe, ipſiuſque iuriſdictioni ſubditos fuiſſe legitur: iuſſu Theodoræ Imperatricis Vigilius ſexageſimus Epiſcopus Romanus ligatus Conſtantinopolim tranſuectus eſt, carceribuſque mancipatus, & Martinus ſeptuageſimus quintus Pontifex iuſſu Theodori Calliope ligatus pariter, eodem tranſuehitur, atque in Carceribus poſitus vt Platina, & cæteri inuitis vtriuſque atteſtantur.

Sed

Digitized by Google

SEd hallucinatus eſt Platina in Vigilio, qui vt clariſſime probat C. Baron. tom. 7. anno 546. à Iuſtiniano rogatus, Conſtantinopolim ſponte profectus eſt, ibique Pontificiæ Maieſtatis nullatenus oblitus, nedum aperta fronte Iuſtiniano, & Theodoræ Anthimum ab Agapeto depoſitum, in ſedem Conſtantinopolitanam reſtituere denegauit, verùm in Hæreticos Acephalos, Seruianos, & Eutichianos, ipſamque in Theodoram, Anathematis inflixit ſententiam, & quamuis Chalcedonem fugere Iuſtiniani inſidias coactus fuerit, victor tamen eius perfidiæ rediјt, ampliſſima legatione ab eodem Iuſtiniano reuocatus.

Martinus verò 1. Conſtantis Imperatoris Arriani mandato, à Theodoro Exarcho vinctus in Cherſonam deportatus, non Conſtantinopolim tranſuectus fuit.

At cur SS. Petri & Pauli, qui à Nerone, Clementis à Traiano, aliorumq; Pontificũ, qui ab Idololatris, & Tyrannis vltimo fuerunt damnati ſupplicio, non adduxit exempla? at non ne hoc Atheiſmum redolet, verè dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.

Vel cur impius dolo reticuit tot Imperatores Idololatras, & Schiſmaticos, qui Romanorum Pontificum, licet eos oderint peius cane, & angue, Maieſtatem, & Primatum agnouerunt, & debito honore ſunt proſecuti? Aurelianum, qui Pauli Samoſateni à Concilio damnati, atque depoſiti ſupplices reiecit libellos, reſpondens id fore agendum, quod vnà cum Romano Epiſcopo, Italiæ Chriſtiani decreuiſſent, Euſeb. lib. 7. cap. 24. in fin. apud C. Baron. tom. 2. anno. 272. Valentinianum. III. Iuſtinianum I. Fridericos I. & II. Philippum I. Ludouicũ,

Digitized by Google

IV. quorum exempla apud C. Bellarm. lib. p. d. tranſlat. Imperij cap. 12. ſunt recenſita.

N. Sed poteſtatem Romani Pontificis augeri cępiſſe dicit, primum ab Honorio, & Arcadio, poſtmodum à Iuſtiniano, qui Clericis immunitatem indulſerunt, cauſis duntaxat criminalibus exceptis, mirum verò in modum à Carolo Magnos qui Clericos in omnibus cauſis ab Epiſcopis indiſtinctè iudicari mandauit, quo prætextu, Eccleſiaſtici authoritatem ſibi arrogaſſe videntur, cauſas etiam cognoſcendi Imperatorum, & Regum.

HÆc eadem ex lib. 3. Repub. Bodini accepit, qui ſicuti omnes noſtrę tẽpeſtatis Atheopolitici Romani Pontificis maieſtatem, potentiamque adlatrant, & inſectantur, iura Pontificia circunſcribenda eſſe clamitat ſuis finibus, qui principio anguſti admodum fuere, at quam inepte hac de re philoſophētur, hoc vno oſtendā, quod ſummi Sacerdotis Chriſtianorum poteſtatem, eadem ratione conſtare falſo exiſtimant, qua Ethnici ſuorum Pontificum iuriſdictionem pro libito contrahebant, eoſq; adeo obcęcauit impietas, vt non animaduertant argumentū ab exemplis nullo modo cōgruere, niſi circūſtantię vnius omnes ita alteri reſpondeāt, vt nec vna deficiat. Quis autem dixerit niſi Ethnicus Imperiū illius, qui Chriſti vices gerit in terra, ijſdē regulis metiendum, aut legibus moderandum eſſe, quas Ethnici ſuis præſcripſerunt Sacerdotibus, quorum omnis auctoritas à populo dumtaxat pendebat? data eſt Chriſto omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & ipſi Petro, eiuſque ſucceſſoribus ſuas delegauit vices: Chriſti ergo imperium in Chriſti Vicario agnoſcant Politici, & legem ab Ethnicorum inſtitutis longe diuerſam, Chriſticolis latam, eorumq;

Digitized by Google

ſapientiam vti ſtultam irridere Deum tandem addiſcant; Genus electum, & regale Sacerdotium ſibi Chriſtus elegit, illorum ſcilicet, qui eius peculiari obſequio addicti, ſacra capitis diminutione conditionem mutarunt, Theleſphorus epiſt. ad omnes fideles; quæ ſemel Deo dicata ſunt non eſſe ad vſus humanos transferenda naturalis ratio ſuadet, ideo & res ſacras in communi non eſſe commercio ius declarauit, multo igitur magis Perſonæ, quę tanto rebus præſtant, vbi Deo dicantur à communi ſtatu ſuo iure eximuntur, Innocent. in c. 2. d. Maior. & obedient. vnde & ſeruus ordine ſacro initiatus reddito precio liber efficitur, etiã Domino inuito c. per venerabilem qui filij ſint legitim. c. ſi ſeruus diſt. 54. c. miramur de ſer. non ordin. & fortius eſt ius Dominij quam ſolius iuriſdictionis, ſicuti arctius eſt ſeruitutis, quam ſubiectionis vinculum.

Idem ſane inſtinctus naturæ Pharaonem, & Artaxerſem docuit Sacerdotes, & bona eorum in priſtinam vindicare libertatem, qua ab omni temporalis Imperij ditione immunes ſunt. C. Cum minus d. immunit Eccleſ.

Sacerdotem ſui muneris prærogatiua omnes antecellere laicos nemo dubitat c. duo ſunt diſt. 96. *Nefas eſt igitur, vt illius manibus Epiſcopus aut iuſſione de Eccleſia trahatur,* inquit, *Synod. Matiſcon. 2. c. 9. pro quo ſemper Deum exorat, & cui inuocato nomine Domini, ad Saluationem corporis animæque Euchariſtiam ſæpe porrexit,* &c. Superiorem autem ab inferiori, inuerſo ordine, iudicari ratio non ſinit, & leges vetant, cap. cum inferior, & cap. ſolite d. maior. & obed. *Quis dubitat* ſcripſit Greg. 7. lib. 8. epiſt. 21. *Sacerdotes Chriſti, Regum, & Principum omniumque fi-*

delium Patres, & Magiſtros cenſeri, non ne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubicere., à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cælis ſe ligari poſſe, & ſolui?

Ideo laicis in clericos neque conſuetudine, neque præſcriptione vlla ius vnquam quæri potuit, c. inferior. diſt. 21. ibique Canoniſtæ adnotant, vnde apud Ægyptios eoſdem fuiſſe Iudices, qui Sacerdotes erant. Teſtatur Ælianus lib. 14. var. hiſtor. Et quamuis omnem animam ſublimioribus poteſtatibus ſubiectam eſſe, & Principibus tamquam ſuis adminiſtris, omnes parere propter conſcientiam Deus mandauerit, non tamen priorem mutauit ſententiam, dum clericali ordine à ſuorum Principum iuriſdictione eximi voluit, qui ſubiecti antea fuerant, nam mutatione ſtatus iura perſonarum immutari neceſſaria exigit ratio prærogatiuæ, quæ tantæ inhæret dignitati, omnium iura Regnorum ab eius pendent arbitrio, qui vitæ neciſque poteſtatem in homines habet, ſuo igitur libito Deus imperia, & dominia ſicuti confert, ita & iuſte aufert, & transfert, neque vlli infert iniuriam dum ſuo iure vtitur; qui è Principum aula ſunt immunitatis huiuſmodi gaudent priuilegio, vt inconſulto Principe in iudicium vocari neque trahi debeant, ſuos ergo eximere adminiſtros à temporalium Principum poteſtate, Principi Regum terræ non licebit? quid ergo ſubſannati, & irridenti Deo Atheopoliticorum inſcitia leges præſcribere impudenter præſumit? ſunt Reges, & Principes Dei Vicarij, à Deo igitur ius in homines habent, merito eos, quos ſuæ voluit ditioni reſeruare,

Digitized by Google

Ipſi etiam à ſuo Imperio iudicarunt immunes, nec propriam imminuit poteſtatem, qui alienam non inuadit, Quod ſi Ethnici Imperatores in ipſo Eccleſiæ ortu ius in Clericos ſibi vſurparunt, vis & iniuriæ deterrima exempla legis robur nullum habere poterunt, & qui ex eis de Chriſtianis Sacerdotibus iudicat, impius, & infidelis merito eſt habendus, *Hoc enim eſt fidem non habere clamat Cyprianus epiſt. 55. hoc eſt Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia ſcimus & credimus*: obſtiterunt Eccleſiæ ne ſuo vteretur iure, at non valenti agere nulla currit præſcriptio, neque tamen ſummi Pontifices, cæterique Antiſtites proprio defuerunt muneri, ſed quantum in ſumma temporum illorum anguſtia licuit, hanc libertatem aſſerere, & vindicare conati ſunt Alexander 1 epiſt. ad omnes Orthod. vbi à temporibus Apoſtolorũ hoc idem ſeruatum teſtatur, Caius Papa epiſt. ad Fœlicem Epiſcopum Marcell. epiſt. 2. ad vniuerſ. Epiſcopos Orient. Silueſter in Concilio Rom. 1. can. 4. Gelaſius apud Gratianum in c. Chriſtianis, & in c. Silueſter 11. q. 1. Theleſphorus epiſt. ad omnes fideles, Leo 1. epiſt. 96. ad Epiſcopos & Preſb. Thraciæ, Bonifacius V. epiſt ad Epiſcopos Galliæ, refert Gratianus in c. nullus ead. cauſ. & q. Greg. lib. 9. epiſt. 32. ad Romanum Siciliæ defenſ. & epiſt. 74. ad Bonifacium defenſ. Corſicæ. Sileant ergo Marſilij Patauini, Lutheri, Caluini, Illyrici, & Petri Diaboli martyris, impij ſectatores, quorum ſatis reuinxerunt errores Illuſtriſſimus Bellarminus d. Cleric. lib. 1. c. 23. tract. d. poteſt. ſumm. Pontif. c. 34. & 35. doctiſſimus itidem Suarez d. Primatu ſummi Pontif. lib. 3.

Neque tamen ſilentio prætereundum erit, præclarum illud Eccleſiaſticæ immunitatis argumentum, cum Epiſcopi Concilij Carthaginenſis, Valeriano, & Galieno in Chriſtianos immaniter ſæuientibus, nulla prorſus habita ratione, quod Imperialibus conſtitutionibus eſſet ſtatutum, à tutelæ munere obeundo, non ſenatoriam dignitatem, non ædilitatem, non Collegia, non denique religionis diuerſitatem excuſare, contrario decreto, ſub graui pœna, ſanxerunt, nulli vnquam liceret Clericum tutorem in ſuo teſtamento ſcribere, Cypria. epiſt. 66. apud C. Baron. tom. 2. anno. 257.

At Patrum & Conciliorum teſtimonia depromãtur, vt veritatem hanc etiam ipſi ſua peruicacia obcæcati velint, nolint intelligant.

Clemens Romanus epiſt. p. *Si quis ex Fratribus negocia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi non iudicentur, ſed apud Preſbyteros Eccleſiæ, quid quid illud eſt dirimatur.*

Athan. epiſt. ad Solitarios, de Conſtãtio, quęritur, qui Iudicis munus in Eccleſijs ſibi arrogabat, εἰ γὰρ ἐπισκόπων ἐστὶ κρίσις, τί κοινὸν ἔχει πρὸς ταύτην βασιλεύς· εἰ δὲ βασιλεὺς ἐστὶν ἀπειλὴ, τίς ἐν ταῦτα χρεία τῶν λεγομένων ἐπισκόπων, πότε γὰρ ἐκ τοῦ αἰῶνος, ἠκούσθη τοιαῦτα; πότε κρίσις ἐκκλησίας παρὰ τοῦ βασιλέως ἔσχετο κῦρος, ἢ ὅλως ἐγνώσθη τοῦτο τὸ κρίμα, πολλαὶ σύνοδοι πρὸ τούτου γεγόνασι πολλὰ κρίματα τῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ἀλλ' οὔτε οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισάν ποτε περὶ τούτων βασιλέα, οὔτε βασιλεὺς τὰ τῆς ἐκκλησίας περιειργάσατο. Παῦλος ἀπόστολος εἶχε φίλους τοὺς τῆς τοῦ καίσαρος οἰκίας, καὶ γράφων ἠσπάζετο τοὺς φιλιππησίους ἀπὸ τούτων, ἀλλ' οὐκ εἰς κρίματα τούτους κοινωνοὺς παρελάμβανε. *Nam ſi iſtud eſt iudicium Epiſcoporum*, inquit, *quid cum eo commune habet Imperator, ſin contra iſta minis Cæſaris conflantur quid opus eſt hominibus titulo Epiſcopis, quando à condito æuo auditum*

Digitized by Google

eſt, quando iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit &c. *Paulus habebat amicos in Cæſaris familia; & per eos in litteris ſalutabat Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit.*

Ioannes Damaſcenus orat. 2. de Imaginib. *Paremus tibi Rex in ijs, quæ ad vitæ ciuilis negocia pertinent, vt in tributis, vectigalibus, congiarijſque ſoluendis, quorum tibi quantum ad nos ſpectat, munus eſt creditum, ac demandatum. At in Eccleſiaſticis rebus ſtatuendis, ac decernendis, habemus Paſtores, qui nobis locuti ſunt verbum, & leges, atque inſtituta Eccleſiaſtica tradiderunt, non transferimus terminos ſempiternos, quos nobis Patres noſtri conſtituerunt, ſed quæ nobis præſcripta ſunt, vt accepimus tuemur.*

Lucifer Calaritan. lib. 3. ad Conſtant. pro Athan; *Proba te ſuper nos factum Judicem, proba te ad hoc conſtitutum Imperatorem, prout nos armis tuis, ad omnem implendam voluntatem, amici tui Diaboli perduceres, cum probare non poſſis, quia præceptum ſit tibi, non ſolum non dominari Epiſcopis, ſed ita eorum obedire ſtatutis, vt ſi ſubuertere eorum decreta tentaueris, ſi fueris in ſuperbia comprehenſus morte mori iuſſus ſis.*

Ambroſ. epiſt. 32. ad Valentin. *Dalmatius me Tribunus, & Notarius mandato,* &c. *Poſtulans vt & ipſe Iudices eligerem,* &c. *Cui rei reſpondeo, vt arbitror, competenter, nec quiſquam contumacem iudicare me debet, cum hoc aſſeram, auguſtæ memoriæ pater tuus, non ſolum ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſſimilis, hæc enim verba, deſcripti ſunt, hoc eſt Sacerdotes de Sacerdotibus noluit iudicare,* &c. Idem epiſt. 33. Idem Auguſ. epiſt. 166. Greg. M. lib. 3. epiſt. 26. ad Ianua-

Digitized by Google

rium lib. 4. epiſt. 75. lib. 5. epiſt. 25. lib. 9. epiſt. 9. lib. 10 epiſt. 54.

Concilia item quamplura accedunt Antioch. can. 11. & 12. Chalcedon. can. 9. Rom. p. can. 4. Rom. 2. can. 16. Carthag. 3. can. 9. & 38. Mileuitanum can. 19. Veneticum can. 9. Acathenſ. can. 8 & 32. Epauenſe can. 11. Aurelian. 3. can. 31. Matiſcon. p. can. 7. & 8. & 32. Matiſcon. 2. can. 9. & 10. Toletan. 3. can. 13. Antiſidoren. can. 35. Pariſ. cap. 1. d. foro compet. Lateran. ſub Alexand. III. can. 43 Conſtantienſ. Seſſ. 31. Lateran. ſub Leone. 10. Seſſ. 9. Trident. Seſſ. 20. c. 25.

Non igitur Honorio, & Arcadio, non Iuſtiniano, aut M. Carolo immunitatis Clericorum initia ſunt tribuenda, quæ à lege diuina duxerunt exordium, eaque conſtanti ac perpetua Eccleſiæ traditione, ab eius initio, ſupra omnem memoriam eadem ſemper fuit, licet poſtea ſummi Pontifices illam confirmarint, & Principibus omnibus ſeruandam, ſub cenſuris etiam præceperint, c. nouerit, & cap. grauem. d. ſentent. excommun; cap. fin. d. reb. Eccleſ. non alien; cap. quamquam d. cenſib. in 6. toto fere tit. d. immunit. Eccleſ. in decret; & in ſexto; Poteſtas enim diuina eſt qua Chriſti Vicarius, vti ſupremus Paſtor, cunctos ſoluere, & obligare poteſt, vbi ſupernaturalis boni ratio exigit, cui tunc omnes parere tenentur; Nimium ſane vileſceret dignitas eorum, qui M. inquit Conſtantinus, non hominum, ſed Dei iudicio ſunt reſeruati; & qui ordinem Sacrum honore, reuerentiaq; ſpoliant, omnem certe diuini Numinis metum, & cultum, omnemque religionem peſſum iri patiuntur, immunitas ergo ad tanti muneris dignitatem, tanquam

Digitized by Google

tanquam neceſſariam à Chriſto commendatam neceſſum eſt dicere; neque Principes ſuo iure priuarunt, quia idem ſtatuerunt, quod iuri diuino, & naturali eſt conſentaneum. Innoc. in d. c. 2. d. maior. & obed. Panor. Felin. & Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ d. conſt. Rebuff. in concordat. tit. vlt. vbi Practici Papienſis contrariam ſententiam falſam, & damnatam dicit, Aluar. lib. 1. d. planet. Eccl. c. 44. in fin. Dreido. lib. 1. d. lib. Chriſt. c. 9. Couar. Pract. quæſt. c. 31 concl. 3. & 4. Soto in 4. ſentent. diſt. 25. q. 2. art. 1. concl. 6. Mol. d. iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2 diſp. 31. §. tertia vero, Henriq. lib. 7. d. indul. c. 24. C. Bellar. & Suarez locis ſupra adductis, eadem denique immunitas priuilegijs aucta eſt primum à Conſtãtino Magno, qui cauſam Ceciliani Epiſcopi ad Romanũ Põtificem detulit, à nominationibus, & ſuſceptionibus Eccleſiaſticos declarauit immunes, & ne amplius in ſeculari iudicio diſcuterentur, quæ ab Epiſcopis conſtituta forent edicto vetuit; Optat. meleuit. lib. p. contra Parme. C. Baron. tom. 3. anno 313. & 314. Leg. 2. c. de Decurio. lib. 10. Leg. 1. c. Theod. d epiſc. audien.

Ne ve clerici ad cauſam dicendam in ius vocarentur, ad Numidiæ Præfectum ita reſcripſit, *Lectores diuinorum apicum, & Hipodiaconi, cæterique Clerici, qui per iniuriam Hæreticorum, ad Curiam deuocati ſunt, abſoluantur, & de cætero ad ſimilitudinem Orientis, minime ad Curiam deuocentur, ſed immunitate pleniſſima potiantur*, Nicephor. C. Bar. eod. tom. 3. anno. 330. Leg. 7. c. Theod d. epiſc. & Cleric.

Deinde à Conſtantio prouecta fuit, qui Clericos à vectigalibus, & muneribus exemit, atque ne Iudices vſurparent ſibi negocia Eccleſiaſtica, ne ue cauſas cognoſcerent Clericorum, ſtatuit; C. Baron. d. tom. 3. anno. Leg 8. & 9. & 11. & 14. in. c. Theod. d Epiſc. & Cleric.

Digitized by Google

338.350.&355.

Verum hæc immunitas, licet Clericis conceſſa ab Imperatoribus fuerit, non quidem vti beneficium, aut priuilegium eorum, ſed debita, & neceſſaria iuris alieni reſtitutio debet æſtimari, ne Chriſtiani Sacerdotes Ethnicorum, Hebrçorumq; Sacerdotum, qui pleniſſima fruebantur immunitate, deterioris ſint conditionis, & ordine præpoſtero ſuperna inferioribus, & diuina terrenis ſubiaceant, prout verbis cõſtitutionis Iuſtiniani, animaduertit C. Bellar. d. Cleric. lib. p. cap. 2.

Ideo Baſilius in oratione, quam habuit in 8. Synodo, admonet laicos, è quorum ordine vnum ſe dicit, ne velint Iudices iudicare, aut paſcere paſtores.

Temere autem mentitur, quod Romani Pontificis ius Imperatores, & Reges ſibi arrogent, quod Petro eiuſq; ſucceſſoribus, vice ſua Chriſtus Dominus cõtulit, quo etiam Principes ſummo Paſtori neceſſario ſubiacent, niſi Chriſti egrediantur Ouile, extra quod nullibi eſt ſalus, & veritas, vnde Ignatius epiſt. ad Magneſianos, & Philadelfos, *Principes*, inquit, *obediunt Cæſari, milites Principibus, Diaconi Preſbyteris, ſacrorum Præfectis Preſbyteri, Diaconi, & reliquus Clerus, vna cum populo vniuerſo, milites Principibus, & Cæſares ipſi Epiſcopo pareant, Epiſcopus Chriſto vt Chriſtus Patri* &c. Et Ambroſ. in orat. d. tradend. Baſilicis. *Imperator in Eccleſia eſt, non ſupra Eccleſiam, filius Eccleſiæ non Rector, Ouis nõ Paſtor.* Greg. Nazianz. orat. 17. quæ eſt ad ciues timore perculſos ἆρα δέξεσθε σὺν παῤῥησίᾳ τὸν λόγον, καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ νόμος ὑποτίθησιν ὑμᾶς τῇ ἐμῇ δυναστείᾳ καὶ τῷ ἐμῷ βήματι. *An me libere loquentem æquo animo feretis? Vos quoq; imperio meo ac Throno lex Chriſti*

Digitized by Google

ſubijcit.

Idem ibid. Δέξῃ τὴν παῤῥησίαν. οἶδ' ὅτι πρόβατον εἶ τῆς ἐμῆς ποίμνης, τῆς ἱερᾶς ἱερὸν, καὶ θρέμμα τοῦ μεγάλου ποιμένος. *Hanc libertatem boni conſule, vtpote ſacri mei gregis ouis ſacra, magnique Paſtoris alumna.*

Ἄρχομεν γὰρ καὶ αὐτοί. προσθήσω δ' ὅτι καὶ τὴν μείζονα καὶ τελεωτέραν ἀρχὴν, ἢ δεῖ τὸ πνεῦμα. ὑποχωρῆσαι τῇ σαρκὶ, καὶ τοῖς γηΐνοις τὰ ἐπουράνια.

Idem: imperium nos quoq; gerimus, addo etiam prę ſtantius, ac perfectius, niſi vero æqum eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.

Et Bernard. ad Corrandum Imperatorem. *Legi, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, quam ſententiam cupio vos cuſtodire in exhibenda reuerentia Petri Vicario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio.*

At non ne Pontificis Maximi, apud Ethnicos, tanta fuit poteſtas, prætereamus Hæbreos, vt Tacitus de eo dixerit, Summum Põtificem, ſummum hominum eſſe? quamobrem eam reformidans Auguſtus, munus ampliſſimum, ſpecie honoris, ſibi vindicans, illud poſtea imperio ſemper addere ſuo exemplo, ſucceſſores edocuit: quemadmodum Henricus 8. Angliæ Rex, vbi Catholica religione exploſa, ſe ſe in omnes libidines effudit, quas male coercitas, S. Matris Eccleſiæ qualiſcunque pudor retardauerat, mutato Papæ nomine, Anglicanæ Eccleſiæ caput ſe ipſum renunciauit, adeo vt fæmina poſt ipſum proh nephas! proh dolor! Cathedrã Sacerdotalem conſcendere, atq; ſacra profanis immiſcere, Epiſcopos inſtituere, & pro libito è ſede deturbare, temeraria impietate pręſumpſerit. En vt Angli, non ſolũ in

Digitized by Google

In Agricola. Imperijs, teſtis eſt Tacitus, ſed in ipſa Eccleſiæ Monarchia, ſexum non diſcernũt, quorũ miſerrimam Hiſtoriã præſagiſſe videtur Simeon Theſſalonicenſis, dum lib. 8. d. myſter. & cerimon. Eccl. ita conquèritur, *Verum hæc non tam ab Imperatoribus facta ſunt, quam ab Aſſentatoribus, qui verbis hominum, illis perſuaſerunt maiora, quam pro facultate facere, ita vt Epiſcopos promouerent, & tranſlationes eorum facerent, proh Deum! ordinatum à Spiritu Sancto huius Eccleſiæ Paſtorem, alterius Eccleſiæ, ab ijs conſtitui qui Sacerdotij facultatem, & operationem non habent, & præter voluntatem Spiritus Sancti, ſi opus eſt ad ædificationem conſtituere eum in maiori Eccleſia, à Spiritu Sancto, à quo ordinatus eſt, hoc faciendum non autem à ſeculari poteſtate. Imo Abbates Monachorum, qui Deo dedicati ſunt, & qui animarum curæ, per Dei gratiam ſunt præpoſiti, plerumque ſic ſunt præter voluntatem Spiritus Sancti, & ſoluunt, & ligant, hoc ab ijs obtinentes qui facultatem Chariſmatis non acceperunt. Hinc multæ ruinæ noſtræ, & propter eorum violentiam, qui poteſtatem in ijs habere, & ea tractare ſtudent, quæ eis non congruunt, & dum Sacra vindicamus cõmunicamuſque ea nobiſcum, putantes Sacrum facere, ex conſecratis Deo, factum eſt, vt propria amiſerimus, &c. Sed vtinam remedium aliquod hæc calamitas tandem accipiat, & cedant Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei Deo. Nugantur, qui hoc dicunt Nouatores, & inuidia iactari, non enim Imperator fecit Patriarcham, ſed Synodus facit, ſolo Imperatore pio miniſtrante, idque non ſolum quia eſt Vindex, ac defenſor, & ex Eccleſia vnctus, ſed etiam vt adiuuet, firmaque conſeruet, quæ ſunt in Eccleſia, &c.*

Quid igitur mirum ſi Gregorius II. Zacharias, Leo III. Gregorius IIII. Ioannes. XXII. Gregorius V. Ale-

Digitized by Google

xander III. & plures alij Pontifices hac ſuprema poteſtate vſi ſint, conſtituit namque Dominus Vicarium ſuum ſuper gentes, & Regna, poteſtatemque ei dedit ampliſſimam, vt euellat, & deſtruat, & diſperdat, & ædificet, & plantet.

Quartum tempus, à Carolo Magno, & deinceps proſequitur, quo, vt dolo malo vſurpatam à Pontificibus poteſtatem illam ſummæ Iuriſdictionis quæ ipſis à Chriſto fuit immediatè collata, eorumque Maieſtatem fraudibus paulatim auctam, furtimq; euectam falsò perſuadeat, plura effutit dira mendacia, calumniaſque impius effundit, quibus iniquus impoſtor Sacrificia, orationes, ſuffragia, cunctaque pietatis opera irridens, eoſdem Pontifices nedum ſtipem oſtiatim rogantes effingit, ſed Principum munera & oblationes, quæ ſponte ab ipſis elargiebantur Eccleſiæ, tamquam neceſſarias præſtationes aſtu præſcripſiſſe. Quamobrem, Catalogum quendam de his conſcribi curaſſe, quem ſingulis annis, in die Cœnæ Domini alta voce coram Pontifice legi mentitur. Mendacium.

Hæc à Duareno, in ſuo tract. d. benefic. in princ. deſumpta videntur, qui falſo ſcribens, huiuſmodi ſpontaneas oblationes, effectas eſſe poſtmodum neceſſarias, ad id probandum adducit, can. omnis Chriſtianus, de cõſecr. diſt. 1. qui nihil de hoc, ſed ab his qui Miſſæ interſunt Sacrificio, aliquid Deo offerendum eſſe dicit, & can. ſtatuimus 16. q. 1. vbi decimas præter Epiſcopi voluntatem retinentes, communione priuantur. Mendacium.

Mendacium profectò, cui nullus vnquam Hęreticus cõminiſci ſimile viſus eſt, neque enim alium eo die legi Mendacium.

Digitized by Google

Catalogum vidi, quam literas illas Bulla vulgo dictas, quibus inter alios Refractarios & Perduelles, in quos iu- anathematis profertur ſententia, Hæretici omnes primo loco recenſentur.

Videas rogo apud Amianum lib. 27. & apud C. Bar. tom. 2. anno. 167. & 175. & tom. 3. anno. 321. quales quantęque fuerint opes Romanæ Eccleſiæ, quæ Ethnicorum prouocabant inuidiam, vnum tamen prętereundum non videtur, quod veritas ab eo extorſit, Pontifices ſcilicet diuitijs iam, & imperio auctos, in eorum Aulam peritiſſimos viros vndique conuocare cæpiſſe, quorum ſapientia illecti omnes eò confluebant. Non ergo mimorum & Sicophantarum Aſylum erat Pontificum Aula, vt mendaciſſimi Sectarij adlatrant.

Sed & Reges irridet, qui Apoſtolicæ Sedis maieſtatem agnoſcentes, annuæ præſtationis Cenſu propria Regna eidem ſubiecerunt, maximiſque donationibus Romanam Eccleſiam auxerunt, vnde & ſimplices hæretica temeritate appellat.

Quamobrē prudentes iudicio ipſius erunt omnes Lutheri, & Caluini ſectatores, qui Sacrificia, & oblationes ab Eccleſia eliminarunt, atq; pietatis opera cuncta, ſine quibus mortua fides eſt, tanquam ſuperuacanea, & fruſtratoria arceant, cōtra expreſſa diuinæ ſcripturæ verba, Conciliorum, Patrum, Theologorumque cōmunem aſſertionem, & contra antiquiſſimam, ac numquam immutatam totius Eccleſiæ conſuetudinem, prout C. Bellar. lib. 2. de Euchariſt. & lib. item 5. d. iuſtificat; & lib. 1. 2. & 3. d. bon. operib. liquidiſſime demonſtrat.

Digitized by Google

At illud præcipue exhorreſcit, quod Principes tunc, eo Iudice, fatui, non amplius à Cæſare, vt par eſſe dicit, ſed à Romano Pontifice Regias Coronas ſuſcipere inceperint.

At non ne iure optimo? poſtquam nullus eſt Rex, qui tantũ Imperatori tribuat, vt hoc ſubiectionis argumentum ipſi velit exhibere, cùm & ipſi in ſuis Regnis eandem, quam Imperator in ſua ditione, ſummam habeant poteſtatem, Romanum vero Pontificem Patrem agnoſcunt, propterea Dominum habere non dedignantur.

Et quid cauſæ fuit, vt hæc adeò torquere deberent nouum hunc Imperij patronum, non ne Imperium vni Romano Pontifici Germani acceptum referre, vel etiam inuiti coguntur? de quo ſuo agemus loco; nonne ſolus Papa Imperatorem Sacro diademate redimit, & Cæſarem inaugurat? adeo quòd Imperator dici non poſſit, antequam à Romano Pontifice eius electio probata, ab eo Corona donatus fuerit; ita ſancitum refert Glaber. lib. p. in fin.

Vt *ne quiſquam audacter Romani Imperij ſceptrum geſtare Princeps appetat, ſeu Imperator dici, aut eſſe, niſi Papa Sedis Romanæ, morum probitate, delegerit aptum Reipublicæ, eique commiſerit inſigne Imperiale*, &c.

Vide C. Baron. tom. 11. anno. 1013. & C. Bellarm. d. tranſl. imper. lib. p. c. 4. & ſeq. & lib. 2. c. 1. apud quos huius Sanctionis præſcriptam formam vſu comprobatam comperies.

N. Cum ſub Mauritio, inquit, inter Epiſcopum Romanum, & Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſuper

nomine œcumenici, controuerſia haberetur, vter eorum, vel vterque, ita appellandus foret, neque à Mauritio fuerit definita, tandem ſub Phoca ordinatum eſt, vt Romano adderetur nomen Papæ, quod antea omnibus Epiſcopis erat commune, Conſtantinopolitanus verò œcumenicus inſcriberet, prout ex Panuino in vita Bonifacij III. legi poteſt.

HOc eodem argumento Primatum a Phoca Tyranno ſceleſtiſſimo, Pontifici Romano tributum blaterarunt, Luth. in lib. d. ſupput. tempor. Caluin. inſtit. lib. 4. cap. 7. §. 17. Centuriat. mendaciorum Centur. 6. Illyric. in Hiſt. d. Prim. Pap. & recentiores Caluiniſtæ, Molineus, Othomanus, & Morneus.

Sed hæc impiorum vaniſſima commenta, ſatis ſuperque confutarunt, duo illa fulmina belli, qui Catholicæ veritatis hoſtes profligarunt, debellaruntque, C. Bar. tom. 8. anno. 606. Card. Bellarm. d. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 17.

At mentitur, & turpiſſime quidem, dum, inquit, Phocam decreuiſſe, quod Romano Pontifici nomen Papæ adderetur, Conſtantinopolitanus verò ſemper œcumenicus inſcriberet.

Quoniam Anaſtas. Paul. Diacon. Hiſt. Longobard. lib. 4. cap. 21. & Addent. ad Eutrop. Bed. libro d. ſex ætatibus, C. Baron. tom 8. anno. 606. vno ore affirmant, Phocam dumtaxat declaraſſe, Eccleſiam Romanam, omnium Eccleſiarum eſſe caput, nam Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat; hoc tamen Phocæ reſcriptum nihil iuris Eccleſię Romanæ tribuit, ſed œcumenicæ nomen, quod ſoli debetur

Digitized by Google

betur Chriſti Vicario, Conſtantinopolitanum ſibi iniuſte arrogaſſe decreuit, neque verbum vllum pœnitus facit, de titulo Papæ, Romano Pontifici addito, vel de œcumenico Conſtantinopoli Archiepiſcopo relicto.

Imo hæc eadem adamuſſim, ijſdem ſcriptoribus adductis, Panuinus, in vitá Bonifacij recenſet. Addit verò quod poſtea tractu temporis, Conſtantinopolitani Antiſtites, œcumenici titulo ſe ipſos inſigniri cæperunt, quod vniuerſalis nomine, ius in alios Epiſcopos ſibi vindicare præſumpſerit, ſed vt primam omnium poſt Romanum Pontificem, tenere ſedem, hac nota declararent, verum hæc acta dicit mortuo iam Photio, ſcilicet poſt annos octuaginta, ſupra ducentos, poſtquam Phocæ reſcriptum anno 606. emanauit, C. Baron. tom. 8. eodem anno, Photius vero anno 886. moritur, C. Baron. anno prædicto tom. 10. Mendax igitur in hoc quoque detegitur.

N. Eccleſiam Romanam ſpecie donationum, quas à Pipino, Carolo Magno, & Ludouico eius filio, receпiſſe iactabat, multas cæpit Vrbes occupare. Impium Mendacium.

QVoniam vero tantorum aſſertione teſtium, huiuſcemodi donationum veritatem, adeo manifeſte elucеſcere animaduerterat, quod mendaciorum nebulis obuolui nullatenus poterat.

N. Fatetur id quidem, ſed inquit, licet de illis atteſtentur Iuo Carnotenſis, in p. 5. decret. cap. 14. Anſelmus in Collect. Canonum lib. 4. Gratian. in cap. ego Ludouicus diſt. 63. Antonin. Florent. hiſt. p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. R. Volaterran. in 3. lib. C. Baron. tom 9. anno 817. tamen nullus hiſtoricus Antonino vetuſtior, harum dona-

Digitized by Google

tionum meminit, præter Leonem Hoſtienſ. qui paulo anteceſſit, quaſi tot grauiſſimis ſcriptoribus, non ſit habenda fides.

SEd aliò tendit, nimirum, vt Romanæ Eccleſiæ Summum Pontificem ſuo deturbans Maieſtatis è ſolio, haud exemptum eſſe perſuadeat, ab impio diræ Tyrânidis iugo, quo Imperatores, per vim & iniuriam Pontifices ſubegerunt, ideo Henrici IIII. Ludouici Pij. & Lotharij eius filij cõſtitutiones impugnare nititur, ad quod Molineum aduocat patronum.

In comment. ad diſt. 63. Qui quidem Molineus, Maieſtatem Pontificiam funditus euertere poſſe ratus, ſi conceſſiones, quibus Imperatores Eccleſiæ Romanæ debitam reſtituerunt libertatem, commentitias, & inualidas demonſtraſſet, vnde primo Bibliothecarium, tamquam earum promulgatorem aggreditur, cui nullam prorſus fidem eſſe habendam, vti ſuſpecto dicit, *Quod ſcripta ſua conſarcinarit ex quibusvis Apocryphis, vel fictis ſcripturis in ſcrinio, vel Bibliotheca Papæ repertis, modo eſſent in Domini ſui fauorem.*

Poſtea verò, eam improbat ſanctionem, qua Conſtantinus. IV. Imperator, Benedicti II. ſanctitate permotus, liberam eſſe ſtatuit Pontificis electionem, nullaque Imperatorum, vel Exarcharum egere confirmatione, eamque vt falſam tribus ratiocinationibus potiſſimùm impugnat.

Pueriliter. Prima, Quod Benedictus vix decem menſes vixerit, vnde vltra mare eius Sanctitas innoteſcere vix poterat.

Inepte impia. Altera, quod virtus Benedicti potius mouere debuit ad obſeruandum tam vtilem & receptum morem.

Digitized by Google

Verum quanti ponderis hæc ſint,& an Molineo digna, vel reſponſo egeant, quiſque iudicet & animaduertat rogo quomodo impiam, diramq; tyrannidem temere vſurpatam, in ſacroſanctos Chriſti Vicarios,quorum electio omnino libera, & ab omni poteſtatis ſecularis imperio prorſus immunis eſſe debet, vtilem, receptumque morem dicat, homo qui cum religione pietatem, humanitatemque exuerat, & cui vnus Romanus Pontifex præcipue fuit inuiſus.

N. Tertia, quod numquam effectum ſortita fuerit, vt expreſſè atteſtatur, inquit, Volaterranus Antropol. lib. 22. ex cuius verbis poteſt deprehendi, vel modico tempore ſeruatam non fuiſſe, de quo ſatis conſtitit in Paulo poſt Benedictum, & in Conone apud Platinam. Mendacium Falſo.

AT Volaterranus quidem hoc nullo pacto vnquam cogitauit, ſed tãtum, inquit, modico tempore ſeruatam fuiſſe hanc Henrici conſtitutionem, quam verè factam aperte teſtatur; Platina verò in Conone, & alijs, qui poſt Benedictum electi ſunt Pontifices, ne verbum quidẽ de confirmatione Imperatorum. Neque obijcias Gregorij IV. exemplum, quoniam in eo hallucinatum eſſe Platinam inferius demonſtrabimus, ipſaque experientia eius reuincit errorem, ſiquidem Ludouicus, & Lotharius expreſſis confirmarunt ſanctionibus, hanc vſurpati iuris remiſſionem, à Conſtantino factam, cęterique Cæſares, vel nunquam ipſam infringere verbis, aut factis præſumpſerunt, & ſi aliqui Schiſmatici Imperatores, hoc attentare cogitarunt, vt Henricus IV. Friderici II. & III. Ludouicuſque Bauarus, iuſta Anathematis ſententia icti vitam cum morte miſerrimè com-

Digitized by Google

mutarunt, neque tamen efficere potuerunt, quin ſemper libera non fuerit Pontificum electio vſque in hanc diem: vide igitur Volaterranum toto erraſſe celo.

Quoniam verò Platina in recenſenda hac Conſtantini ſanctione, etiam Romano exercitui ius eligendi Pontificem tribuere videtur, inquiens, *Vt deinceps, quem Clerus, Populus, exercituſque Romanus in Pontificem delegiſſet*, expungendus erit ex Bibliothecario qui verbis his in Benedicto, ait, *Suſcepit Diuales iuſſiones Clem. Conſtantini Magni Principis ad venerabilem Clerum, & Populum, atque feliciſſ. Exercitum Romanæ Ciuitatis, per quas conceſſit, vt perſona quæ electa fuerit in ſedem Apoſtolicam è veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinaretur* &c. Vides ergo cui potius credendum ſit, an Bibliothecario, qui proprio munere res Pontificum, longe ante Platinam, & quidem ſinceriùs, conſcripſit.

N. Vt autem Molineus Bibliothecarium in ſupradicta Conſtantini ſanctione ſuſpectum effeciſſe exiſtimauit, ad impugnandam Ludouici Pij Conſtitutionem, eadem modeſtia in Gratianum inuehit, quod neq; ei maior ſit fides adhibenda, quam Bibliothecario, ſi quidem ille domeſticus Papę, & hic Monachus erat, qui vt Pōtificibus morem gereret, non aliunde quam à Bibliothecario dictum Canonem tranſumpſit.

AT Clariſſimos hoſce viros à Calūnijs immaniſſimi Catholicæ Religionis perduellis vindicent Tritemius, C. Bellarm. totque alij, qui illuſtrium ſcriptorum ediderunt elogia.

N. Prima autem Molinei ratio, qua Ludouici reſcriptum impugnat, ea eſt, qnod omnes qui eam indigita-

Digitized by Google

runt vnius Bibliothecarij fidem ſecuti ſint.

IPſe autem, ingenuè fateor, apud Bibliothecarium nuſquam reperi, quemadmodum rimatione facta ipſam non adinueniſſe teſtatur eruditiſſimus Coſteus, in examine myſterij iniquitatis, iniquiſſimi Caluiniſtæ Mornei pag. 478. videat igitur an oſcitanter hæc ſcripſerit, quod Platinæ aſſertioni mala fide ſteterit.

Quoniam vero hæc Ludouici conſtitutio, duo præcipuè continet, confirmationem ſcilicet Donationum à Pipino Auo, & à Magno Carolo eius Patre, in Eccleſiam Romanam conſcriptas, & remiſſionem ampliſſimam iuris omnis, quod in electione, & confirmatione Pontificum retroacti Imperatores vſurparunt, in vtroque falſum eſſe Canonem à Grat. diſt. 63. deſcriptum, his cenſuit Molineus puerilibus ſane argumentis probaſſe.

N. Primum eſt, quod Paſchalis ſtatim vt Pontifex renunciatus fuit, legatos excuſatum, & culpam non inficiandam, ſed in Populum transferendam miſit ad Ludouicum Pium, qui vt manſuetus erat, ſatisfactionem quidem accepit, ſed cum increpatione Cleri, & Populi, *Quid autem*, inquit, *magis contrarium aut repugnans eſt, præfatæ ſuſpectæ Bibliothecarij ſcpipturæ, certe ex hoc falſitatis conuincitur.* Perperã.

AT quonam pacto Molineum adeo obcæcauit impietatis affectus, vt vir in alijs oculatiſſimus, non animaduerterit, quod perperam ratiocinabatur, ſiquidem Paſchali iam electo, ac ſatisfactione per legatos ab ipſo accepta, Ludouicus longe poſt Donationes illas ratas habuit, conſtitutionemque prædictam edidit, eoſdẽ

teſtes aduoco Platinam, licet in facto ab alijs diſcrepet vt ſuperius, & Sabellicum.

Quomodo igitur ex hoc quod præceſſerat, actus ſubſecuti falſitatem deducere potuit, plauſtrũ ante Boues.

Præterea reſponſum hoc quod Platina ab Imperatore legatis datum refert, haud ſatis conſonat cum his, quæ ipſe Ludouicus ſcribit ad Paſchalem, in eadem conſtitutione; *Ego Ludouicus*, in cuius fine hæc leguntur, *Vt electus Pontifex legationem ad ſe, & ſucceſſores mittat, amicitiæ pacis & Charitatis conſtituendæ cauſa, ſicut in temporibus Domini Caroli Imperatoris, genitoris noſtri conſuetudo erat faciendi*, &c. quamobrem ſi Carolus ab electo, & conſecrato Pontifice, nil aliud voluit, quam legatos ad ſe mitti amicitiæ cauſa, profecto neceſſum eſt dicere, Paſchalem ad Ludouicum miſiſſe legatos, non confirmationis petendæ, ſed amicitiæ confirmandæ gratia, & cum ſatisfecerit conuentis, non poterat Ludouicus reſpondere legatis, vt deinceps inſtituta, & pacta maiorum ſeruarent, cauerentque ne Maieſtatem læderent; ſed res ipſa qualiter ſe habuerit ſatis explicat ſcriptor Annalium Pipini, Caroli Magni, & Ludouici, eorum familiaris, qui Aſtronomus dicitur, is enim anno 817. hæc habet, *Stephani obitu prænarrato, cui Paſchali ſucceſſor electus poſt completam ſolemniter ordinationem ſuam, & munera, & excuſatoriam Imperatori miſit epiſtolam, in qua ſibi non ſolum nolenti, ſed etiam plurimum renitenti, Pontificatus honorem, velut impoſitum aſſeuerat, & pactum quod præceſſoribus ſuis factum erat, etiam ſecum fieri ac firmari rogauit.*

Vides itaque excuſatoriam, non quidem ſcriptam de conſecratione, ante confirmationem Imperatoris

facta, ſed humillima excuſatione, quod ſibi nolenti, & renitenti Onus Pontificatus impoſitum ſenſerit, & pacta dumtaxat, cum maioribus olim inita, ſcilicet fæderis, & amicitiæ cum ipſo quoque rata manere expoſtulabat, hallucinatum igitur hîc quoque Platinam, prout pluribus in alijs, fateri oportet.

N. Altera, quod Lotharius, eiuſdem Ludouici Filius, ipſo Ludouico ſuperſtite, tempore Eugenij Romam profectus, in ea Politiam ordinauit, & Magiſtratus inſtituit: Hoc autem fieri non potuiſſet, ſi Ludouicus Romam, caput Imperij, Papæ donaſſet. Mendacium.

FAlſum aſſerere, & verum reticere, idem eſt crimen, cum ea non retulit, quæ de profectione Lotharij ad vrbem, literis conſignarunt Aymoinus, lib. 4. cap. 112. & Author vitæ Ludouici Pij, ſcilicet quod Ludouico expeditionẽ in Britannos parante, Lotharius Romam mittitur, ad componenda diſſidia, quæ inter Romanos flagrabant, eo quod poſt obitum Paſchalis, *Duo fuerant*, inquit, *per contentionem Populi, electi Pontifices, Eugenius, tamen Archipreſbyter, tituli S. Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus, & ordinatus eſt*, de reliquis autem hæc idem Author. enarrat, *Lotharius verò iuxta Patris mandatum Romam profectus, ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur, cui cum iniuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani iamdudum quorundam Præſulum peruerſitate deprauatum, memorati Pontificis beniuola aſſenſione, ita correxit, vt omnes qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum, Deo donante, prouenerant, magnificè eſſent conſolati*. Idem Aymoinus loco citato & Sigon. lib. 4. d. Reg. Ital. ad annum. 825. Aymoin. Auctor vitæ Ludou.

Quod igitur non proprio iure, ſed Pontifice volente, & permittente geſſerit neceſſum eſt fateri.

Imo & noua lege præſcripſit Pontificem ex decreto Sacrorum Canonum, à Romanis eligendum fore, quibus per conſtitutiones S. S. Patrum electio fuit conceſſa Sigon. d. Regn. Italiæ in Ludouic. anno. 825. quam explicat Card. Baron. tom. 9. anno. 824. hinc inferens Lotharium ad formam Canonum liberam redigiſſe ab Imperatorum vſurpato iure Pontificum electionem, in quem inuehit ſuo more Melchior Goldaſtus in rational. Cōſtit. Imperial. p. 1. pag. 21. & p. 2. pag. 13. hanc Cardinalis interpretationem irridens, ſed ineptiſſimè quidem, neque ad hoc alia probatione opus erit, quam ipſius Goldaſti, qui eadem 1. p pag. 1. & 2. eadem verba Conſtitutionis Lotharij, per Conſtitutiones SS. Patrum interpretatur, ideſt *S. Patris Adriani, ad impoſturam illam referens, quam Carolo conceſſam dicunt ab Adriano poteſtatem in Pontificem eligendi*, &c. Cur ergo non licebit C. Baronio, eadem interpretatione ad veritatis confirmationem aptius vti? Neque verum eſt, prout ipſe aſſerit hac Lotharij ſanctione, abrogari Conſtitutiones Conſtantini IV. & Ludouici Pij, cum in ea non ſit expreſſum, nec vna alteri repugnet, vt tacita eorum reuocatio huic videatur neceſſitate ineſſe. Lotharius igitur ius omne, ſi quod ei hac in re fuiſſet, ea Cōſtitutione abdicaſſe neceſſario ſequitur, ſed qui affectu trahuntur ad alteram flecti partem neceſſe eſt, quod ſi Goldaſtus rem æqua lance penſitaſſet, haud profecto in C. Baronium, S.R.E. Principem virum, & totius Orbis iudicio celeberrimum tam impudenter eſſet debacchatus

Digitized by Google

tus, vel Eugenium ſummum Pontificem, à Lothario Vicarium Imperij Romæ conſtitutum fuiſſe, non minus temere, quam falsò aſſeruiſſet, imo & conuicia in Chriſti Vicarium impiè protuliſſe ipſum puduiſſet.

N. Tertia, quod Volaterranus lib.3.Geograph.prętenſam Conſtitutionem longe aliter, quam Gratianus refert, Mendacium.

AT Molineus & hîc cęcutit; haud ſane animaduertit, Gratianum non integram tranſumpſiſſe conſtitutionem, ſat enim fuit donationis particulam cum rebus in ea deſcriptis referre, quoniam eadem reliquorum ratio erat, ideo obtruncat ibi, *Et infra*, pergens alteram liberæ electionis partem recenſere, quamobrem ſicut eadem legitur conſtitutio apud S. Antonin. Hiſt. p. 2. tit. 16. §. 2. apud Volaterran. lib. 3. Geograph; & apud Card. Baron. tom. 9. anno. 817. conſonam quoque & his relatam à Grat. neceſſum eſt fateri, prout idem C. Baronius comperijſſe teſtatur, collatione facta cum Codicibus Vaticanis, quorum authoritatem maximam eſſe nemo inficias ibit; ſi enim ſcripturis repertis in Archiuijs Principum, quæ inter alias ſcripturas authenticas ſeruantur, ſub cuſtodia publicorum Officialium ad hoc ſpecialiter conſtitutorũ, vbi contraria non vigeat cõſuetudo fides habetur Felin. in cap. ad audientiam d. præſcr. Crauet. d. antiq. p. 1. ſeſſ. 2. verſ. quarto limitatur cur multo magis hoc idem tribuendum non erit Archiuio, & Bibliothecæ ſummorum Pontificum, in quibus innumera ſeruantur publica, authentica, eademque vetuſtiſſima monumenta, præſidentibus huic muneri S. R. E. Cardinali, totque alijs integerrimis, eruditiſſimiſque

Digitized by Google

Viris; vnde fit, quod apud omnes magnæ ſemper fuerint exiſtimationis, plurimumque fidei habuerint, quæcunque ex ipſis tranſſumpta, ſiue edita fuerunt.

Perperā. N. Quarta & multo magis, quia fides hiſtoriæ repugnat, per prædicta, tum ex eo quod Volaterranus ibi Calabriam inferiorem, & ſuperiorem, & Ducatum Neapolitanum includit, & alia, quæ conſtat, ex fædere diuiſionis, inter Carolum Magnum, & Imperatorem Cõſtantinopolitanum, facta, Græcorum Imperio ceſſiſſe, porro veriſſimile non eſt, quod Ludouicus ea donaſſet, quæ non poſſidebat.

VErum ſi animaduertere voluiſſet, quod Siciliam, Calabrias, aliaſque Prouincias, Vrbeſque Patrimonij S. Petri Leo Iſauricus primus omnium inuaſerat, eorumque redditus in fiſcum Imperiale redegerat, quas cæteri eius ſucceſſores licet iniuſte, ſemper poſtea detinuerunt, Theophanes, & Cedrenus, Anno DCCXXXII. tantum iure conſultum non latuiſſet, ea nimirum ratione, hoc actum eſſe, ne diuiſio prędicta, cum Imperatore Orientis, à Carolo eius Patre facta, Romanæ Eccleſiæ vllum vnquã poſſet inferre præiudicium, quod iniuſtam Orientalium poſſeſſionem, tacito aſſenſu probaſſe, vel Papa Donationis prædictæ confirmationem recipiendo, cum his, quæ in ea dumtaxat erant deſcripta, ratam habuiſſe: aliorum verò Eccleſiæ Romanæ locorum, quę Græci Imperatores vi occuparant, iura omnia abdicaſſe viderentur, imo Ludouicus, vt eam improbaret inuaſionem, ac veluti quadam obligatione ſe ſe obſtringens, ad vindicanda, quæ per iniuriã fuerant Eccleſiæ vſurpata, quod ſpecies do-

Digitized by Google

nationis eſt ſupra dictis maiorũ ſuorum Donationibus, has,& alias Vrbes Prouinciaſq; pia munificentia adiecit.

N. Quinta, hæc Ludouici Donatio, ſi qua fuit, nulla eſt iiſdem rationibus quibus Doctores communiter inualidam probant Conſtantini Donationem, quia ſicut Imperium alienare non poterat, ita neque Regiones Imperij, donare licuit, Gloſſ. in Aut. quomodo oporteat, Epiſ. coll. p. Signorol. conſ. 26. præſertim Romam quæ caput eſt Imperij ſentit Bart. in proem. ff. Alber. in l. Bene à Zenone C. d. quadr. præſcr. Perperã.

DE hac Conſtantini Donatione, Grãmatici certant, ſiquidem Valla ludimagiſter, ſupra crepidam iudicium proferre auſus ratiunculis pædagogicis, in eam inuehit, veruntamen validam, & iuſtam eſſe, contra Accurſ. aſſerunt, Io. Andr. in cap. ego Ludouicus diſt. 63. & in Clem. ne Romani in verb. Conſtantinus d. iur. iur. Hoſtienſ. in ſumm. d. immun. Eccl. §. pen. remq; ipſam luculentiſſimè explicat, Io. Hugo in tract. d. off. quatuor Prȩlat. in q. d. tranſlation. Imper. in Eccleſ. & q. d. donat. Conſtant. ſiquidem totius & partis in hoc ratio non eſt eadem, vniuerſis enim diſtractis ſupprimeretur imperium, quod parte dumtaxat alienata, ſtat: res igitur particulares donare, & vendere Imperator poteſt. l. apud Iulianum §. fin. d. leg. 1. præſertim verò conſenſu Senatus Populiq; R. accedente, & Prouincias, & Vrbẽ etiam Romam alienandi facultas eidem libera fuit, poſtquã à Senatu & Populo Imperium habet Hiſtorici omnes aſſerunt, & l. 2. §. nouiſſime d. orig. iur. eodem ergo Senatu, & Populo conſentientibus transferre in Eccleſiam potuerunt, Gloſſ. in l. Legatus de offic. præſid. imo Ac-

Digitized by Google

curſij & aliorum ratio eſt, quia donatio Cõſtantini profuſa admodum videtur, quę locum haud ſibi vindicat in Eccleſiam, cui quęcunque donatio ſcripta fuerit, profuſa, & immenſa dici nequit Auth. de reb. Eccl. non alien. §. ſiuimus l. illud. c. d. ſac. Eccl. vbi animaduertit eiuſdem Accur. glo. in verb. alia cauſa, & in auth. vt non fiant pign. in verb. illud verſ. niſi tantummodo.

Neque pariter ex ea imminuitur Imperium, quæcunque enim Eccleſiæ donata fuere, Deo oblata ſunt, qui Dominus vniuerſorum eſt, ac longe maiora Imperatoribus contulit, res igitur in priſtinum redit, quamobrem iura Imperij nulla ex parte læſit l. ſi vnus §. quod in ſpe H. d. pact. ibique gloſſ. in §. pactus nę peteret eod. Hugo citatis tract. & quæſt.

Perperã. N. Sexta, quia Populus Romanus, Donationibus, ſiue alienationibus hiſce nuſquam conſenſiſſe apparet, imo de diſſenſu conſtat, etiam per continuam reſiſtentiam, tempore Eugenij III. Adriani IV. Alexandri III. Lucij III. & Vrbani IV. ergo nullæ Bald. in tit. d. nou. Cod. faciend.

SEnatus, Populique Romani Conſilio, & aſſenſu, hanc Donationem fuiſſe à Conſtantino factam, in ipſius Inſtrumento legitur, quod Molineum etiam animaduertiſſe non dubito, prout notauit Ludouicus de Sardis, in ſuo tract. d. legitimat. tit. de legit. per reſcrip. verſ. circa quam n. 6. quamobrem quod ſemel placuit, poſtea diſplicere non poſſe, regula eſt iuris vulgata, quoniam contractus à principio libere voluntatis, poſt actum verò neceſſitatis ſunt, tandem obſtat immemorabilis præſcriptio, quæ cum titulum tribuat, etiam præ-

dones in eorum detentione tuetur, quæ legitimam efficit poſſeſſionē, merito in Concil.ſub Hadriano.II. cap. 18. relatum in cap.placuit, diſt. 56. §.3.ſancitum fuit non poſſe ab Eccleſia auocari, res eidem donatas, & qui hoc attentauerit, etiam Principes excommunicantur, fruſtra igitur Romani reluctantes, ſemel actum infectum reddere, vi & iniuria pluries conati ſunt.

Omnes namque fere Pontifices, ad Nicolam vſque V.huiuſmodi ſemper fuerunt curis exerciti, vt Romanorum reprimerent audaciam, qui antiquæ eorum Reipublicæ memores, ad priſtinam libertatem vindicandam, Conſules, ad quos omnis redigeretur poteſtas, ſede vacante ſæpiſſime crearunt.

Sed Pontifices, ſeditionibus his, ſacroſanctam ſemper oppoſuerunt Maieſtatem, qua vel ſola, vel Anathematis terrore perculſi, quos conſcientia defectionis agitabat, eorum Imperio parere, non detrectarunt, Platina Panuinus, cæterique Hiſtorici, ampliſſimi teſtes huius veritatis ſunt, in Eugen. III. Hadriano IIII. & Alexandro. III.

Rebellium igitur, qui defectu Principis, amoto metu, deſciuere tumultum, appellat diſſenſum, quo ſolo Tyrannicum efficit legitimum Principis Dominium. Perperã.

N. Septima, quod nullus vnquam Pontifex ad communienda Eccleſiæ Romanæ iura, hiſce Conſtantini, & Ludouici Donationibus vſus eſt, vel eam ad probationem adduxit, quæ tamen maxime in rem ſuam feciſſent.

N. Idque comprobat exemplis, quorum primum eſt Nicolai. III. in cap. fundamenta d. elec. in 6. qui licet

Digitized by Google

de Conſtantini hac Donatione mentionem faciat, poteſtatem tamen Romani Pontificis non inde, verum ſacræ ſcripturæ verbis depromit.

In ipſum autem Caninis irruit dentibus, ac irridendo mordet, quod fabulam Conſtantini narrauerit, ſacramque ſcripturam Phariſaico & Iudaico more, ad terrenum Regnum detorſerit.

Perperã. N. Item exemplo Gregorij VII. quem tanto molimine Germanorum Imperium aggreſſum eſſe, atque attriuiſſe dicit, nec verbum vllum de his feciſſe ſed verbis Chriſti tantummodo vſum verum ad imperium totius Orbis male detortis.

Tandem Benedicti XI. & XII. contra Ludouicum Bauarum, qui non alio titulo quam Vicarij Chriſti Perperã. alter Florentiæ, Magiſtratus, alter Mediolani Vicarios ſuo nomine conſtituit, & Vectigal impoſuit.

SEd quorſum hæc? habent Petri ſucceſſores immediate ab ipſo Deo, in vniuerſum Orbẽ Chriſtianum, poteſtatem ampliſſimam, cuius iure quæcunque agunt, iuſte & rite agere dicuntur, vt ſuperius toties dictum eſt, non igitur Donationibus Imperatorum opus erat, vbi diuinum teſtimonium, eorum authoritatis habebant.

Duo autem de Conſtantino in ipſo cap. Fundamen- Impietas Mendax. ta, ex Nicolao narrantur, alterum quando à Sancto Silueſtro Papa fuit baptizatus, & à lepra infectus, di- Luther. Caluin. uinitus conualuit: Alterum quod Romanæ Eccleſiæ, vt Melanct. pro tot, tantiſque beneficijs, quæ Deus in ipſum con- Mandeburg. tulerat, aliquid rependeret, munera ampliſſima obtulerit, vtrumque autem, veluti fabuloſa, ſemper reſpuerunt, Lutherus, Caluinus, Melancton, & nouiſſime

Mandeburgen. cent. 4. cap. 7.

Sed pro Nicolao ſunt, Theophanes in Chronograph. Metafraſtes in vit. S. Siluеſ. cap. 14. Zonaras, & Cædrenus, in Conſtantin: idem Cædren. in Seneſconoma, Michaël Clycas, p. 4. annalium Nicephor. hiſt. lib. 7. cap. 29. & 35. Monologium Græcorum Kalendis Ianuarijs, Ammianus lib. 27. cap. 2. Zozimus lib. 2. d. Conſt. Author actuum Siluеſ. apud Vincen. Burgu. lib. 13. cap. 47. & 53. Damaſ. in Silu. Gregor. Turron. Hiſt. Franc. cap. 12. Beda d. ſex ętat. in Conſtant. Hincmarus in vita S. Remig. An. Bibliothec. in Chron. Ado Vienn. in Chron. ætat. 6. Marian. Scot. in Chron. anno. 321. Berengarius Abb. d. Inuent. S. Crucis, Honor. Auguſtod. in ſpec. Eccleſ. Hugo Victori. excerpt. prior. lib. 8. cap. 1. Othofriſing. in Chron. lib. 4. cap. 1. Godfrid. Viterbien. p. 16. Chron; Conrad. Viſperg. in Conſtant: Albert. Staden. in Chron. anno. 314. Martin. Polon. in Silu. Matheus Vuiceſtmonaſt. in Chron. anno 310. Iſidor. Hiſpalen. in hiſt. Vgo Floriacen. in Chron. d. Conſtant. Io. Saliſber. lib. 4. Polycrat. cap. 6. Paul. Diacon. d. geſt. Longobard. lib. 6. cap. 10. aliàs 28. & cap. 13. al. 43. Iuſtini. Imperat. in auth. cit. Ecc. Rom. cent. anno. gaud. præſcript. coll. 2. Eckbertus aduerſus Catharos ſerm. 3. Balſamon in Nomocan. Photij tit. 9. Vinc. Lupold. Bebenburg. de veter. Princip. German. Zelo, Gennadius ſcholar. Patriarcha Conſtantinopoli. d. Prim. Rom. Pontif. ſect. 3. Iuo Carnotenſis p. 5. decret. cap. 49. Platina in Marc. Sigon. Hiſt. d. Ocident. Imper. lib. 3. d. Baptiſmat. Conſtant. Patres autem & Pontifices conſulto prætereo, vt de re hiſtorica veri-

tatem ex hiſtoricis eruamus, atque impudentiam per iniuriam irridentis iure irrideamus.

Neque mireris Lector Molineum in hos ſanctiſſimos doctiſſimoſque Pontifices obiecere tanquam ſacræ ſcripturæ verba inuerterint, eius namque perditiſſimi effrontiſque Magiſtri diſcipulus fuit, qui blaſphemare auſus eſt, Chriſtum ipſum in quo ſunt omnes Theſauri ſcientiæ, ſapientiæ Dei, ſcripturæ diuinæ locos in alium flexiſſe ſenſum: verum eſt igitur ipſius ſaluatoris præſagium, ſi me ſunt perſecuti, & vos perſequentur, non enim eſt ſeruus maior Domino ſuo.

Perperã. N. Octaua, quod re ipſa falſitas huius Canonis deprehenditur ex eo, quod Platina ſcribit de Gregorio 4. viuente adhuc Ludouico electo, quem tantæ modeſtiæ fuiſſe dicit vt Pontificium munus non prius obire voluerit, quam à legatis Ludouici ob eam cauſam Romam miſſis confirmatus eſſet.

VErum ſi Molineus, tot tantiſque Clariſſimis ſcriptoribus, qui hanc Ludouici Conſtitutionem aſſerunt, fidẽ noluit haberi, quo iure nunc vni Platinæ tantum tribuit, vt ipſius teſtimonio ſtandum omnino ſit contra omnes iuris vtriuſque regulas, quę teſtis vnius dictum nullam facere probationem ſtatuunt; profecto ex innumeris hiſtoricis, eorumque præcipuè, qui res geſtas Pontificum ſcripſerunt, nullus alius, Platina excepto, hoc de Gregorio narrant, quamobrem aſſertio ipſius non quidem erroris ſuſpicione caret, quod eidem in pluribus alijs Pontificibus, & iure ſanè optimo obicitur, vt ex notis Panuini animaduertere licet.

Præſertim quia ipſemet Author, neque Eugenium II. ne-

II. neque Valentinum, qui inter Paſchalem, & Gregorium interceſſere, neque Sergium II, Leonem IV. Benedictum III, qui poſt Gregorium ſucceſſiue electi fuerũt, hanc Imperatoris confirmationem expectaſſe, aut queſiſſe ſcribit, prout veriſimiliter quidem expetenda erat, neque Ludouicus aliter fieri paſſus eſſet, ſi res verè ſe haberet, vt de Greg. narrauit, ne ſcilicet iura Imperij exolerent, imò & Nicolaum I. renunciatum, in ſolio Apoſtolico collocatum, conſecratum, ac demum Corona Pontificia redemitum refert, ipſo Ludouico Romæ degente, neque tamen dicit, vel quod Imperator electioni inter fuerit, aut confirmauerit, rem autem tanti momenti reticuiſſe non eſt cenſendum, poſtquam in vitis aliorum Pontificum, quorum electioni Imperatores præbuerunt aſſenſum, hoc numquam prætcrijſſe videmus.

Sed quod magis vrget, in Hadriano II. idem author hæc ſcribit, *Legatos quidem Ludouici, qui eam ob cauſam aderant, indignatos, quod nuſquam dum electio, & Coronatio Pontificis agerentur, intereſſe potuiſſent, vt authoritatẽ Imperatoris interponerẽt & quamuis ea ratione ſatis ipſis factum videretur, quod multitudinis voluntatem, in tanto tumultu moderari non potuiſſet, eos tamen rectè facturos, ſi virum optimum de more ſalutarent*, &c. Sed animaduertas obſecro, quæ ſubdit, &c. *fecere id legati, quamquam apertè cernerent, Clerum, & Populum eligendi Pontificis totam authoritatem ſibi vindicare, ne deinceps Principis cuiuſdam nutus expectaretur, forte etiam vt libertas Eccleſiaſtica, tum innoteſceret*, &c. atque ne hoc ipſo Ludouico inſcio, aut inuito actum putes, pergit Platina, *Superuenere à Ludouico Imperatore literæ, quibus Ro-*

Digitized by Google

manos admodum laudat, quod ſummum Pontificem, ſanctè audi, & integre creaſſent, nō expectato aliorum voto & rationem adducit, qui fortè ea in re ob ignorationem perſonarum minus iudicij habuiſſent, qui enim, inquit Platina, *fieri poſſe dicebat, vt Peregrinus, & hoſpes dignoſcere poſſit, in aliena Republica, quis potiſſimum cæteris præferendus ſit, id maximè ad Ciues pertinere* &c.

At non ne hæc toto Cœlo aduerſantur his, quæ idem Platina in Gregorio IV. de Ludouico dicit, quonā obſecro pacto Pontificem obire munus, non antea ſinebat, quam ipſe confirmaſſet, ne iura Imperij amitteret, ſi nunc reclamantibus Legatis eius, rem ipſis non vocatis peractam, nihilominus ſancte, & integre creatum Pontificem ſcribit, eius voto minimè expectato, quod deinceps ſeruatum legimus, quamobrem de Hadriano III. idem Platina inquit, tanti animi fuit, vt initio Pontificatus ſui ſtatim ad Senatum Populumque retulerit, ne in creando Pontifice authoritas Imperatoris expectaretur, atque libera eſſent & Cleri, & Populi ſuffragia.

Atque vt omnem aduerſarijs præcidat anſam, ne dicerent Nicolaum prim. ſatis conſtare à Ludouico confirmatum, ex præſentia ipſius, ſubdit, *quod quidem inſtitutum, à Nicolao tentatum potius, quam inchoatum diximus*, vt hoc etiam explicaret, Ludouici nullas extitiſſe partes, in creatione eiuſdem Nicolai, qui cum Imperatore multa collocutus tantum fuit, ad Pontificatum, & Imperium pertinentia.

Sed Molineo concedamus, Platinam vera teſtatum, nullum profecto Gregorius libertati Eccleſiæ intuliſſet præiudicium, quam Ludouicus ea tantum lege Roma-

Digitized by Google

nis reliquit, vt ſine aliqua promiſſione, ambiguitate, & contradictione, more canonico, electio fieret, vt in dicto cap. ego Ludouicus &c. & animaduertit Sigon. lib. 4. d. Reg. Italiæ ad annum 817. quod ambitio & auaritia Romanorum adeo inualuerat, vt plerumque potentiores, ditioreſque Pontificatum ambirent, vnde Schiſmata ſæpiſſime oborta non ignorabat, quamobrem Pius Imperator, de noui Pontificis creatione certior fieri voluit, vt ambitum, & ſimoniam omnem ab Eccleſia Dei arceret; Gregorij igitur tanta fuit modeſtia, quod Legatos Imperatoris, hanc vnam ob cauſam, expectandos cenſuerit, vt eius electionem, omni prorſus ſuſpicione careret, atque canonicã eſſe conſtaret, prout diſertis verbis Platina ſcribit, non prius Pontificium munus obire voluerit, quam à Legatis Ludouici diligenter, ſua electio diſcuſſa eſſet, ſed hac de re alibi erit agẽdum, hactenus Molineus.

Poſtmodum Author, vt Imperatoris poteſtatem in Romanos Pontifices oſtenderet, ea refert, quæ Fridericus II. aduerſus Alexãdrum III. legitimum Pontificem, diriſſimo ſchiſmate geſſit, atque ab illa exorditur Curia, quæ ipſo Friderico indicente, Papiæ habita eſt, quam vt ei authoritatem quærat, nomine Concilij decorauit, ſed hac de re ipſum audiamus Fridericum, apud Radeuicum lib. 2. cap. 55 in epiſt. ad Alexandrum, quem Rolandum Cancellarium appellat, cæteroſque Cardinales vbi poſt initium, inquit, *vt autem huic peſti competens, & Deo gratum exhibeamus remedium, & religioſorum virorum Conſilio, generalem Curiam, & Conuentum in Octaua Epiphaniæ Papiæ in diximus celebrandam,*

Digitized by Google

&c. Item, vt *Ad eandem Curiam, ſiue Conuentum veritatis*, &c. *Teſtis eſt mihi Deus quia in hac Curia*, &c.

Idem in Epiſtola, ad Hermimanum Brixienſem Epiſcopum, *Ex Concilio itaque omnium, qui aderant, Epiſcoporum, cæterorumque Principum*, &c. *vnam ſolemnem, & generalem conuentionem* &c. *Quatenus ad prædictam Curiam, omni occaſione remota venias.*

Vides quod ipſe Imperator, illegitimum hunc Conuentum appellare Concilium non eſt auſus, vel hoc à ſe ipſo non dixit, ſed Diuino cogente numine, vt ex hoc etiam aperte dignoſceretur, non ſolum, quod Concilij nomine hæc Schiſmaticorum Conuenticula omnino fuit indigna, verum quod Concilia indicere Imperatoris non eſt. Curiam igitur nuncupauit iure ſane optimo, quoniam iudicij ſecularis ad inſtar agendum eſſe ſtatuerat, vt ſcilicet Imperator in ea præſideret Epiſcopis, eorum vota auditurus, vt poſtea de ſummo Pontifice ſententiam pronunciaret, diſertis namque verbis, hæc ipſe expreſſit in proximè dicta Epiſtola ad Epiſcopum Brixienſem, inquiens, *Et ſecundum ſententiam Orthodoxorum, litem decidere debemus*, &c. Licet poſtea id agere minimè præſumpſerit, Indignũ ſane facinus vt Chriſti Vicarium Apoſtolicæ Sedis Præſulem, qui nulli hominum iudicio ſubiacet, is præſumpſerit iudicare, quem eadẽ ſancta Sedes paulo ante ad pedes Hadriani occidentem, & dum Pontifex equum conſcẽderet ſtratoris munus obeuntem, atque ab ipſo Coronam, Sceptrum & gladium humillime recipientem viderat.

Verum enim verò, antequam puerilia iſtius argumenta expendamus, quædam de hac Papienſi Curia

breuiſſime animaduertenda ſunt.

Fridericus iam antea in Romanam Eccleſiam odio exarſerat, ægre ferens literas Hadriani, quibus ipſum obiurgauerat, quod in eos, vt par erat non animaduerterit, qui Archiepiſcopum Londinenſem ad limina Apoſtolorum proficiſcentem, Carceri, & vinculis mancipa-rant, ſed potius tam atrox delictum diſſimularet, dum Archiepiſcopus adhuc vinctus immaniter detinebatur, *Præcipue tamen*, vt Radeuicus in Fridrerl.ib. p. cap.10. inquit, *Vniuerſos accenderat*, ſcilicet Germanos, *Qui aderãt quod præmiſſis literis inter cætera, dictũ fuiſſe acceperãt, dignitatis, & honoris plenitudinem, ſibi à Romano Pontifice collatam, & inſignia Imperialis Coronæ, de manu eius Imperatores ſuſcepiſſe*, &c. pergit Radeuicus.

Atque, *ad horum verborum ſtrictam expoſitionem Auditores induxerat, quod à nonnullis Romanorum temere affirmari nouerant, Imperium Vrbis, & Regnum Italicum, donatione Pontificum, Reges noſtros hactenus poſſediſſe, idque non ſolum dictis, ſed & ſcriptis, atque picturis repræſentare, & ad poſteros tranſmittere* &c. Vides iam vlcus, hinc prima mali labes, ac ſi vulgata non eſſet tranſlatio illa Imperij, à Græcis in Francos, & à Francis in Germanos facta, de qua tot extant Hiſtoricorum, & Imperatorum aſſertiones, apud C.Bellar. in lib.d.tranſlat. Imper. vt nullo pacto tergiuerſari poſſit.

Vnus autem ex Legatis à Pontifice, cum hiſce litteris miſſis fuit Rolandus Cãcellarius poſtea, Alexander III. vt idem Radeuicus eſt teſtis, quãobrem, & quod, vt inquit Krantius Saſſ. lib.6. cap.18. multos in Frãcia Imperatori feciſſet infenſos, auerſũ ſibi animũ fecerat Friderici.

Digitized by Google

Mortuo Adriano, maior Cardinaliū pars Alexandrum crearunt Pontificem, quatuor tantum diſcrepantibus, qui Octauianum Antipapam Victoris nomine renunciarunt, Friderico autem Cremam obſidenti, huius Schiſmatis nuncium eſt allatum, de quo Krantius hæc ſcripſit Saſſ. lib. 6. cap. 18. *Quæ res viſa eſt Imperio, olim detruncato, repromittere in integrum reſtitutionem, qua de re non inuitus audiuit eam de Pontificatu controuerſiam.*

Cogitans igitur, vt ex actis Alex. refert C. Baron. tom. 12. anno. 1159. Imperatorē libertatis priuilegium, ab ipſo Domino, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ conceſſum poſſe irritare & iuxta voluntatis ſuæ arbitrium, Papam in ſede Apoſtolicam intrudere, *Iam propenſior*, inquit Krantius, *in Octauianum pridem ipſi notū cum eſſet in Vrbe coronandus, forte & tum verba de ſummo Pontificatu ferentes exiſtimabantur* &c. Conuentum Papiæ habendum indixit, atque eadem pergunt acta, *Duos ex fautoribus ſuis Verdenſem & Pragenſem Epiſcopos, ad fratres qui cum Domino Alexandro venerant in Ciuitatem Annagniam deſtinauit, ſcribens non ſicut Aduocatus & defenſor Eccleſiæ, ſed ſicut ſuperior Iudex, & Dominus ſuper eos poteſtatem habens* &c. *qui quidem ex parte generalis Eccleſiæ Pontifici Alexandro, & Cardinalibus præceperunt, vt in octaua Epiphaniæ conuenirent, ad eius præſentiam, audituri, & recepturi quid in ea Curia dictaretur.* &c.

Quibus Alexander, magnanima libertate reſpondit, quod ipſum ad Curiam, vel ad ſententiam Imperatoris accedere, canonica traditio, ac Reuerenda Patrum authoritas non permittebat, Romanumque Pontificem à nemine Iudicandum eſſe; eo conceſſit Victor, ibique,

Krantius loco citat.

Digitized by Google

inquit, Neubrigenſis, *In gratiam Imperatoris, qui cum ſuis Ducibus terribilis aderat; legitimus Pontifex illegitime declaratus, & à Friderico eſt confirmatus, quamobrem Alexander Fridericum excommunicauit.*

Ad hunc verò Conuentum, vt literæ Friderici ad Brixienſem Epiſcopum, apud Radeuicum vbi ſupra, demonſtrat, vocati fuerant Epiſcopi omnes, & viri religioſi quinque Regnorum, nec tamen illicite vocationi paruiſſe vltra quinquaginta, idem Radeuicus cap. 65. affirmat, neque omnes ſubſcripſiſſe patet apud eundem cap. 67.

N. Ex huius igitur Conciliabuli actis atque ipſius Friderici verbis primum hauſit argumentum, quo vt Concilij conuocandi Poteſtatem, & ius confirmandi Romanum Pontificem Imperatoribus vindicaret, adducit ex Radeuico lib. 2. d. geſtis Friderici cap. 56. Epiſtolam ad Epiſcopos tranſmontanos, & Spigellium ad eum §. 3. Guntherium lib. 3. Ligurini.

CVius quidem Epiſtolæ poſt narrationem ſchiſmatis, quo tunc Eccleſia cõflictabatur, hęc ſunt verba, *Ne itaque in tantæ diſcrimine diſcordiæ, vniuerſalis Eccleſia periclitari poſſit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam pernicioſi morbi, diuina Clementia prouidit, vniuerſorum ſaluti debet ſollicite prouidere*, &c. *Coadunatis itaque in vnum omnibus Epiſcopis*, &c. *Quod facto opus eſſet inueſtigauimus ex decretis Romanorum Pontificum, & ſtatutis Eccleſiæ veraciter accipientes, quod ex orto ſchiſmate in Romana Eccleſia, ex duorum Apoſtolicorum diſſenſione, ambos vocare, & ſecundum ſententiam, & Concilium Orthodoxorum litem decidere deberemus*, &c. Pergit poſtea quod Curia indicta Alexan-

Digitized by Google

drum, & Octauianum ad eam vocarit.

Vtrum autem reſponſum eorum, qui aſſentabantur Imperatori, vel potius è re fuiſſet adducere acta Synodorũ Sinueſſanæ, Romanæ ſub Siluestro, ſub Simacho, ſub Sixto. III. & ſub Adriano. II. aut Chalcedonenſis contra Dioſcorum, in quibus primæ Sedis Præſulem neque ab Auguſto, neque à Regibus, neque ab omni Clero, neque a Populo iudicari poſſe explicatum fuit, ſeu Mileuetanæ in qua etiam Clerici, qui Iudicium Imperatoris ſpõte ſubierunt, grauiſſime plectuntur, aut ſummorum, eorumdemq; ſanctitate celeberrimorum Pontificum decretales Epiſtolas, Patrumq; de hoc aſſertiones exẽpla Magni Conſtãtini, aut Baſilij, qui non Papæ, ſed Epiſcoporũ cauſas cognoſcere aperte recuſarunt, ipſe Fridericus dicat apud Radeuicum eod. lib. 2. cap. 64. ibi, *Conuocatis Papiam Epiſcopis poſtquam dixit ipſorum prudentiæ committere authoritatem diffiniendi maximi illius & ſummi negocij, ſcilicet iudicãdi quis ex duobus fuerit canonicè electus Pontifex, hæc loquitur Deus enim conſtituit vos ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & quia in his quæ ad Deum ſunt non eſt noſtrum de vobis iudicare*, &c. vides quam ob cauſam Iudex ipſe eſſe noluerit, quod ſcilicet nullam haberet poteſtatem.

Apud C. Bellar. d. Rom. lib 2. c. 26 & 27. ibique Gretſ. in defenſ.

Ghunterius autem nil prorſus de eo ad quod adducitur, item Spigellius imo contrarium ſcripſere, Alexandrum ſcilicet ſedato ſchiſmate pacem Eccleſiæ attuliſſe, Octauianum verò intruſum, & falſò Victorem appellatum dicit.

Falſo & contra propriam ſententiã.

At Spigellius, quam integer teſtis ſit, ipſemet fateatur, ad d. Ligurini 10. lib. vbi Alexandrum electum dicit, in Cæſaris

Schiſ. teſtis perperam adductus.

Cæſaris Friderici, & Teutonicæ nationis ignominiam, eundemque Alexandrum Sacerdotem appellat Arrogantiſſimum, qui non pro nomine Chriſti, ſed pietatis prætextu, vt ſuam conſtitueret dominationem, tanta protulit: tandem, quod licet in Alexandrum ſuffragia plurium inclinaſſent, ea tamen non poterant non eſſe ſuſpecta, quia conuenerant coniurati in Fridericum, eam ob cauſam, quod egregius Princeps Imperatoris, & nomen, & dignitatem in Italia tueretur, Octauianum vero ritè electum, licet à paucioribus; nam bonorum ſemper minor eſt numerus, ipſumque Antipapam, humilem, manſuetum, religioſumque & per omnia probatum aſſerit, quod ſi affectus, omnem teſtibus fidem abrogat, quam huic adhibemus, qui Friderici contra Pontificem Patronum ſe prodit.

N. Poſtmodum verba, quæ in ea Curia Fridericus ad Epiſcopos habuit, mutilata refert, ſcilicet hæc tantum, *Quamuis nouerim officio, & dignitate Imperij penes nos eſſe poteſtatem, congregandorumque Conciliorum præſertim in tantis Eccleſiæ periculis* &c. reticet autem ſequentia ſuperius, ex eod. cap. 64. mox à nobis recenſita, quibus nullam prorſus in rebus Eccleſiaſticis habere poteſtatem idem Fridericus fatetur, quodque propterea Concilio ſe ſubtraxerit.

ET hoc quoq; quod Friderico hic vindicat, falſũ eſſe probat Athanaſ. epiſt. ad ſolitar. eſſo, πότε ἐκ τοῦ αἰῶνος ἠκούσθη τοιαῦτα; πότε κρίσις ἐκκλησίας παρὰ τοῦ βασιλέως ἔσχε τὸ κῦρος, ἢ ὅλως ἐγνώσθη τοῦτο τὸ κρῖμα; πολλαὶ σύνοδοι πρὸ τούτου γεγόνασι, πολλὰ κρίματα τῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ἀλλ᾽ οὐ βασιλέως τὰ τῆς ἐκκλησίας περιειργάσατο.

Quando à condito æuo auditum eſt, quando iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt, plurimæ ante hãc Synodi fuere, multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt, ſed Princeps in rebus Eccleſiaſticis curioſum non ſe præbuit, Euſebius Antiochiæ Synodum habendam curauit *quæ* inquit Socrates lib. 2. cap. 8. *Nihili facta eſt ſub Conſtantio Arianorum Patrono, quia neque Iulius maximæ Romæ Epiſcopus aderat, nec quenquam qui ſuas vices ageret miſerat, cum tamen canon Eccleſiaſticus vetaret ne præter ſententiam Romani Epiſcopi Eccleſiæ canones, & decreta facerent*; Quamobrem Theodorico Concilium aduocaſſe dicenti, Patres in 4. Synodo Romana ſub Symacho, aperta fronte reſponderunt, à Papa, non à Rege indici Concilium oportere, quamuis ipſe Papa accuſaretur in eo, vnde Rex aſſenſu & voluntate Pontificis, id egiſſe inquit.

N. Deinde ex geſtis in duobus Conciliabulis à Friderico, indictis quædam excerpſit, & primo adducit Krantium lib. 6. Saxoniæ de altera Schiſmaticorum Conuenticula Bixontij habita, Friderico, atq; Octauiano Antipapa, ibi præſidẽtibus hæc dicentem adducit ea, *Sequutus eſt Imperator exempla maiorum, quod Henricus III. in non diſſimili cauſa à Roman imploratus, conſuluerit Eccleſiæ cum Leo IX. eligeretur, & ante illum Oth. 1.* addit Spigellium in comment. ad lib. 10. Gunterij in Ligur.

Mutilat. ſequentia

VErum de hoc Conciliabulo eundem Krantium audiamus, qui poſtquam dixerat Ciſtercienſes Regno à Friderico eiectos, Italicos Prælatos proprijs ſedibus pulſos, quod ipſos nulla ratione adigere potuerit, vt Victori adhærerent, hæc addit, *Sategit Imperator, vt*

Digitized by Google

Victorem ſuum ſubſtineret, & Alexandrum Pontificatu detruderet, quapropter Bizantij &c. Hiſpaniæ, Franciæ, Britaniæ, omnibus maioribus euocatis Principibus; ſolemnem indixit Conuentum, contempſere euocationem illam Reges Hiſpaniarum, atque Angliæ, Franciæ vero Rex, quod quidem ſuorũ dolo circumuentus iuraſſet Regẽ venturum, venit quidem nocte, & in flumine Vrbis mœnia contingente manus lauit, retro abijt, execratus Conciliabulum, quod non Spiritus ſanctus indixit, quippe de ſumma Eccleſiæ poteſtate conſtituere non ſecularium eſt Principum, ſed ſacrorum Pontificum. Valdemarus autem, Daniæ Rex multis pollicitationibus pellectus, venit quidem, ſed ſacrilegio non conſenſit &c. quę omnia homuncio, de more mutilaſti, & conſona hæc ſunt cum his, quæ hac de re; ex actis ipſius Alexandri, atque ex Ruperto de Monte in Appendice ad Sigiſbertum, & Saxone Grãmatico refert C. Baron. tom. 9. anno 1162.

Neque illa exempla maiorum, ſcilicet Othonis I. & Henrici III. Fridericum excuſant; ſiquidem non bene ex factis arguitur, niſi quod iure geſta ſint dignoſcatur, paria namque ſunt iniuſte, & nulliter fieri; Pontifices quam plurimos Ethnici Imperatores occiderunt, Schiſmatici verò deportarunt, & Carceri manciparunt, num ex his, quæ ipſi Tyrãnicè fecerũt, cæteri Imperatores ius aliquod ſibi vindicare iuſte poterunt; quis hoc dixerit? prætereà non eadem iſtorum, ac Friderici eſt ratio, verum geſta ipſius, longe quidem ab hiſce diſtant.

Otho quidem Cleri, populique precibus deuictus, atque zelo pietatis ductus, *Poſtriduum*, inquit Luitprandus lib. 6. cap. 6. *Rogantibus tam Romanis Epiſcopis, quam Plebe, magnus in S. Petri Eccleſia fit conuentus, ſederunt-*

que cum Imperatore Archiepiſcopi, &c. Synodo igitur ipſe non præſedit, ſed cum alijs interfuit, neque Ioannem iudicauit, imo Accuſatoris partes ſuſcepit, *Expectauimus*, ait, *aduentum eius, vt præſente eo, quod nobis egerit quereremur, verum quoniam eum non affuturum certo ſcimus, qua fide nobiſcum egerit, vt diligenter agnoſcatis, etiam atq; etiam flagitamus* &c. Et pergit, *Ioannem accuſare*, Ad hæc reſpondit Synodus, *inauditum vulnus, inaudito eſt cauterio exurendum* &c.

Neque etiam eum deponere, aut Leonem in Cathedram Petri Ioannis loco ſufficere auſus eſt, ſed aliorum tamtummodo rogauit ſententias, & in eam, quam ſimul Concilium protulit, ipſe quoque iuit; cum enim Accuſatores alij plura in ipſum Ioannem dixiſſent, ait Imperator, *Quid ſuper hoc Sancta Synodus decernat edicat*, Reſponderunt omnes, *Monſtrum illud nulla virtute redemptum à vitijs, à Sancta Romana Eccleſia pelli, aliumque loco eius conſtitui*, &c. Tunc Imperator, *Placet*, inquit, *His dictis omnes vna voce dixerunt Leonem*, &c. Hæc Luitprandus.

Vides igitur, vt res longe aliter ſe habeat, quam nobis obtrudere vellet calumnioſus inuector.

Carolus Magnus à Clero & Populo Romam accerſitus, Eccleſię conſulturus aduerſus Pontificem Leonem, quem eius aduerſarij falſo criminabantur, cum omnium Epiſcoporum; qui ad Concilium conuenerant, ſententias rogaret, vbi ab omnibus vna voce reſponſum accepit, Sedem Apoſtolicam, omnium Eccleſiarum caput à nemine; Laico præſertim, iudicari debere, tam grauem omiſit quæſtionem, Plat. in Leo. hinc exem-

Digitized by Google

plum petere Othonem ſatius erat.

Henricus verò non quidē propria auctoritate è ſolio deturbauit Gregorium VI. Pontificem ſane moribus & doctrina præclarū, ſi Othoni Friſingenſi lib 6. Chron. cap. 32. Glabro lib. 5. cap. 5. & P. Damiani epiſt. ad eundem Gregor. eſt credendū, ſed primo occurrentem ſibi honorificè ſuſcepit, quod Herm. Contractus in Chron. ann. 1240. pariter aſſeruit; poſtmodum autem collecto Epiſcoporum Conuentu, cui non ipſe præſedit, neque Pontificem ad cauſam dicendam euocauit, vel eū iudicare, aut Sede Apoſtolica mouere præſumpſit, ſed Leo Hoſtienſ. qui eodem tempore vixit li. 2. Chrōn. Caſſin. refert, quod Pontificem rogauit vt Synodo præeſſet, imo neque ipſa Synodus ſententiam depoſitionis in ipſum eſt auſa proferre, verum Henricus, pergit Otho, *Pontificatum eiurare Gregorio perſuaſit*, quamobrem ipſe tempori inſeruiens Pontificiam dignitatem ſponte abdicauit, ne nouum, & pernicioſius, ſi Imperatori obſtitiſſet, in Eccleſia ſchiſma excitaretur.

Imo neque ipſe Henricus Syndigerum Bambergenſem Epiſcopum creauit Pontificem, ſed eadem Synodus Romam tranſlata Clementem II. eumdem renunciauit, teſtes ſunt ampliſſimi Hiſtorici omnes hic recenſiti.

At hoc quoque quam iniuſte ſit actum, audi obſecro C. Baron. oraculum tom. 11. anno. 1046. inquiens, *Henrici deteſtanda præſumptio malo filio, peſſimoque Nepoti reliquit exemplum, quod poſtea in Hæreſin tranſiuit Henricianam, cōmunem cum politicis noſtri temporis, qui Regibus, & Imperatoribus non ſolum temporalia, ſed ſpiritualia quoque,*

ipſamque ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ſubijcere vellent, Iure igitur Krantius lib. 4. Saxon. cap. 42. legationem quam Romani, poſt mortem Clementis, ad Henricum miſerunt, his verbis deteſtatur, *Romani priuſquam de noui Pontificis creatione quicquam intentaretur, Henricum Imperatorem, in Saxonia agentem adierunt, Pontificem*, Audi, *malo exemplo, ab ipſo petituri*, & inferius *Brunonem Fullenſem quod per inueſtituram Henrici, ad Epiſcopatum promoueri paſſus eſſet, ſe ipſum apud Cardinales Clerum, populumque, depoſitis Pontificijs ornamentis, humillimè accuſantem refert, vt tam Henrici, qui iuſſerat, quam ſe, qui minus cautè præbuerat aſſenſum à perpetrato errore purgaret.*

N. Ex altero verò Conuentus Friderici mandato Vuitraburgi habito vt Vidonem Antipapá, Lucæ electum, à Schiſmaticis illis, qui partes ſequebantur Octauiani, vitam ibidem miſerrimè functi, & canonicè electum, pronunciari curaret, quo facilius legitimo Pontifici Alexandro opponeret, refertque ex Auentino, hæreticæ prauitatis labe infecto, quod apertè eius ſcripta teſtantur, hæreſibus vndique ſcatentia, Impiam, atque Tyrannicam ſanctionem, in Satanica illa conuenticula promulgatam, qua ſtatuerunt *Nullum poſt hac Pontificem maximum fore, niſi qui conſenſu Imperatoris crearetur, atque Nuncius dumtaxat Chriſti ſucceſſorque Petri vocaretur, non etiam Cæſarea potentia pertinax eſſe velit, & à ſingulis exactum iuramentum, haud alium aut recepturos, aut paſſuros Pontificem, etiam mortuo Imperatore.*

Schiſmaticus teſtis & in hoc mēdax.

SIſte hic paululum, vt hominis, haud ſui compotis, impietatem exhorreſcas, fatuitatem irrideas, qui Curiæ, ſic eam Radeuicus appellat, Schiſmaticorum, in

Digitized by Google

Chriſti Vicarium indictæ à Schiſmatico Imperatore rabie furenti, vt Schiſmaticum in Throno Petri intruderet, decretum adducit, contra ius diuinum, & humanum, nulliter & de facto ſtatutum, cuius hiſtoriam apud C. Baron. tom. 12. anno. 1166. totam explicatam, eiuſque nullitates reperies, & nihilominus, vaniloquens iſte, Nicænum Canonem ſibi citaſſe videtur, tam late proicit ampullas, & cur, vt pluribus muniretur, hoc idē ſancitum eſſe non aſſeruit, in execrabilibus pſeudo Synodis, Londinenſi, & Smalchadicenſi? & quæ vnquam lex ſtatuit vt in cauſa propria quis poſſit teſtis, & Iudex fieri, profecto Radeuicus, Guntherius, & Spigellius non ex propria ſententia, ſed ore Friderici loquuntur, eiuſque geſta, & verba referunt: nullius igitur roboris ſunt.

Atque curijs hiſce non cuncta fere œcumenica Concilia, quæ poſſem adducere, verum plures obijciam Synodos Prouinciales hanc eandem ob cauſam, alteram in Anglia, alteram in Gallia habitas; in quibus Octauianus tanquam inuaſor damnatus, Alexander verò legitimus Pontifex agnitus fuit, atque ad hanc Gallicanam Alexander tres, Octauianus verò duos miſere legatos, Robert. in Appendice ad Sigibert. & Neubrigenſis apud C. Baron. tom. 12. anno. 1161. Aliud Concilium addam ex ſeptem Cardinalibus, & Epiſcopis Centum vigintiquatuor, Turoni celebratum, Alexandro Pontifice pręſidente, vbi geſta à Friderico Improbata Octauianus & complices diris iterum deuouuntur. Tandem Lateranenſe ab eodem Alexandro coactum anno 1168. in quo denuo Fridericus noua configitur Anathematis

Digitized by Google

ſaniunt Matrem, cui nihil prorſus debere, ipſumque Imperium proprio iure vindicaſſe contendunt, imo proh dolor, quidam ex eis aſſerere non verentur, quod nunquam à quoquam fœdius, & diutius vexatum, oppreſſumque fuerit Imperium, & vetuſtiſſimam gentem Germanorum, quam à Romano Pontifice, quia ſcilicet, Occidentale, ab Orientali ſeiunxit Imperium, ne ad Turcas transferretur, eoque Germaniam decorauit, vt quemadmodum Italia ſacroſancta Summi Sacerdotij Cathedra, ſuper omnes elata eſt Orbis Prouincias, ipſa quoque Imperiali Throno, cæteras antecelleret, ne alia commorem beneficia, ab eadem Romana Eccleſia in Germanos collata.

Illyric. in epiſt. dedicat. d. tranſl. Imper.

Oculos quæſo ad Græcos conuertant, qui dum eadem peruicacia, Eccleſiæ Dei ſummum Præſulem, eorum Imperio ſubicere moliuntur, ipſi à Barbaris miſerrime ſubacti, diriſſimæ tyrannidis iugum ferunt, quod ſi Imperium hactenus apud ipſos permanet, dicant quęſo an, diſſidijs Hæreticorum Maieſtatem ipſius, & poteſtatem, maxima ex parte iam imminutam animaduerterint.

Dd erat

drum, & Octauianum ad eam vocarit.

Vtrum autem reſponſum eorum, qui aſſentabantur Imperatori, vel potius è re fuiſſet adducere acta Synodorũ Sinueſſanæ, Romanæ ſub Siluestro, ſub Simacho, ſub Sixto. III. & ſub Adriano. II. aut Chalcedonenſis contra Dioſcorum, in quibus primæ Sedis Præſulem neque ab Auguſto, neque à Regibus, neque ab omni Clero, neque a Populo iudicari poſſe explicatum fuit, ſeu Mileuetanæ in qua etiam Clerici, qui Iudicium Imperatoris ſpōte ſubierunt, grauiſſime plectuntur, aut ſummorum, eorumdemq; ſanctitate celeberrimorum Pontificum decretales Epiſtolas, Patrumq; de hoc aſſertiones exēpla Magni Conſtātini, aut Baſilij, qui non Papæ, ſed Epiſcoporũ cauſas cognoſcere aperte recuſarunt, ipſe Fridericus dicat apud Radeuicum eod. lib. 2. cap. 64. ibi, *Conuocatis Papiam Epiſcopis poſtquam dixit ipſorum prudentiæ committere authoritatem diffiniendi maximi illius & ſummi negocij, ſcilicet iudicādi quis ex duobus fuerit canonicè electus Pontifex, hæc loquitur Deus enim conſtituit vos ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & quia in his quæ ad Deum ſunt non eſt noſtrum de vobis iudicare*, &c. vides quam ob cauſam Iudex ipſe eſſe noluerit, quod ſcilicet nullam haberet poteſtatem.

Apud C. Bellar. d. Rom. lib 2. c. 26 & 27. ibique Gretſ. in defenſ.

Ghunterius autem nil prorſus de eo ad quod adducitur, item Spigellius imo contrarium ſcripſere, Alexandrum ſcilicet ſedato ſchiſmate pacem Eccleſiæ attuliſſe, Octauianum verò intruſum, & falſò Victorem appellatum dicit.

Falſo & contra propriam ſententiā.

At Spigellius, quam integer teſtis ſit, ipſemet fateatur, ad d. Ligurini 10. lib. vbi Alexandrum electum dicit, in Cæſaris

Schiſ. teſtis perperam adductus.

Cæſaris Friderici, & Teutonicæ nationis ignominiam, eundemque Alexandrum Sacerdotem appellat Arrogantiſſimum, qui non pro nomine Chriſti, ſed pietatis prætextu, vt ſuam conſtitueret dominationem, tanta protulit: tandem, quod licet in Alexandrum ſuffragia plurium inclinaſſent, ea tamen non poterant non eſſe ſuſpecta, quia conuenerant coniurati in Fridericum, eam ob cauſam, quod egregius Princeps Imperatoris, & nomen, & dignitatem in Italia tueretur, Octauianum vero ritè electum, licet à paucioribus, nam bonorum ſemper minor eſt numerus, ipſumque Antipapam, humilem, manſuetum, religioſumque & per omnia probatum aſſerit, quod ſi affectus, omnem teſtibus fidem abrogat, quam huic adhibemus, qui Friderici contra Pontificem Patronum ſe prodit.

N. Poſtmodum verba, quæ in ea Curia Fridericus ad Epiſcopos habuit, mutilata refert, ſcilicet hæc tantum, *Quamuis nouerim officio, & dignitate Imperij penes nos eſſe poteſtatem, congregandorumque Conciliorum præſertim in tantis Eccleſiæ periculis* &c. reticet autem ſequentia ſuperius, ex eod. cap. 64. mox à nobis recenſita, quibus nullam prorſus in rebus Eccleſiaſticis habere poteſtatem idem Fridericus fatetur, quodque propterea Concilio ſe ſubtraxerit.

ET hoc quoq; quod Friderico hic vindicat, falſũ eſſe probat Athanaſ. epiſt. ad ſolitar. eſſo. πότε ἐκ τοῦ αἰῶνος ἠκούσθη τοιαῦτα; πότε κρίσις ἐκκλησίας παρὰ τοῦ βασιλέως ἔσχε τὸ κῦρος, ἢ ὅλως ἐγνώσθη τοῦτο τὸ κρίμα; πολλαὶ σύνοδοι πρὸ τούτου γεγόνασι, πολλὰ κρίματα τῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ἀλλ' οὐ βασιλέως τὰ τῆς ἐκκλησίας περιεργάσατο.

Digitized by Google

Quando à condito æuo auditum eſt, quando iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt, plurimæ ante hãc Synodi fuere, multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt, ſed Princeps in rebus Eccleſiaſticis curioſum non ſe præbuit, Euſebius Antiochiæ Synodum habendam curauit *quæ* inquit Socrates lib. 2. cap. 8. *Nihili facta eſt ſub Conſtantio Arianorum Patrono, quia neque Iulius maximæ Romæ Epiſcopus aderat, nec quenquam qui ſuas vices ageret miſerat, cum tamen canon Eccleſiaſticus vetaret ne præter ſententiam Romani Epiſcopi Eccleſiæ canones, & decreta facerent.* Quamobrem Theodorico Concilium aduocaſſe dicenti, Patres in 4. Synodo Romana ſub Symacho, aperta fronte reſponderunt, à Papa, non à Rege indici Concilium oportere, quamuis ipſe Papa accuſaretur in eo, vnde Rex aſſenſu & voluntate Pontificis, id egiſſe inquit.

N. Deinde ex geſtis in duobus Conciliabulis à Friderico, indictis quædam excerpſit, & primo adducit Krantium lib. 6. Saxoniæ de altera Schiſmaticorum Conuenticula Bixontij habita, Friderico, atq; Octauiano Antipapa, ibi præſidẽtibus hæc dicentem adducit ea, *Sequutus eſt Imperator exempla maiorum, quod Henricus III. in non diſſimili cauſa à Roman imploratus, conſuluerit Eccleſiæ cum Leo IX. eligeretur, & ante illum Oth. 1.* addit Spigellium in comment. ad lib. 10. Gunterij in Ligur.

Mutilat. ſequentia

VErum de hoc Conciliabulo eundem Krantium audiamus, qui poſtquam dixerat Ciſtercienſes Regno à Friderico eiectos, Italicos Prælatos proprijs ſedibus pulſos, quod ipſos nulla ratione adigere potuerit, vt Victori adhærerent, hæc addit, *Sategit Imperator, vt*

Digitized by Google

Victorem ſuum ſubſtineret, & Alexandrum Pontificatu detruderet, quapropter Bizantij &c. *Hiſpania, Francia, Britania, omnibus maioribus euocatis Principibus, ſolemnem indixit Conuentum, contempſere euocationem illam Reges Hiſpaniarum, atque Angliæ, Franciæ vero Rex, quod quidem ſuorũ dolo circumuentus iuraſſet Regẽ venturum, venit quidem nocte, & in flumine Vrbis mœnia contingente manus lauit, retro abijt, execratus Conciliabulum, quod non Spiritus ſanctus indixit, quippe de ſumma Eccleſiæ poteſtate conſtituere non ſecularium eſt Principum, ſed ſacrorum Pontificum. Valdemarus autem, Daniæ Rex multis pollicitationibus pellectus, venit quidem, ſed ſacrilegio non conſenſit* &c. quę omnia homuncio, de more mutilaſti, & conſona hæc ſunt cum his, quæ hac de re, ex actis ipſius Alexandri, atque ex Ruperto de Monte in Appendice ad Sigiſbertum, & Saxone Grãmatico refert C. Baron. tom. 9. anno 1162.

Neque illa exempla maiorum, ſcilicet Othonis I. & Henrici III. Fridericum excuſant; ſiquidem non bene ex factis arguitur, niſi quod iure geſta ſint dignoſcatur, paria namque ſunt iniuſte, & nulliter fieri; Pontifices quamplurimos Ethnici Imperatores occiderunt, Schiſmatici verò deportarunt, & Carceri mancipairunt, num ex his, quæ ipſi Tyrãnicè fecerũt, cæteri Imperatores ius aliquod ſibi vindicare iuſte poterunt; quis hoc dixerit? præterea non eadem iſtorum, ac Friderici eſt ratio, verum geſta ipſius, longe quidem ab hiſce diſtant.

Otho quidem Cleri, populique precibus deuictus, atque zelo pietatis ductus, *Poſtriduum*, inquit Luitprandus lib. 6. cap. 6. *Rogantibus tam Romanis Epiſcopis, quam Plebe, magnus in S. Petri Eccleſia fit conuentus, ſederunt-*

Digitized by Google

que cum Imperatore Archiepiſcopi, &c. Synodo igitur ipſe non præſedit, ſed cum alijs interfuit, neque Ioannem iudicauit, imo Accuſatoris partes ſuſcepit, *Expectauimus*, ait, *aduentum eius, vt præſente eo, quod nobis egerit quereremur, verum quoniam eum non affuturum certo ſcimus, qua fide nobiſcum egerit, vt diligenter agnoſcatis, etiam atq; etiam flagitamus* &c. Et pergit, *Ioannem accuſare*, Ad hæc reſpondit Synodus, *inauditum vulnus, inaudito eſt cauterio exurendum* &c.

Neque etiam eum deponere, aut Leonem in Cathedram Petri Ioannis loco ſufficere auſus eſt, ſed aliorum tamtummodo rogauit ſententias, & in eam, quam ſimul Concilium protulit, ipſe quoque iuit, cum enim Accuſatores alij plura in ipſum Ioannem dixiſſent, ait Imperator, *Quid ſuper hoc Sancta Synodus decernat edicat*, Reſponderunt omnes, *Monſtrum illud nulla virtute redemptum à vitijs, à Sancta Romana Eccleſia pelli, aliumque loco eius conſtitui*, &c. Tunc Imperator, *Placet*, inquit, *His dictis omnes vna voce dixerunt Leonem*, &c. Hæc Luitprandus.

Vides igitur, vt res longe aliter ſe habeat, quam nobis obtrudere vellet calumnioſus inuector.

Carolus Magnus à Clero & Populo Romam accerſitus, Eccleſię conſulturus aduerſus Pontificem Leonem, quem eius aduerſarij falſo criminabantur, cum omnium Epiſcoporum, qui ad Concilium conuenerant, ſententias rogaret, vbi ab omnibus vna voce reſponſum accepit, Sedem Apoſtolicam, omnium Eccleſiarum caput à nemine, Laico præſertim, iudicari debere, tam grauem omiſit quæſtionem, Plat. in Leo. hinc exem-

Digitized by Google

plum petere Othonem ſatius erat.

Henricus verò non quidẽ propria auctoritate è ſolio deturbauit Gregorium VI. Pontificem ſane moribus & doctrina præclarũ, ſi Othoni Friſingenſi lib 6. Chron. cap. 32. Glabro lib. 5. cap. 5. & P. Damiani epiſt. ad eundem Gregor. eſt credendũ, ſed primo occurrentem ſibi honorificè ſuſcepit, quod Herm. Contractus in Chron. ann. 1240. pariter aſſeruit; poſtmodum autem collecto Epiſcoporum Conuentu, cui non ipſe præſedit, neque Pontificem ad cauſam dicendam euocauit, vel eũ iudicare, aut Sede Apoſtolica mouere præſumpſit, ſed Leo Hoſtienſ. qui eodem tempore vixit li. 2. Chron. Caſſin. refert, quod Pontificem rogauit vt Synodo præeſſet, imo neque ipſa Synodus ſententiam depoſitionis in ipſum eſt auſa proferre, verum Henricus, pergit Otho, *Pontificatum eiurare Gregorio perſuaſit*, quamobrem ipſe tempori inſeruiens Pontificiam dignitatem ſponte abdicauit, ne nouum, & pernicioſius, ſi Imperatori obſtitiſſet, in Eccleſia ſchiſma excitaretur.

Imo neque ipſe Henricus Syndigerum Bambergenſem Epiſcopum creauit Pontificem, ſed eadem Synodus Romam tranſlata Clementem II. eumdem renunciauit, teſtes ſunt ampliſſimi Hiſtorici omnes hic recenſiti.

At hoc quoque quam iniuſte ſit actum, audi obſecro C. Baron. oraculum tom. 11. anno. 1046. inquiens, *Henrici deteſtanda præſumptio malo filio, peſſimoque Nepoti reliquit exemplum, quod poſtea in Hæreſin tranſiuit Henricianam, cõmunem cum politicis noſtri temporis, qui Regibus, & Imperatoribus non ſolum temporalia, ſed ſpiritualia quoque,*

Digitized by Google

ipſamque ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ſubijcere vellent, Iure igitur Krantius lib. 4. Saxon. cap. 42. legationem quam Romani, poſt mortem Clementis, ad Henricum miſerunt, his verbis deteſtatur, *Romani priuſquam de noui Pontificis creatione quicquam intentaretur, Henricum Imperatorem, in Saxonia agentem adierunt, Pontificem*, Audi, *malo exemplo, ab ipſo petituri*, & inferius *Brunonem Fullenſem quod per inueſtituram Henrici, ad Epiſcopatum promoueri paſſus eſſet, ſe ipſum apud Cardinales Clerum, populumque, depoſitis Pontificijs ornamentis, humillimè accuſantem refert, vt tam Henrici, qui iuſſerat, quam ſe, qui minus caute præbuerat aſſenſum à perpetrato errore purgaret.*

N. Ex altero verò Conuentus Friderici mandato Vuitraburgi habito vt Vidonem Antipapã, Lucæ electum, à Schiſmaticis illis, qui partes ſequebantur Octauiani, vitam ibidem miſerrimè functi, & canonicè electum, pronunciari curaret, quo facilius legitimo Pontifici Alexandro opponeret, refertque ex Auentino, hæreticæ prauitatis labe infecto, quod apertè eius ſcripta teſtantur, hæreſibus vndique ſcatentia, Impiam, atque Tyrannicam ſanctionem, in Satanica illa conuenticula promulgatam, qua ſtatuerunt *Nullum poſt hac Pontificem maximum fore, niſi qui conſenſu Imperatoris crearetur, atque Nuncius dumtaxat Chriſti ſucceſſorque Petri vocaretur, non etiam Cæſareæ potentiæ pertinax eſſe velit, & à ſingulis exactum iuramentum, haud alium aut recepturos, aut paſſuros Pontificem, etiam mortuo Imperatore.*

Schiſmaticus teſtis & in hoc mẽdax.

SIſte hic paululum, vt hominis, haud ſui compotis, impietatem exhorreſcas, fatuitatem irrideas, qui Curiæ, ſic eam Radeuicus appellat, Schiſmaticorum, in

Chriſti Vicarium indictæ à Schiſmatico Imperatore rabie furenti, vt Schiſmaticum in Throno Petri intruderet, decretum adducit, contra ius diuinum, & humanum, nulliter & de facto ſtatutum, cuius hiſtoriam apud C. Baron. tom. 12. anno. 1166. totam explicatam, eiuſque nullitates reperies, & nihilominus, vaniloquens iſte, Nicænum Canonem ſibi citaſſe videtur, tam late proicit ampullas, & cur, vt pluribus muniretur, hoc idē ſancitum eſſe non aſſeruit, in execrabilibus pſeudo Synodis, Londinenſi, & Smalchadicenſi? & quæ vnquam lex ſtatuit vt in cauſa propria quis poſſit teſtis, & Iudex fieri, profecto Radeuicus, Guntherius, & Spigellius non ex propria ſententia, ſed ore Friderici loquuntur, eiuſque geſta, & verba referunt: nullius igitur roboris ſunt.

Atque curijs hiſce non cuncta fere œcumenica Concilia, quæ poſſem adducere, verum plures obijciam Synodos Prouinciales hanc eandem ob cauſam, alteram in Anglia, alteram in Gallia habitas; in quibus Octauianus tanquam inuaſor damnatus, Alexander verò legitimus Pontifex agnitus fuit, atque ad hanc Gallicanam Alexander tres, Octauianus verò duos miſere legatos, Robert. in Appendice ad Sigibert. & Neubrigenſis apud C. Baron. tom. 12. anno. 1161. Aliud Concilium addam ex ſeptem Cardinalibus, & Epiſcopis Centum vigintiquatuor, Turoni celebratum, Alexandro Pontifice pręſidente, vbi geſta à Friderico Improbata Octauianus & complices diris iterum deuouuntur. Tandem Lateranenſe ab eodem Alexandro coactum anno 1168. in quo denuo Fridericus noua configitur Anathematis

ſaniunt Matrem, cui nihil prorſus debere, ipſumque Imperium proprio iure vindicaſſe contendunt, imo proh dolor, quidam ex eis aſſerere non verentur, quod nunquam à quoquam fædius, & diutius vexatum, oppreſſumque fuerit Imperium, & vetuſtiſſimam gentem Germanorum, quam à Romano Pontifice, quia ſcilicet, Occidentale, ab Orientali ſeiunxit Imperium, ne ad Turcas transferretur, eoque Germaniam decorauit, vt quemadmodum Italia ſacroſancta Summi Sacerdotij Cathedra, ſuper omnes elata eſt Orbis Prouincias, ipſa quoque Imperiali Throno, cæteras antecelleret, ne alia commorem beneficia, ab eadem Romana Eccleſia in Germanos collata. Illyric. in epiſt. dedicat. d. tranſl. Imper.

Oculos quæſo ad Græcos conuertant, qui dum eadem peruicacia, Eccleſiæ Dei ſummum Præſulem, eorum Imperio ſubicere moliuntur, ipſi à Barbaris miſerrime ſubacti, diriſſimæ tyrannidis iugum ferunt, quod ſi Imperium hactenus apud ipſos permanet, dicant quęſo an, diſſidijs Hæreticorum Maieſtatem ipſius, & poteſtatem, maxima ex parte iam imminutam animaduerterint.

Digitized by Google

CAPITIS V.

ASSERTIO

N. IN QVIBVS CONCILIIS DEPOSITVM FVERIT PAPAM NON HABERE PRÆEMINENTIAM SVPER cæteros Patriarchas.

ANIMADVERSIO.

SACRO Sancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro, omnium Eccleſiarum cardo, & caput eſt conſtituta, cui & ipſe æternus, maximus, & omnipotens Regnum Rex, Beatum Petrum Apoſtolum Principem & ſpiritualem vniuerſi orbis Monarcham poteſtate ampliſſima proprio ore præfecit, maximiſque cumulauit priuilegijs, quæ ab ipſo Chriſto in eodem Petro confirmata, in Eccleſia ſua diſpoſita, anti-

Analet.

Nicol. V. epiſt. 8.

Digitized by Google

quitus obſeruata, à Sanctis vniuerſalibus Concilijs celebrata, atque ab omnibus fidelibus venerata, nullatenus imminui, nullatenus infringi, vel aliqua ex parte commutari poſſunt, quoniam fundamentum, quod Deus locauit, humanus non valet amouere conatus, eius itaque iura perpetua, & immutabilia impingi poſſunt, transferri non poſſunt, trahi poſſunt, euelli non poſſunt, ideo quæ antea fuerunt diuinitus in Petro ſuſcepta, & in Eccleſiam Romanam prolata, hactenus illibata permanent, ab vniuerſa Eccleſia firmiter retenta, permanebuntque ſemper, verax eſt enim Deus, qui hoc ſpopondit, omnis autem homo mendax.

Ad eam itaque Romanam Eccleſiam, quæ Beati Petri merito, voce Domini, conſecrata, Primatum obtinuit, omnium Eccleſiarum, tam Sancta Epiſcoporum negocia, querelæ, atque Iudicia, quam & maiores quæſtiones ſemper referendæ ſunt, ipſa namque ſicuti prima eſt, reliquis Eccleſijs vices ſuas largiendas credidit, vt in partem vocatæ ſint ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis. Decebat enim Chriſti Eccleſiam, veluti caſtrorum acies ordinari, atque ita concinnè diſponi, vt quemadmodum in vno corpore plura extant membra, quæ licet ſimul compacta ſibi inuicem operam præſtant, non tamen omnia eundem actum habent, & vni ſubiacent capiti, eodem pacto inter plures Epiſcopos eiuſdem Prouinciæ, vnus Archiepiſcopus, plurium Prouinciarum vnus Patriarcha, & tandem omnium Eccleſiarum vnus eſſet Pontifex, huius myſtici, & viſibilis corporis, viſibile Caput, quod impij Nouatores abſcindere conantur, non tamen quod velint eſſe ace-

Digitized by Google

phalum, imo tot ei cupiunt iungere capita, nedum quot in toto orbe reperiuntur Epiſcopi, ſed quot ſunt hominum ſententiæ, atque ne id in monſtrum euadat, vnam & Sanctam, quam Chriſtus conſtituit Eccleſiam, in plures diuidunt, atque ideo parem ſingulis earum Præſulibus iuriſdictionem, & poteſtatem tribuunt, vt manus à pedibus, vel pedes à Capite neque muneris, neq; dignitatis ratione diſtinguantur, ſed cuique liceat quod libet, ſitque pro ratione libido, ſcilicet militibus illis nequiores, immanioreſque, qui Chriſti tunicam inconſutilem partiri haud quidem auſi ſortem iecerunt, eam Sacrilega manu, gladio linguæ, ad inſtar Regni Salomonis, lacerant, diſcindunt, & infruſta ſecant; dicat nunc Symbolum Nicenum vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam; doceat Paulus vnum corpus, & vnũ ſpiritum, ſicut vocati ſumus in vna ſpe vocationis, vnius Domini, vniuſque fidei, Clamitent Patres vnam eſſe Chriſti Columbam, vnamque ſponſam, abſque ruga vlla & macula, nihil refert, quod rerum omnium peruertatur ordo, & idemmet Chriſtus diuiſus ſit, vt alia dicatur Eccleſia Pauli, alia Apollinis, vel ipſa Eccleſia Dei, proh dolor! Bellua multorum ſit capitum, dummodo pares in pares imperium nullum habeant, & cuique impune ſit fas, in omnia prolabi dedecora, ea nimirum licentia cuius turpitudinẽ ſpecioſo Euangelicæ libertatis nomine contegunt, & quis monſtrum hoc fœdius vnquam vidit?

At Catholica veritas, quæ monſtra nunquam pepe-rit, nos ſanctius admonet ſicuti Eccleſia vniuerſa, licet ſuæ inſtitutionis originem à Chriſto duxerit, initia tamen

Digitized by Google

tribus his argumentis probare contendit.

N. Quorum primum eſt quod electio Othonis III. nulla fuerit, tanquam facta Electoribus diſſidentibus, contra leges, & Conſtitutiones imperiales, quamobrem ex actu nullo, ius nullum quæri Pontificibus potuit.

N. Alterum eſt Leopoldi Bebembergenſis, in lib. de Zelo veterum Principum Germaniæ, qui Papæ dumtaxat conceditius, & authoritatem examinandi Regem Romanorum, ad imperium poſtea promouendum, negat autem reliqua in d. cap. venerabilem enarrata, quod ſcilicet poteſtatem ipſum eligendi ab Eccleſia Romana Germani receperint, *Quoniam* inquit *neque in Chronicis noſtris, neque in hiſtorijs hoc reperitur expreſſum, ſed forte Innocentius hoc dicit, quia Reges vel Imperatores Germani, vel Principes Electores recognitionem aliquam de hoc Romanæ Eccleſiæ fecerunt, vbi diſcordantes aliquando Electores in Pontificem tanquam in arbitrum compromiſerunt, quæ res ante Innocentium, inaudita fuit, neque Regum, aut Imperatorum, vel Electorum recognitiones Maieſtati Imperij præiudicarunt.*

N. Pro tertio epiſtolam adducit Electorum, ex comitijs Reinenſibus datam ad Benedictum XII. pro Ludouico Bauaro ſchiſmatico, in qua fucata ſuperbia, & ſpecie humilitatis, apertè profitentur Imperium à Romana Eccleſia, nulla ex parte ad Germanos deueniſſe, atque electum ab eis, ſtatim verum, & legitimum Imperatorem eſſe nullaque egere Pontificis Romani confirmatione.

En Crabronum examen qui excitatus ex his quæ teſtimonio Hiſtoricorum quamplurium potiſſimũ verò Theutonicorum lib. 1. d. tranſl. Imper. ſcripſit. C.

phalum, imo tot ei cupiunt iungere capita, nedum quot in toto orbe reperiuntur Epiſcopi, ſed quot ſunt hominum ſententiæ, atque ne id in monſtrum euadat, vnam & Sanctam, quam Chriſtus conſtituit Eccleſiam, in plures diuidunt, atque ideo parem ſingulis earum Præſulibus iuriſdictionem, & poteſtatem tribuunt, vt manus à pedibus, vel pedes à Capite neque muneris, neq; dignitatis ratione diſtinguantur, ſed cuique liceat quod libet, ſitque pro ratione libido, ſcilicet militibus illis nequiores, immanioreſque, qui Chriſti tunicam inconſutilem partiri haud quidem auſi ſortem iecerunt, eam Sacrilega manu, gladio linguæ; ad inſtar Regni Salomonis, lacerant, diſcindunt, & infruſta ſecant; dicat nunc Symbolum Nicenum vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam; doceat Paulus vnum corpus, & vnũ ſpiritum, ſicut vocati ſumus in vna ſpe vocationis, vnius Domini, vniuſque fidei, Clamitent Patres vnam eſſe Chriſti Columbam, vnamque ſponſam, abſque ruga vlla & macula, nihil refert, quod rerum omnium peruertatur ordo, & idemmet Chriſtus diuiſus ſit, vt alia dicatur Eccleſia Pauli, alia Apollinis, vel ipſa Eccleſia Dei, proh dolor! Bellua multorum ſit capitum, dummodo pares in pares imperium nullum habeant, & cuique impune ſit fas, in omnia prolabi dedecora, ea nimirum licentia cuius turpitudinẽ ſpecioſo Euangelicæ libertatis nomine contegunt; & quis monſtrum hoc fœdius vnquam vidit?

At Catholica veritas, quæ monſtra nunquam peperit, nos ſanctius admonet ſicuti Eccleſia vniuerſa, licet ſuæ inſtitutionis originem à Chriſto duxerit, initia

tamen

tribus his argumentis probare contendit.
N. Quorum primum eſt quod electio Othonis III. nulla fuerit, tanquam facta Electoribus diſſidentibus, contra leges, & Conſtitutiones imperiales, quamobrem ex actu nullo, ius nullum quæri Pontificibus potuit.
N. Alterum eſt Leopoldi Bebembergenſis, in lib. de Zelo veterum Principum Germaniæ, qui Papæ dumtaxat concedit ius, & authoritatem examinandi Regem Romanorum, ad imperium poſtea promouendum, negat autem reliqua in d. cap. venerabilem enarrata, quod ſcilicet poteſtatem ipſum eligendi ab Eccleſia Romana Germani receperint, *Quoniam* inquit *neque in Chronicis noſtris, neque in hiſtorijs hoc reperitur expreſſum, ſed forte Innocentius hoc dicit, quia Reges vel Imperatores Germani, vel Principes Electores recognitionem aliquam de hoc Romanæ Eccleſiæ fecerunt, vbi diſcordantes aliquando Electores in Pontificem tanquam in arbitrum compromiſerunt, quæ res ante Innocentium, inaudita fuit, neque Regum, aut Imperatorum, vel Electorum recognitiones Maieſtati Imperij præiudicarunt.*
N. Pro tertio epiſtolam adducit Electorum, ex comitijs Reinenſibus datam ad Benedictum XII. pro Ludouico Bauaro ſchiſmatico, in qua fucata ſuperbia, & ſpecie humilitatis, apertè profitentur Imperium à Romana Eccleſia, nulla ex parte ad Germanos deueniſſe, atque electum ab eis, ſtatim verum, & legitimum Imperatorem eſſe nullaque egere Pontificis Romani confirmatione.

En Crabronum examen qui excitatus ex his quæ teſtimonio Hiſtoricorum quamplurium potiſſimũ verò Theutonicorum lib. 1. d. tranſl. Imper. ſcripſit. C.

Bellar. exurrexit, & exerto aculeo obuium quemque petit aſſerentem à Græcis ad Germanos munificentia Pontificis Imperium eſſe tranſlatum quorum vnus Goldaſtus in C. Baron. irruit quod annis 800. & 996. huius hiſtoriæ veritatem è mendaciorum caligine qua fuerat ab impoſtoribus effuſa præcipuè eruerit, cui addo Gretſer. in defenſ. C. Bellar. d. tranſl. Imper. lib. 1. cap. 13.

Ad primum igitur Goldaſti argumentum: haud ſanè ad rem pertinet, an Otho diſſidentibus Electoribus, ſiue ab eorum dumtaxat parte legitime, vel contra Imperij cõſtitutiones fuerit renunciatus Imperator nec ne, quoniã altius expetẽda res eſt ſcilicet à Carolo Magno in quẽ Leo III. anno 800. à Græcis primum Occidentis Imperium tranſtulit, quod vſque ad annum 888. viciſſim tranſiuit in Caroli deſcendentes, quos omnes à Romanis Pontificibus corona donati ſunt, atque poſtmodum in eorum locum Othonem primum à Ioanne XII. inauguratum apertiſſime demonſtrant, quam plures grauiſſimi Hiſtorici apud C. Bellar. d. tranſl. Imper. lib. 2. ibique Gretſ. in defenſ. qui alios addit & C. Baron. tom. 12. anno 962. hinc Romanorum Pontificum dignoſci cæpit ſuprema illa poteſtas, quam Deus Optimus Maximus B. Petro eiuſque ſucceſſoribus contulit.

Quod ſi electionem Othonis III. haud ritè factam dixeris, magis inde authoritas Pontificia enitet, ſiquidem poſtquam fuit à Papa coronatus, tanquam verus, & legitimus Imperator, & pacis & belli res omnes geſſit, atque à Proceribus, ad quos electio ſpectat & communiter ab omnibus vt talis eſt habitus; conſenſus enim poſtmodum accedens vim habet electionis, vt validam

Digitized by Google

efficiat, quod nulla à principio fuerat.

Leupoldi vero ineptiſſima eſt ratio, ſi quidem ius iſtud Apoſtolicæ Sedis non ab aliqua Regum, Imperatorum, aut Principum recognitione pendet, ſed ab ipſa Imperij tranſlatione, quæ realis traditio fuit dominij illius in eos, qui nullum penitus habebant titulũ præcedentem, prout luculentiſſime probauit C. Bellar. d. lib. 1. d. tranſl. Imper.

Neque tandem his obſtat epiſtola illa, pro Bauaro, cum quia à Schiſmaticis ſcripta manifeſtam, probatamque veritatem, nullis tamen authoritatibus, aut rationibus impugnat, niſi, pro ratione peruicax ſufficiat animus, tum quia longe diuerſa eſt ab alia, quam ipſimet Electores, ex comitijs Spirenſibus, eodem anno 1338. die 27. Martij ad eundem Benedictũ Pontif. miſerũt humillime poſtulantes, vt Bauarum ad reconciliationis gratiam, paternæ clementiæ benignitate recipere dignaretur, apud Continuatorem C. Baron. tom. 14. eod. anno 1338. neque pariter alteri epiſtolæ Electorum ad Nicolaum III. conſonat.

Neque ad hæc reſpondent, quæ viuente adhuc Ludouico ijdem Electores egerunt, Carolum ſcilicet IV. à Clemente VI. commendatum Regem Rom. renunciantes, quo ab eodem Pontifice poſtea confirmato, & coronato, Clementi gratias agentes eorum Epiſt. Imperium Romanæ Eccleſiæ acceptum referunt Continuator C. Baron. tom. 14. anno 1346. prout id ipſum faſſi ſunt Principes Germani publico monumento, ad Nicolaum III. miſſo, & pluries ſunt profeſſi Electores à C. Bellar. recenſiti, lib. p. cap. 5. de tranſl. Imper.

Digitized by Google

tamen Principi Apoſtolorum refert à quo incepit, & in quo regiminis eius ſumma conſiſtit;ita Epiſcopalis dignitas Deum quidem habet auctorem, verum in eundem Beatiſſimum Petrum vice Chriſti ſummum Sacerdotem tanquam in principia recidit, vnde nominis huius auctoritas omnis emergit. Seniores olim Deus conſtituit in Synagoga Hebræa, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ figura fuit, eos tamen ſpiritu Moyſis, ſummi Sacerdotis participes effecit, vt ab ipſo poteſtatem omnem ſuſciperent, eique opera & conſilio præſto eſſent, quoniam ſi quid commune cum eo alijs voluit eſſe Principibus, numquã, inquit Leo, niſi per ipſum dedit, quidquid alijs non negauit. Ipſi itaque Paſtorum omnium Principi, vniuerſi fidelium Gregis cura, ea lege credita eſt, non vt lac comederet, & lanis operiretur, ſed rationem redditurus, niſi quod infirmum eſt conſolidaſſet, quod abiectum ſanaſſet: plenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper vniuerſas Orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt; qui igitur poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit; poteſt ſi vtile iudicauerit nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt, poteſt eos qui ſunt alios deponere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è conuerſo ſi neceſſe viſum fuerit, poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas euocare & cogere ad ſuam prçſentiam non ſemel aut bis ſed quoties expedire videbit: porro in promptu eſt ei vlciſci omnem inobedientiam ſi quis forte reluctari conatus fuerit, lex Diuina hoc iubet, canones decreuere, Concilia ſanciuere, faſſi ſunt Patres quamplures Aſiæ, Aphri-

In hoc r. epiſt. ad Concil. Carthag.

S. Aug. Hom. 58. in numer.

S. Leo Hom. 3. in ſua aſſumpt.

Ezech. cap 13.

S. Ber. epiſt. 131.

Digitized by Google

cæ, & Europæ Antiſtites re ipſa experti ſunt quorum tritiſſima prætermitto exempla.

Ea namque poteſtas, quam Petrus à Chriſto primus recepit, & ab ipſo in omnes eius ſucceſſores, & Chriſti Vicarios pertranſiuit, tam late patet, vt totum per Orbem cunctis præſcribat leges, cunctiſque ius dicat, ipſe verò nullo humano imperio, nulloque mortali iudicio ſubiacet, *Aliorum namque hominum cauſas voluit Deus per homines terminari, Sacræ verò, & Sanctæ Sedis Romanæ Præſidem, ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.* Vnuſquiſque igitur ordinem ſibi decretum à Deo cognoſcat, & poſteriores anterioribus deferant, faſceſque ſubmittat poteſtas inferior, quoniam ſi Schiſmatici, & Refractarij, vel iuſſis obſiſtere, vel mandata detrectare Pontificum, impia temeritate aliquando præſumpſerunt, Anathematis ſententia iure piorum abdicati, vindici Deo grauiſſimas dederunt pœnas: diſcite iuſtitiam moniti.

Nicol. 1. cit. epiſt. 8.

Neque vllum vnquam legitimum generale Concilium fuit, quod Apoſtolico culmini manus obuias audacter intulerit, vel de Sacroſancta Apoſtolica Sede aliquid ſtatuere cogitauerit, quandoquidem nullis Synodicis conſtitutionibus cæteris alijs prælata ſit, ſed voce Domini, & Saluatoris noſtri Primatum habeat. Nicenæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeo vt aliquid ſuper eam auſa non ſit conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri, omnia denique huic nouerat Domini ſermone conceſſa, atque hoc veritatis certiſſimum axioma, diſertis confirmant verbis Cōcilia plurima, Sinueſſanum in cauſa Marcellini, Romana ſub Silueſtro, & ſub Sixto II. ſub Adriano II. Chalcedo-

Nicol. epiſt. ead.

Digitized by Google

nenſe, atque ne plura hîc coaceruem, nulla reperitur œcumenica Synodus, Diuini Spiritus afflatu coacta, quæ mandato, iuſſu, vel aſſenſu Romani Pontificis indicta conuocata, & habita, ac tandem eius authoritate confirmata non ſit, quæ autem ipſo inſcio, vel prohibente, aut improbante peractę vnquam fuerunt, conciliabula, irrita, caſſa, & omni prorſus robore deſtituta ſunt.

Falſam igitur huius cap. aſſertionem dicere neceſſum eſt, quam vllo haud probari legitimo Concilio, vel aliqua vera ratiocinatione re ipſa demonſtrabimus.

Digitized by Google

CAPITIS V.

EXPVNCTIO.

Perperā.

Nilus Luther. Caluin. Illiric. Centuriat.

N. PRIMVM autem opponit can. 6. primæ Synodi Nicenæ, *Antiqua conſuetudo valeat, quæ in Ægypto, Libia, & Pentapoli fuit, vt Alexandrinus Epiſcopus ſuper his omnibus authoritatem habeat, quoniam & Romano Epiſcopo hæc eadem conſuetudo eſt*, &c. Quo Nilus Theſſalonicenſ. Luther. Caluin. Illiricus, Centuriatores, Sibrandus, Daneus, cæterique recentiores Proteſtantes, Romani Pontificis Primatum impugnant, ipſius iuriſdictionem ad inſtar Patriarchæ Alexandrini, certis limitibus, comparatione deterrima, concludentes.

ATque ineptam huius canonis explicationem comprobat, authoritate Ruffini, qui lib. 2. Hiſt. Pontificiam ditionem longe ad arctiores, quam Alexandrinam contrahit terminos, vix ſuburbanarum Eccleſiarum ius ipſi præſcribens.

Verum & frigidè, ſtolideque admodum, ſi eiuſdem Canonis verba penſites; iubet enim Patriarcham Alexandrinum prouinciarum Ægypti, Libiæ curam gerere, & hanc adfert rationem, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστι. Scilicet cum hoc etiam Rom. Epiſcopo conſuetum ſit: vt Epiſcopum igitur, & Patriarcham conſiderauit Ruffinus Pontificem Romanum; neque enim aliter comparatio, ex æquo congrueret, & quoniam Papa totius Occidentis Patriarcha, nullo contradicente, ſemper eſt habitus, intellexiſſe Ruffinum ſuburbicariarum nomine, omnes Occidẽtis Eccleſias complecti ſub ea vrbe quæ in Occidente Caput Imperij erat, alioquin nec ſimilitudo Patriarchę Alexandrini reſponderet.

Nihil tamen vt Nicolaus 1. epiſt. ad Michaëlem aperte ſcribit, nihil prorſus à Nicena Synodo canone iſto ſtatutũ eſſe de Rom. Eccleſię Primatu, quæ cum ab ipſo Chriſto omniũ Eccleſiarum Caput & Princeps conſtituta ſit, nulli eſſe poteſt Concilio facultas iuri eius derogãdi, quia diuinum eſt.

Neque cum Sutiliuio pueriliter obijciat, *Non multum fidei habendum Nicolao*, vel cum Vuitachero quod Nicolaus Antichriſtum agat, Imperatorem Græcum ludens inaniſſimis ratiunculis, ad ſuum Primatum confirmandum, ad quod Gretſerium omnino videas cap. 13. lib. 2. defenſ. C. Bell. epiſtolis namque Sanctiſſimi huius innocentiſſimique Pontificis detrahere, aut fidem abrogare nullus vnquam eſt auſus; quid igitur viliſſimi è plebecula homunciones magni viri exiſtimationem ſordido fædant ore, & auctoritatem adlatrant?

Quoniam & Nicolao fides accedit ex Concilij Chal-

Digitized by Google

cedon. act. 16. vbi ita Canon idem legitur Trecentorum Patrum Canon Sextus, inquit Paſchaſius, *Quod Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, teneat autem & Ægyptus, vt Epiſcopus Alexandriæ omnium habeat poteſtatem,* &c.

Vides ergo obtruncato capite Canonem eſſe vulgatum, neque recentiores Angliæ Proteſtantes qui Paſchaſio & Lucentio Apoſtolicis legatis fidem haud habendam contendunt, quod teſtes domeſtici ſint, ſatis quidem animaduerterunt eundem Canonem in conſeſſu omnium Patrum lectum, ac repetitum eſſe præſentibus, audientibus & contradicentibus Conſtantinopolitanis, & niihlominus acclamaſſe omnes, *Perpendimus autem Primatum, & honorem præcipuum ſecundum Canones, Antiquæ Romæ Deo Amatiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.*

His accedit Hiſtoriæ veritatis dilucidator præclarus C. Bar. qui tom. 3. anno. 325. rem omnem clariſſime explicat, ipſumque Canonem mutilatum, & in duos diſſectum, euidentiſſime demonſtrat, eiuſque verſionem è Græco à Dionyſio, cognomento exiguo, ſed authoritate magno, integram recenſet, nec verbo quidem vno diſcrepantem ab ea, quam in Chalcedonenſi Synodo relatam, & à Patribus diligenti examine excuſſam legimus, cui æque conſonum eſt exemplum eorundem Canonum quod in Vaticana Bibliotheca antiquiſſimum extat.

Quis igitur tam impudens contra tot ſcriptorum teſtimonia, atque œcumenici Concilij aſſertionem, huius Canonis ſenſum inuertere poterit, non dixi audebit, quia nullis modeſtiæ, & iuſtitiæ cancellis concludi-

Digitized by Google

ditur peruicax Hæreticorum præſumptio aduerſus quã tranſlationem hanc egregie tuetur Gretſ. ad cap. 13. C. Bellarm. lib. 2. d. Rom. Pontif.

Vel non quidem Ruffini tanta eſt authoritas vt pro oraculo ſit habẽda, merito ineptiſſimam eius ac ex proprio capite inſulſe depromptam interpretationem C. Bellar. lib. 2. d. Rom. Pont. c. 13. iure optimo irridet, & re vera quid ineptius poſſet excogitari Patriarcham Alexandriæ ſuper omnes Ægypti, Libiæ & Pẽtapolis Eccleſias, poteſtatem habere, quia Romanus Epiſcopus ita cõſueuit ſuburbicarijs paucis anguſtæ ſcilicet ditionis anguſtiſſimo concluſus diſtrictu præeſſe quis non videt, vti Ruffinus humano capiti ceruicem equinam iungere voluiſſet, verùm & quanti ſit habendus dicant Hieronymus ipſique Proteſtantes Angli.

Quorum de eo quale fuerit iudicium aperiemus in libro aduerſus primam partem Reipublicæ Marci Antonij de Dominis, vbi de huius ſexti canonis Nicenæ Synodi latius agemus, verumque eius & germanum ſenſum literæ omnino conſonum aduerſus M. Antonij Somnia & Fabulas Deo præſtante explicabimus.

N. At inquit, neque aliqua præſcriptione in hoc ſe tueri valet, quia vltra quod de poſſeſſione non oſtendit, neque oſtendere poteſt, ſine qua prẹſcriptio non currit, cum nullo vnquam tempore, ſuper cæteros Patriarchas iuriſdictionem exercuerit, quod ſequenti cap. demonſtrabitur, Doctores etiam firmarunt, quod fines Epiſcopatuum, & Parochiarum præſcribi non poſſunt, ne iuriſdictionis Eccleſiaſticæ termini confundantur cap. ſuper ea d. Paroch. Gloſ. in cap. quicunque in verb. prouin. Perpetã.

Digitized by Google

16. q. 3. & in cap. ex literis de probat. ibi Aretin. not. 3. Innoc. in cap. cauſa extr. eod. Felin. in cap. quia iudicante d. præſcrip.

Perperã. NOn quidem præſcriptione Iuriſdictio Romani Pontificis, ſed iuri dumtaxat Diuino innititur, vt ſuperioribus expunctionibus toties demonſtrauimus; verum enim verò, ſi præſcriptione etiam opus eſſet, & illa eademque immemorabilis non deeſſet.

Præterea neque Canones, ſeu Gloſſ. neque Interpretes adducti, ad Rom. Pontificem trahi, quod Caput omnium Eccleſiarum, Epiſcoporumque ſummus ſit, vllatenus poſſunt, quia de ſingulis tantùmodo Diœceſibus, & Parrochijs agunt, vnde nec eadem poteſt eſſe ratio confuſionis finium, quandoquidem Papæ Iuriſdictio vniuerſalis, & ſuprema nullis alijs circunſcribitur limitibus, quam ijs, quibus concluditur Orbis. Audi Nicenæ Synodi Canonem.

Ille, *Qui tenet Sedem Romæ, Caput eſt & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum vt qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam*, Nicen. 2. Canon 4.

Et Chryſoſt. Hom. in Petrum Apoſt. & Heliæ proph. *Petro Apoſtolo Orbis terrarum Eccleſiæ, & populorum multitudines eius fidei committendæ erant, vel potius creditæ ſunt illi claues Regni Cœlorum*, &c. Theophil. ad cap. 21. Ioh. *Totius Orbis Ouium præfecturam Petro committit*, &c. Ne Patrum Græcorum Latinorumque ſeriem coaceruem innumeram, quos apud Cocciu. Theſaur. p. 1. lib. 7. art. 4. & 5.

Digitized by Google

art. 4. & 5. congeſtos reperies.

N. Ad idem adducit Concil. Conſtantinopolit. p. c. 2. cuius longe aliter, quam omnes habent verſiones, retulit verba, licet idem ſit ſenſus, hoc igitur Can. ſtatutum eſt, *Ne Epiſcopus ſuæ Diæceſis limites egrediatur, aut in Eccleſias alienas ſeſe ingerat, ſed iuxta Canonum decreta, Alexandrinus ea quæ ſunt in Ægypto, Orientis verò Epiſcopi ſolum Orientem adminiſtrent, conſeruetur que ſuæ Eccleſiæ dignitas, quæ in Nicena Synodo declarata eſt*, &c. *Idem Epiſtolas Synodi adducit.* Non videt, ex his quæ ſupra animaduertimus.

VErum & eiuſdem Concilij Conſtantinopol. cap. 3. poſt Romanum, Epiſcopo Conſtantinopolitano Primatum tribuit.

Quod quidem, & ſi Romanæ Eccleſiæ Primatui nullatenus officere videatur, attamen quoniam ex eo argumentum deducunt Sectarij, quod non à Chriſto ſed ab ipſo Concilio ſuper alios Epiſcopos Præfectura Pontificum ſit euecta, atque ex hoc Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ parem honoris gradum à Concilijs, & Imperatoribus, eadem ratione, collatum aſſerunt. Falſum hoc fundamentum neceſſariò euertendũ erit ex animaduerſionibus C. Baronij. Perperã. Vide Bar. tomo. 4 anno. 381.

Quarũ prima eſt Canonem hunc tanquã in præiudicium Epiſcopi Alexandrini ſtatutũ non fuiſſe ab Eccleſia Romana receptum, ſiquidem vt teſtis eſt Greg. epiſt. 125. lib. 6. ea tantum huius Concilij probauit, quæ in cauſa fidei ſancita fuerant. Theodor. ex l b. 5. Hiſt. c 9. tom. p. Concil.

Quamobrem, neque Patres in Epiſtola, qua in hoc Concilio geſta ad Damaſum Papam miſere, vllam huius decreti mentionem faciunt, cum tamen res tanti ponde-

Digitized by Google

ris erat, haud quidem prætereunda fuiſſet.

Neque Anatolius; dum in hoc Primatu, quem excepta Romana Eccleſia ſuper omnes alias ſibi arrogabat, aduerſum habuit Leonem Pontificem epiſt. 53. ad Canonem iſtum vnquam confugit, quo tamen propriam tueri cauſam optime poterat, idem Leo IX. epiſt. ad Michaëlem & Nicol. I. epiſt. ad Michaëlem.

Præterea non ne re ipſa conſtat, Canonem hunc directè aduerſari 2. Canoni eiuſdem Synodi mox ſupra relato, vbi poſt vetitam Epiſcopis alienarum Diœceſum inuaſionem, ne Eccleſias confundant, hæc præcipue leguntur, *Conſeruetur que ſua Eccleſiæ dignitas, quæ in Nicena Synodo declarata eſt*, &c. At in Nicena Canon 6. Primatus Alexandrinæ Eccleſiæ, poſt Romanum tribuitur, in hoc verò 3. cap. Conſtantinopolitanus Antiſtes primus omnium, poſt Romanum dicitur, ergo contra ſtatutum Niceni Concilij: in duobus igitur capitulis ſimul iunctis aperta eſſet contradictio, quod de œcumenico tantorum Patrum conſeſſu an ſit credendum, eorum erit iudicium qui recte ſapiunt.

At quis vnquam ſibi ipſi perſuadere poterit, hæc ſancita eſſe, præſente, nec contradicente, imo in ſuæ Eccleſiæ præiudicium probante Theophilo Alexandrino, qui huic interfuit Synodo, profecto longe ab omni veriſimilitudine abeſt.

Vnde in Chalcedon. &c. Synodo cum hunc Canonẽ adduxiſſet Aëtius Archidiaconus Eccleſię Conſtãtinopolitanæ aduerſus Apoſtolicæ Sedis legatos, vt mox dicemus, ijdẽ Legati reſpõderunt, ſi ergo his temporibus, ſcilicet ante annos octoginta, hoc beneficio vſi ſunt, quid nunc requirũt? ſi nũquam vſi ſunt, quare requirũt?

Digitized by Google

Hinc factum eſt, vt Hermanus lib. 3. cap. 15. & 16. prolegom. & iſtius Concilij eundem Germani in libro, cui titulus cauſſa cur Electores &c. errorem nobis obiecerint, vide C. Bellarm. d. concil. lib. 2. cap. 8.

Quapropter Damaſus, qui forſan huius rei aliquid ſuboluerat, in Synodo, quam Romæ coëgit, anno poſt Concilium Conſtantinopolitanum, præſentibus legatis eorumdem Epiſcoporum Orientis, qui eidem Concilio interfuerāt, ſanctionem edidit, pro Eccleſiæ Alexandrinæ Primatu, Canoni Nicenæ vndique conſonam apud C. Baron. tom. 4. anno. 382.

N. Addit Quarto Cōcil. Chalcedon. &c. cap. 28. act. 15 in fine quod parem honoris gradum tribuerat Conſtantinopolis nouæ Romæ Epiſcopo, quem eadem conſideratione, Antiquæ Romæ Epiſcopo Patres contulerant, quia iam Ciuitas illa regnabat.

EVndem Canonem in propoſita quæſtione adducunt Nilus Theſſalon. de Primatu Petri, & Morneus in ſuo iniquitatis Myſterio. Nylus & Morneus

Licet autem huiuſmodi Canon Romanæ Sedi nullum inferat præiudicium, ſiquidem tribuit Conſtantinopolitano eoſdem Patriarchatus honores, quos vt Patriarcha Pontifex habet, non autem Conſtantinopolitanum efficit gradu & dignitate parem ipſi Pontifici, vt eſt caput vniuerſæ Eccleſiæ.

At vides quam faciles ad mentiendum ſint, qui cum vera Religione fidem, & pudorem exuerunt. Reticet effrons, quod huiuſmodi decretum importunitate, & Falsò. aſtu Anatolij Conſtantinopolitani Epiſcopi extortum fuerit, abſentibus Papæ legatis, qui vt nouerunt, aper-

tis verbis de hoc ſunt conqueſti, act. 16. in principio, & vbi recitauit Paſchaſius Nicenum Canonem, quo Eccleſiam Romanam, ſuper omnes alias Primatum ſemper habuiſſe dicitur, aſſenſere Iudices, & Patres, Conſtantinopolitano autem reclamante, licet Aetio eiuſdem Eccleſiæ Archidiacono præcipuam decreuerunt Iuriſdictionem dumtaxat ordinandi Metropolitas in Aſia, Ponto, & Thracia, in reliquis verò abrogatum fuit decretum pro ipſo ſtatutum, poteſtatem, & honorem eidem antea collata limitando, quamobrem neque in epiſt. quam eadem Synodus Leoni Pontifici ſcripſit, neque in reſponſiua eiuſdem Leonis de hac, cum Romana Sede paritate, aliquid legitur.

Quod ſi Anatolius huius decreti vi, plus iuris, quam par erat ſibi vindicare aliquando viſus eſt, non quidem fecit, vt æqualem cum Romano Pontifice ſibi arrogaret poteſtatem, ſed vt ſuper Alexandrinum, Antiochenumq; Patriarcham ſe ſe efferret, obſtitit tamen acerrimè Leo, eiuſque retudit audaciam vt epiſt. ipſius apertiſſime deprehenditur.

Hinc Ioannes I. vt omnem vaniſſimæ huius præſumptionis auferret ambitum, vbi Bizantium ab Imperatore Iuſtino rogatus conceſſit, pari gradu cum Epiphanio illius Vrbis Patriarcha ſedere, magnanime recuſauit, quamobrem Thronus ei ſupra Patriarcham erigitur Niceph. lib. 17. cap. 9.

Et Gelaſius ad Epiſcopos Dardaniæ, qui Euphemio memoriæ Acacij propugnatori adhærentes, Acacium haud iuſte damnatum à Synodo exiſtimabant, eodem permoti Chalcedonenſi abrogato canone, hæc reſcri-

pſit.

Nec plane tacemus quod cuncta per mundum nouit Eccleſia, vtpote quod de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque cuiquã de eius liceat iudicare Iudicio &c. cuius ſedis Epiſcopus? cuius Metropolitæ Ciuitatis Antiſtes Acacius? nonne Parrœciæ Heraclenſis Eccleſiæ? &c. nempe quia Conſtantinopolitana Eccleſia ſub Metropoli Heraclenſis erat conſtituta, C. Baron. tom. 6. anno 495.

Pergit Ioannes, *Riſimus autem quod prærogatiuam volunt Acacio comparare, quod Epiſcopus fuerit Regiæ Ciuitatis, nunquid apud Mediolanũ, apud Rauennã, apud Sirmium, apud Treuiros, multis temporibus non conſtitit Imperator? nunquid harum Vrbium Sacerdotes vltra menſurã ſibimet antiquitus deputatam, quippiam ſuis dignitatibus vſurparunt?*

Si certe de dignitate agitur Ciuitatum ſecundæ ſedis, & tertiæ, maior eſt dignitas Sacerdotum, quam eius Ciuitatis, quæ non ſolum inter ſedes minime numeratur, ſed nec inter Metropolitanorum iura cenſetur, nam quod dicitis Regiæ Ciuitatis, alia eſt poteſtas Regni ſecularis, alia Eccleſiaſticarum diſtributio &c.

Et merito ſiquidem Felix anno 484. Anathematis ſententiã in Acacium dixit, eumq; dignitate priuauit, C. Baron. tom. 6. eod. anno, Agapetus I. anno 536. damnauit Antimũ, propriaque deiecit ſede, eique Mennam ſuffecit, C. Baron. tom 7. au. præd.

Theodorus anno 648. Pyrrum I. iam depoſitum in priſtinum reſtituit, relapſum verò Eccleſia eierauit, & Patriarchatu abdicauit.

Deinde & Paulo eaſdẽ inflixit pœnas, C. Baron. tom. 8. anno ipſo.

Nicolaus tandem I. vt alios prætercam, anno 865.

Digitized by Google

Ignatium propria ſede iniuſte expulſum reſtituit, & Photium à cõmunione repulit, Eccleſiaq; quam inuaſerat, Apoſtolica eiecit authoritate C.Baron.tom.10.anno prædicto:non ne hæc ſatis hunc reuincunt errorem?

Perperã. N. Obicit demum Concilium Conſtantinopol. quod in ordine generalium ſextum numeratur; huius igitur adducit Canon. 36. quo ſupra relatum Chalcedon. decretum innouatur.

Et Canonem hunc in crenouantes diſt. 22. quamuis corruptè à Gratiano relatum dicit.

FAlſò Gratianum incuſat, ſiquidem verba dumtaxat ſumpſit quæ compēdio rem explicant videlicet, *Renouantes ſancti Conſtantinopolitani decreta Concilij petimus vt Conſtantinopolitana ſedes, ſimilia priuilegia, quæ ſuperior Roma habet, accipiat, nec non in Eccleſiaſticis rebus magnificetur vt illa ſed hæc, ſecunda poſt illam exiſtens.*

In Canone verò Concilij legitur, vt Conſtantinopolitana ſedes parem habeat dignitatem cum ſede Antiquioris Romæ, & in negocijs Eccleſiaſticis æque ac illa magnificetur.

Perperã. N. Sed Gratiani reuincat deprauatam lecturam eam primo reſtituit ex Authen. Iuſtiniani d. Eccleſiaſt. titul. qua decernit Imperator vt Epiſcopus vrbis ſui ortus Primas ſit, verum & Archiepiſcopus, eique ſubiciatur prouinciæ ibidem recenſitæ.

AT Iuſtinianus Vedecinæ in Illyria natus eſt, ideo primam Iuſtinianam appellat ad eam differentiam, quas ab ipſo expugnatas ſecundiæ vel nouiȩ nomen impoſuit, vide Gregorium lib. 2. Authent. d. Eccleſ. tit. §. ſimili quoque &c. Auth. vt Iudic. ſine quoque ſuffrag.

Digitized by Google

& Auth.d. Moderat. Heleſponti, atque ex Nicephor. & aliis animaduertit Gloſſ.in ipſa Auth.d.priuil.Canon. autem Gratiani d. Conſtantinopolitano Epiſcopo eſt, non ergo ad rem adducta facit,non tamen omittam Imperatorem hæc propria authoritate ſanxiſſe, ſed à Vigilio Papa definita innouauit,vt ipſe in Auth. d. Eccleſiaſt. tit. §. per tempus,aperte dicit.

N. Ad idem adducit Auth.eandem d. Eccleſiaſt. tit. §. ſancimus, quæ ſtatuta Concil. Nyceni 1. Conſtant. VI. Epheſini & Chalcedon. vicem legum obtineant, & Conſtantinopolitanũ Epiſcopũ ſecundum earum definitiones poſt Romæ Epiſcopum eſſe ſecundum.

VErum vbi legerat Iuſtinianus in Nycena, & Epheſina Synodo hoc ſtatutum deChalcedonenſi,iam egimus, quam verò idoneus teſtis ipſe ſit,audi.

Synodum tertiam Conſtantinopoli habitam ſub Cõſtantino III. in qua hæreſis Monethelitarum damnata fuerat,eamdemque à Pontifice Agathone confirmatam, apertè fatemur.

Verùm non eam eſſe, cuius Canones n. 103. circumferuntur,quod primo ex tempore conuocationis vtriuſque apertiſſime deprehenditur, legitima namque & vera Conſtantino III. imperante die 7.menſis Nouembris anno 680.inchoatur,vt prima eiuſdem actione in pręãb. 6. Synodi tom. Concil. 3. habetur, & decima ſexta Septembris anni 1681. vltima ſeſſio habita eſt.

Pſeudo verò Synodus ex qua Canon iſte adfertur ab Hęreticis coacta ſub Iuſtiniano fuit anno 629. decem ergo annos poſt primam veramque Synodum abſolutam prout tertius huius Conciliabuli Canon in quo dies pri-

mæ actionis ſcriptus eſt, aperte demonſtrat, & poſt Turrianum animaduertit Card. Baron. contra Tharaſium Conſtantinopolitanum, & Theophanem tom. 8. anno. 680. 681. & 692.

Sed idem Theophanes Tharaſium redarguit, qui Patres, à quibus ſexta Synodus habita fuerat ſub Conſtantino III. poſt annos quatuor, vel quinque ab eiuſdem Conſtantini obitu, regnante Iuſtiniano, iterum coëuntes, hos adulterinos edidiſſe Canones inepte quidem commentus eſt, apud Thurrianum à Card. Baron. eod. anno. 692. relatum.

At quo nam pacto Canones hi ſextę adſcribuntur Synodi; ſi Epiſcopi eorum authores, in oratione ad Iuſtinianũm iuniorẽ, quæ extat ante ipſos Canones, ea nimirum ratione ſancitos aſſerunt, *Quoniam Sancta, & vniuerſales duæ Synodi, in hac imperante, & Dei obſeruatrice Ciuitate, congregatæ, vna quidem temporibus diuinæ recordationis Iuſtiniani, altera verò ſub piæ memoriæ Conſtantino*, &c. *Canones nunquam conſcripſerant; ſicut reliquæ Sanctæ quatuor vniuerſales Synodi*, &c. *Propterea ergo tuæ pietatis iuſſu in hac Dei obſeruatrice Ciuitate, & imperante vrbe congreſſi Sacros Canones ſcripſimus*, &c. Non ergo in ſexta Synodo decreti ſunt, confeſſionem huius commenti apertam habemus.

Et cum nouus iſte Epiſcoporum Conuentus poſt annos decem, à ſexta Synodo peracta, & dimiſſa habitus fuerit, quomodo eadem Synodus poterit dici, profectò vbi tam longum intercedit temporis interuallum, actus ſubſequens non continuat primum, ſed nouus, & diuerſus cenſetur.

Præterea

Præterea legitimi illius, verique Concilij confirmationem ab Agathone Pontifice poſtularunt Patres, quorum Epiſtolæ extant, inter Epiſtolas Leonis, & apud C. Baron. legitur tom. 8. anno 681. ipſeque Agatho Apoſtolica authoritate probauit vide C. Baron. anno iam dicto.

Huius autem pſeudo Synodi, licet Iuſtinianus, & precibus primò, deinde vi, & armis eorum confirmationem extorquere à Sergio Pontifice conatus ſit, ab eodem Sergio penitus reiectos improbatoſque aſſerunt, Paulus Diaconus d. geſt. Longobard. lib. 6. cap. 11. Beda d. ſex ætat. in Iuſtin. & C. Baron. eod. tom. 8. anno 692.

Et quamuis Iuſtinianus ad Ioannem, qui Sergio ſucceſſerat, legatos hanc ob cauſam præcipuè miſerit, vt Concilio ad hoc coacto; Canones ſextę Synodi nomine editos examinaret, & qui ſibi viderentur probandi confirmaret, reliquos verò reijceret, re tamen infecta reuerſi ſunt Legati, teſtis eſt Bibliothecar. in Ioann. C. Baron. tom iam dicto anno verò 705.

Neque tandem Iuſtinianus ipſe hoc aſſequi potuit à Pontifice Conſtantino poſt Ioannem, licet eum Conſtantinopolim proficiſci hanc vnam ob rem ſolummodo curauerit, vide C. Baron eod. tom. anno 710.

Sed neque ab vllo triũ Orientis Patriarcharum, huiuſmodi Canones vnquam fuiſſe receptos, vt pote qui ad Concil. vocati non fuerant, teſtis eſt Bibliothecarius ad cuius vſque tempora, in deteſtatione eorumdem Canonum perſeueraſſe dicit, apud C. Baron. d. tom. 8. anno 692.

Quamobrem neque vlli Græcorum Annalium Scriptores huius Synodi mentionem fecere, qui nullam aliam ſilentio prætererunt, ſciebant enim ab omnibus erraticam eſſe nuncupatam, quod illegitimè conuocata habitaque ſit.

Sed re verà quid magis impium excogitari poterat, quam damnatam à Stephano Papa Cypriani ſententiam de rebaptiſandis Hæreticis, Catholicam aſſerere canone 2. quid fœdius quam, vt Canone 3. ſtatuitur, contra veritatem Catholicam cælibatum labefactare Clericorum, quibus vt nulla ſollicitudine præpediti, ea dumtaxat cogitare poſſint, quæ Dei ſunt, Romana Eccleſia, quæ Diuino ſpiritu afflatur, nullatenus prolabi poteſt, ſciens prudenſque interdixit.

Quid abſurdius Canone 55. quo Sabathis quadrageſimæ ieiunium vetitum eſt, pluraque alia huius veritatis argumenta congeſſit C. Baron. eod. tom. 8. anno. 692. quæ hic recenſere ſuperuacaneum duxi.

Vides igitur quantæ ſit authoritatis impium Conciliabulum Schiſmaticorum, qui æmulatione aduerſus Latinos in rabiem acti, nomine generalis Concilij, contra Romanam Eccleſiam hanc appendicem Canonum ſextæ addiderunt Synodo Balſam. in Photij NomoCanone C. Bellar. d. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 18. C. Bar. anno. ſupracitato.

Hinc Humbertus in lib. contra Nicetam, *Non mirum, ſi Agathoni Papæ, & Sanctis Patribus ſextæ Synodi veſtra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula, cum etiam ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta, vnde non ſcientes, ſextam Synodum ad deſtruen-*

Digitized by Google

dam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas inſtitutiones congregatam, capitula, quæ nobis ſub eius authoritate opponitis, omnino refutamus, quia prima, & Apoſtolica Sedes, nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus: Et quia aut ſunt nulla, aut vt vos libuit deprauata ſunt.

N. In ſexta, inquit, Synodo Carthaginenſi can. 105. aduerſus Papam ſancitum eſt, ne ex tranſmarinis Eccleſijs ad ipſius Sedem prouocetur, idem in Concilio Meleuitano Can. 22. ſtatutum eſt. Mutilat Caluin.

HOc idem Caluinus obiecerat Inſtit. lib. 4. cap. 7. §. 9. verum quàm frigidè ipſius Canonis verba ipſa patefaciũt, primo autem animaduertendum erit, quã oſcitanter ſciolus iſte Concilia euoluerit, ſi modò ea vnquam vidit dum adducit Canon. 105. ſexti Cõcilij, cuius viginti & vnus tantummodo extant, ſed neque Concilij Affricani ſeptimi, in quo Canon relatus habetur.

Præterea & in Sardicenſi œcumenica Synodo can. 4. 7. & 17. ſancitum antea fuerat quod Preſbyteri, & Clerici à ſuo Epiſcopo ad finitimos Epiſcopos, Epiſcopi verò à Concilio Prouinciali ad Papam prouocarent, Concilium igitur Aphricanum, dicto Canone 92. quæ de appellationibus Preſbyterorum, & Clericorum in Sardicenſi ſtatuta ſunt ſolummodo innouat, his verbis quorum N. partem dumtaxat ſuo more retulit, vltima reticens, *Item placuit vt Preſbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores Clerici in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporũ ſuorum quæſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum, quod ſi ab eis prouocandum putauerint, nõ prouocent niſi ad Africana*

Digitized by Google

Concilia vel ad Primates Prouinciarum ſuarum, ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Aphricam in communionem ſuſcipiatur.

Et nihil prorſus de prouocatione Epiſcoporum ad Romanam Sedem decreuit, Canones igitur Sardicenſis Concilij in ſuo permanent robore, C. Bellarm. d. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 24. ibique Gretſer. in defenſione cõtra proteſtantes Anglicanos, ſed quod Epiſcopi Aphricani ad Pontificem appellare ſemper conſueuerint, ex epiſtola Auguſtini 162. & 261. apertiſſimè demonſtrant C. Baron. tom. 5. anno 419. qui & Mandeburgenſium deliria contra Zoſimum & Bonifacium Pontifices facillime refellit, cunctaque explicando Apoſtolicæ Sedis iura acerrime tuetur.

Scio Caſaubonum in dicto eius Fragmento de libert. Eccleſiaſt. Io triumphe in nos ceciniſſe, quod Africani epiſtola ſua ad Celeſtinum, etiam de appellationibus Epiſcoporum idem eſſe ſtatutum à Nicæna Synodo interpretentur, *Deprecamur* inquiunt *vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes, non facile admittatis, nec à nobis excõmunicatos in communionem vltra velitis excipere, quia hoc Nicæno Concilio definitum facile aduertet Venerabilitas veſtra: Nam & ſi de inferioribus Clericis, vel Laicis videtur ibi præcauere, quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari?* & rationem eorum interpretationis eam afferunt, *in ſua prouincia communione ſuſpenſi à tua Sanctitate, vel feſtinato, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui*, &c. *Et decreta Nicæna ſiue inferioris gradus Clericos, ſiue ipſos Epiſcopos Metropolitanis apertiſſime commiſerunt.*

Verum aut ipſi Afri toto, vt aiunt, errant Cœlo; ſiquidem Clericorum, & Laicorum non eadem, ac Epiſ-

coporum de hoc eſt ratio, illorum namque regimen ſingulis Epiſcopis ſigillatim eſt concreditum, neque vt Caſaubonus commentus eſt, Eccleſiarum ditiones promiſcue ſunt confundendæ, vt alienam inuadere cuique pro libito ſit permiſſum, ſed vnius cuiuſque Paræciæ ſunt præſcripti termini, adeo quod à Ciuitate in Ciuitatē transferri Nicæna Synodus interdixerit Canon. XV. propterea & Canone V. pariter vetuit, eos ab alijs Epiſcopis recipi, qui ſiue ex Clero, ſiue ex Laico ordine à ſuo Epiſcopo communione priuati, vel abiecti fuerint, & ne Epiſcopi ſimultate, aut contentione, aut aliqua alia moleſtia ſint excōmunicati ad Concilium prouinciale, quod bis in anno, in qualibet Prouincia haberi decreuit, quæſtiones haſce decentius examinandas reiecit, interim eos pro iuſte excōmunicatis haberi voluit, donec cætui Epiſcoporum viſum fuerit, humaniorem pro ijs ferre ſententiam, de Epiſcopis verò abſtentis, vel abdicatis nihil prorſus Prudentiſſimi Patres ſanxere, quod eorum cauſas, ex præſcripto Apoſtolorum ac reſcriptis ſummorum Pontificum, ad Apoſtolicæ Sedis Iudicium eſſe deferendas optime nouerint; cuius ſupremo Præſuli non ſolum Epiſcopos, ſed Metropolitanos, atque ipſos Primates ius diuinum ſubiecit, vt ab vno ſpirituali Monarcha tanti muneris dignitatem, & Iuriſdictionem Paræciarum, ſeu Diæceſum ſigillatim acciperent, non ſecus ac Radij à ſole, Riui à fonte, & Rami ab vna radice prodire, & vim omnem habere Cyprianus dicebat de vnit. Eccleſ. Idem aſſerunt Auguſt. epiſt. 91. Leo ſerm. 3. de aſſump. ſua, & epiſt. 89. cæteris Epiſcopis dicit Bernardus ad Eugenium d. conſider. lib.

Digitized by Google

peculiaris eſt cõmiſſa Paræcia, Rom. autem Pontifici totus Orbis vna eſt Diæceſis: quãobrem eius arbitrio creãtur, deſtituuntur, traducuntur, reſtituuntur, vt idẽ inquit Bernardus epiſt. 131. idque innumera demonſtrant exempla; Epiſcopis igitur Laicos, & Clericos, Epiſcopos Metropolitanos, hos verò Patriarchis ipſe commendat, ea tamen lege vt omnes ſui muneris ipſi dumtaxat rationem reddere teneantur, hinc eadem Nicæna Synodus Epiſcoporum prouocationes ad Rom. Pontificem deferri ſtatuit, teſtatur Iulius primus, qui vndecim poſt annos ab ea renunciatus eſt Pontifex, quæ ergo in ipſa fuerint decreta potuit optime noſſe, neque de eo, cuius memoria in Albo Sanctorum ab Eccleſia veneratur, aliquid ſuſpicari fas eſt, præcipuè verò cum hunc Nicænum canonem Euſebianis obicere non dubitarit, nec ipſi eum negare ſint auſi, quod ſi falſo eſſet ab eo allatus, cui dubium ei falſitatem ſuam exprobraſſent vt telum reicerent? Schiſmaticos ipſe vrgebat, de re adhuc recenti agebatur, Nicænos canones ipſi non ignorabant, qui eos vbique ſupprimere curauerant, & Iulio fidem addunt Athanaſius Apolog. 2. qui Nicæno Conuentui, cum Alexandro eius Epiſcopo, interfuit, vbi eam Iulij epiſtolam ad Orientales pro hiſtoria refert, & Theodoretus lib. 2. cap. 4. Athanaſium, & Euſebianos ad cauſam dicendam à Iulio vocatos Eccleſiaſtici Canonis præſcriptio teſtatur; his accedit quod vltra viginti Canones Nicænum Concilium ſtatuiſſe conſtat, alios citant Euſebicis in Conſtant. lib. 3. Epiphan. hæreſ. 69. Athanaſ. epiſt. d. Synod. Ambroſius epiſt. 82. Hieronymus in præfatione in Iudith, Auguſtinus epiſt. 110.

Digitized by Google

Concilium Africanum Canon. XIIII. & Chalcedonenſe in fin. qui nuſquam extant, hunc autem de Appellationibus cum his deperditum potius coniectare fas eſt, quam innocentiſſimum Pontificem falſitatis damnare.

Denique cum Africa Romano Pontifici etiam ſubeſſet tamquam Occidentis Patriarchæ appellationes ad eum deferre tenebatur ex Canon. V. & VI. ipſius Nyceni Concilij: in eius ergo ſententiam interpretatio Africanorum pugnaret.

Præterea nulli dubium eſt, Sardicenſe Concilium non minus Nyceno Oecumenicum eſſe, Oecumenicam namque Synodum eam dicimus, quæ Rom. Pontificis iuſſu, vel aſſenſu indicta, ex Epiſcopis Patribuſque vndique toto Orbe vocatis loco & tempore præſcripto, eodem Pontifice per ſe, vel per ſuos legatos præſidente, coacta eſt.

At Sardicenſis, Iulio apud Conſtantem id curante indicta eſt, Epiſcopos certa die Sardicam adeſſe ipſe iuſſit, teſtatur Socrates lib. 2. c. 16. cui & Apoſtolicæ Sedis Legatos præfuiſſe Athanaſius Apolog. 2. Sozom. lib. 5. c. 10. dicunt, ipſaque acta Concilij demonſtrant, Epiſcopos vndique conuocatos Sulpitius lib. 2. Sarar. hiſtor. aſſerit, ex Oriente & Occidente, ſupra trecentos ſeptuaginta recenſent Athanaſius epiſt. ad Solitar. Sozom. lib. 3. c. 10. & 11. Socrat. lib. 2. c. 16. ideo magnam Synodum idem Athanaſius appellauit, Canoni ergo de appellationibus ad Apoſtolicam Sedem in hoc generali Concilio decreto Prouincialis Africana Synodus derogare non potuiſſet.

Aut ſenſum Africanorum non bene Caſaubonus per-

Digitized by Google

cepit, vel obtendere voluit, nimis quidem acri calamō epiſtolam illorum exaratam video, ſed vitio regionis tribuo, atra enim Africanis multa bilis, quæ vbi ſemel feruere ceperit, difficile reſtinguitur, vnde immaniſſime ſæuiunt, at verba eorum ſedato ſi perpendas animo, eis dumtaxat propoſitum fuiſſe cognoſces, non appellationes denegandi, ſed Pontificē humillime obſecrandi, ne ſicuti Celeſtio, & Apiario contigerat, maximo totius Africæ ſcandalo, tam faciles in poſterum præberet aures abſtentis, & abdicatis, qui ex Africa ad eum prouocabant, ne ve Apoſtolicam Sedem perditiſſimorum eſſe perfugium vellet, eiſque facilius obrependi anſam præbere, vt poſtea vel feſtinato, vel præpropere reſtituti, denuo forent abiciendi, idq; apertiſſime explicant prouocationes Ant. Epiſcopi Fuſſalenſis, Priſci; Victoris; Laurentij, in Numidia Antiſtitum, quas eodem tempore ab ipſa Sede Apoſtolica, iudicatas teſtatur Auguſtinus epiſt: 261. difficillimam verò quæſtionem de appellationibus hiſce explicatam habebis in noſtra ad primum de Republ. librum M. Antonij animaduerſione, quo Lectorem reicimus.

Perperā repetita. N. Hanc ſententiam ſubdit, Romanus Pontifex negare non poteſt, quoniam prædeceſſores Pontifices expreſſe confeſſi ſunt, ſe iuribus & honoribus ſuis fratribus competentibus derogare non velle, & ita nullatenus vniuerſales in Eccleſia vocando profeſſi ſunt cap. nullus & cap. quæ diſt. 99.

HÆc eadem ſupra cap. 2. oppoſuit, ſcilicet Pelagij II. epiſt. p. ad Epiſcopos, qui illicita conuocant Ioann. &c. Greg. Magni ad Eulogium lib. 7. epiſt. 30. vbi animad-

animaduertimus.

N. Addit, & quod pauperes Canoniſtæ reſpondent ideo vniuerſalem ſe negaſſe: quia particulari Eccleſiæ cuilibet præficiendus non eſt. Somnium & nugæ ſunt, quoniam in ipſo cap. nullus diſt. 99. inter Patriarcham Romanum, & Conſtantinopolitanum agitur, vter eorum vniuerſalis dici debeat, reſpondet Pelagius, *Abſit hoc, abſit à mente fidelium, vt aliquis fratrum ſuorum honorem imminuere videatur:* ergo non agitur de præfectura particularium Eccleſiarum vt fabulantur, ſed de ipſo nomine vniuerſalis Eccleſiæ, quod fugiendum eſt. Falsò & mutilat.

MOdo ait, modo negat, pauperum Canoniſtarum pauperrimus Leguleius eandem irridet interpretationem, quam cap. 2. amplexus adducit, qua Primatum Pontificis in vniuerſam Eccleſiam ad alias dumtaxat particulares Eccleſias eidem ſubditas contraheret.

At quid de mēdacijs dicam; profectò ab aſſuetis non fit paſſio, vidiſti quam facile mentiatur, nullum autem poterat impudentius, nec frigidius excogitari hoc quod nouiſſime effutit, nimirum quod in can. nullus de nomine vniuerſalis quæſtio erat inter Papam & Patriarcham Conſtātinopolitanum; hæc ſunt d. canon. propria verba; *Nullus Patriarcharum vniuerſalitatis vocabulo vnquam vtatur, quia ſi vnus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur, ſed abſit hoc, abſit à fideli cuiuſquam mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Quapropter charitas veſtra neminē vnquam ſuis in epiſtolis vniuerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem defert indebitum,* vides ergo commenta: tranſum-

ptus eſt autem can. ex epiſtola p. Pelagij ſupracitata, cuius inſcriptio ipſa & initium rem omnem intus, & in cute patefaciunt, ſcribitur enim ad Epiſcopos, qui illicita vocatione Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Synodum coierant, quapropter Pelagius in ipſum Ioannem hiſce verbis inuehit, *Relatum eſt ergo ad Apoſtolicam Sedem Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, vniuerſalem ſe ſcribere, vſque ex hac ſua præſumptione ad Synodum conuocare generalem, cum generalium Synodorum conuocandi authoritas Apoſtolicæ Sedi Beati Petri ſingulari priuilegio ſit tradita, & nulla vnquam Synodus rata legitur, quæ Apoſtolica authoritate non fuerit fulta, quapropter quidquid in prædicto veſtro Conuenticulo, quia Synodus taliter præſumpta eſſe nō potuit, ſtatuiſtis ex authoritate ſancti Petri Apoſtolorũ Principis, & Domini Saluatoris voce, quam Beato Petro poteſtatem ligandi, atque ſoluendi ipſe Saluator dedit, quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia, quæ ibi ſtatuiſtis, & vana, & caſſata eſſe* &c. vt autē ambitioſum Ioānes faſtum retundat, etiā Anathematis ſententiā niſi reſipiſcat comminatus, ita perſequitur: *vniuerſalitatis quoque nomen quod ſibi illicite vſurpauit, nolite attendere nec vocatione eius ad Synodum, abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ vnquam venire, ſi Apoſtolicæ Sedis, & cæterorum Epiſcoporum communione vultis frui: Nullus enim Patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur*, &c. Scilicet indebite alioquin abolendũ eſſet expungendumq; nomē Patriarcharum, ex tabulis Eccleſiaſticis, quod eſt hæreticũ opinari, *Quia ſi ſummus Patriarcha Ioānes* videlicet, *Vniuerſalis dicitur, Patriarcharũ nomen cæteris derogatur, ſed abſit hoc abſit à fidelis cuiuſquā mente hoc ſibi velle quempiam arripere, vnde honorē fra-*

trum ſuorũ imminuere, ex quantulacunq; parte videatur &c. Et inferius, *Aduerſarius namq; noſter Diabolus, qui contra humiles ſæuiens ſicut Leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret* &c. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, quod non ſine dolore dicere cõpellor, dum frater, & Coëpiſcopus noſter Ioannes mandata Dominica, & Apoſtolica præcepta, regulaſq; Patrum deſpiciẽs, eum per elationẽ præcurrere conatur in nomine* &c. *ſi enim diti hoc licenter permittitur, honor Patriarcharum omnium negatur* &c. *oportet ergo vt conſtanter ac ſine præiudicio ſeruetis ſicut accepiſtis Eccleſias, & nihil ſibi in vobis hac tentatio Diabolicæ vſurpationis adſcribat* &c. *Omnes Epiſcopos curæ veſtræ ſubiectos ab huiꝰ adulationis inquinatione prohibete, vt vniuerſa vos Eccleſia Patriarchas nõ ſolum in bonis operibus, ſed etiam in veritatis authoritate cognoſcat* &c. *Orate fratres vt honor Eccleſiaſticus noſtris diebus nõ euacuetur, nec vnquàm Romana Sedes, quæ inſtituente Domino, Caput eſt omnium Eccleſiarum, priuilegijs ſuis vnquam careat, aut ſpolietur.*

Vide igitur quod aliter ſe res habeat quam effinxerat impius impoſtor, qui vt mendacium obtrudat præcedentia & ſubſequentia interſecans, pauca tantum eademque conciſa tranſcribit.

Adfert denique in idem propoſitum Gregorij epiſt. ad Eulogium qua de nomine Vniuerſalis Epiſcopo ſibi delato conqueritur, verùm ad ſaturitatem hæc in 2. cap. expunctione explicata ſunt.

Digitized by Google

CAPITIS VI.

N. REFELLVNTVR QVÆ ADVERSVS CAPVT PRÆCEDENS EX CONCILIO LATERANENSI, ET FLORENTINO OPPONVNTVR.

ANIMADVERSIO.

QVEMADMODVM ægra corpora diutinos morbos ex ſe ſe gignunt, ita vitio Naturæ ſua culpa infectæ, nulla vnquam fuit tam ſanctè inſtituta Reſpublica, quæ à legibus, quarum præſcripto moderata coaluerat, paulatim deflectens, paſſim corrumpi, & prolabi non cæperit: quamobrem ſapientes ad mores hominum animaduertentes vitia caſtigare, & noua arctioris diſciplinæ ratione, licentiam compeſcere, atque ad primæuum reuocare inſtitutum neceſſitas do-

Digitized by Google

cuit. Hinc cenſuræ munus, quod veluti omnium magiſtratuum Sacratiſſimum, cum in rebus omnibus, tum verò in moribus Ciuium conformandis, ſummam habuiſſe poteſtatem Liuius, & Plutarchus teſtantur. Eccleſiaſticam itidem Rempublicam, quamuis perfectiſſima regiminis forma, diuiniſque præceptis Chriſtus Dominus inſtituerit, eodem tamen humanæ imbecillitatis morbo laborantem agnoſcens, ipſam quoque à præſcripta norma in dies deflexuram præuidit, vnde ab ea corpore tantum diſceſſurus, Sanctum illi Spiritum mittere promiſit, qui inuiſibili afflatu eam dirigeret, ac edoceret, cui & Petrum ſua vice moderatorem viſibilem, & poſt ipſum omnes eius Succeſſores præfecit, qui gubernacula ſuo arbitrio ita moderarentur, ne ab eius inſtitutis vnquam diſcederent, quamobrem non ſolum docendi, & admonendi, coërcendi, & animaduertendi illis contulit poteſtatem, ſed leges condendi, corrigendi, abrograndi, cunctaque adminiſtrandi dedit imperium, verum enim verò, quoniam is qui Seniores Moyſi ad conſilium, & leuamen eſſe voluit, ſe ſe illis continuo affuturum dixerat, qui eius nomine ſimul coirent, & in magnis negocijs plurium rogare ſententias ratio ipſa nos admonet. Primum Apoſtoli, diuino edocti Spiritu, vbi de re maxima fuit agendum, indicente & conuocante Petro, Synòdos habere cæperunt, quorum exemplo poſtea Romani Pontifices, vel ad nouas confutandas, & damnandas hæreſes, vel ad Schiſmata componenda, vel ad mores caſtigandos, & prolapſam Eccleſię diſciplinam reparãdam, vel tandem ad conſulendum grauiſſimis alijs Chriſtianæ Reipublicæ neceſſitatibus,

Liu. lib. 1. 6. & Plutarch in ca. Mai.

Digitized by Google

generalia Concilia indicere, & habere, vel Imperatoribus efflagitantibus, vt cogerentur indulgere aliquando conſueuerunt.

Quapropter ea ſemper fuit in vniuerſa Eccleſia huiuſmodi Synodorum auctoritas, vt quidquid in ipſis ſtatutum, & Romani Pontificis confirmatione probatum reperitur, cunctis fidelibus lex fuerit, & ſit, earumque Iudicia ſiue de fidei controuerſijs, ſiue de magnis quibuſvis, & publicis rebus, tanquam eo Spiritu dictata, qui eam omnem docet veritatem, nulla ex parte erronea, ſed veriſſima, & certiſſima ſunt, ad eo quod irrita fieri, aut refricari, vel quia ſuprema ſunt niſi errando in controuerſiam quovis prætextu reuocari non poſſunt. Neque enim ſuſpicari fas eſt Deum verè ſapientem & æque fidelem adeo nos deſtituiſſe, vt Eccleſiæ commendarit in qua certum nullum verumque Concilium reperiretur, neque columna, & firmamentum veritatis, prout ipſe qui ſumma veritas eſt proprio ore aſſeruit falli aut fallere non poſſet, ſed veluti arundo incerta, inſtabilis omni flecteretur vento, & in ſuis deciperetur ac deciperet fluxis iudicijs: quamobrem ſemper in lubrico dubia conſiſtens, neque Schiſmata ſopire, neque diſſidia componere, aut vnitatis vinculo contineri ſe ipſam ſua in forma poſſet, neque tandem vllus controuerſiarum finis vmquam daretur, ne ve vlla eſſet certa, & definita noſtræ fidei ratio: en quot ex vno manarent abſurda, ea refugit mens, quibus pientiſſimus, ſapientiſſimuſque Deus occurrens ſpiritum Eccleſiæ cuſtodem & ducem dedit, cuius infallibili iudicio afflatus ſanctiſſimus Præſul, vbi è Cathedra Petri reſponderet, aut ſententias

Digitized by Google

proferret,ſiue leges conderet tanquam ore ipſius Dei locutus, quæcumque diceret, decerneret, & ſtatueret vti mandata plane diuina ab omnibus haberentur & perpetuo ſeruarentur. Quoniam verò eiuſdem ſolius Pontificis eſt veluti vniuerſæ Eccleſiæ Capitis Concilia indicere, & confirmare aut improbare, meritò ſpōtanei violatores Canonum grauiter à Sanctis Patribus iudicantur, & à Spiritu Sancto, cuius instinctu, ac dono ſuggeſti ſunt, damnantur, quoniam blaſphemare Spiritum Sanctum non incongruè videntur qui contra eoſdem ſanctos Canones aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Diabolica verò nequitia pleroſque ſubtiliter fallere, plurimos autem obcæcare, atque ad inſanam adigere peruicaciam conſueuit, vt inimici Crucis Chriſti in agro vbi veritatis, Charitatis, & pacis ſemen iecerit, ſapientiſſimus ille pater familias, qui in omni generatione ſua vndique perfectus eſt, eique incrementum dedit quo fructum afferret centeſimum, ingerant zizanias, ſerant diſſidia, quibus graſſentur Hæreſes, ſpiniſque, & viburnis, quæ ex earum venenata radice prodeũt, ſancta & pia ſupprimantur germina, iudiciaque huiuſmodi ab Eccleſia ſubmouere, Cathedramque ipſius euertere contendunt, ne vllus ſuperſit qui Schiſmatum impias ſegetes euellat naſcentes, vel ortas ſecet, atq; vinculo anathematis in faſciculos complicatas, igni comburendas tradat; Hinc ore ſacrilego, ſceleſtiſſimus Lutherus Sanctiſſimas Synodos modo ſuperuacaneas dicit, quod in grauiſſimos errores ſint lapſæ, & primum adoritur Concilium Apoſtolorum, quod licet omnium puriſſimum

Dam. epiſt. ad Aurel. Gattag.

fateatur, tamẽ aliquid vna miſceri, & Spiritum Sanctum illabi non Concilijs ſed mentibus Chriſtianorum quos

Ad c. 15. Act.

nouerit ſpondiſſe non reueretur aſſerere: deinde Niceni illius magni, cui Orthodoxi Patres tãtum tribuerunt, vt tanquam Euangelium habendum eſſe ſtatuerint; Sacros

Lib. d. Concil.

irridet Canones, fœnum, ſtramen, ligna, ſtipulas, atque titiones appellando, modo omnia incerta, neque illi fidendum dicit, quod nullum vnquam purum extiterit,

Ad c. 15. Act.

quia fidei aliquid addiderint, vel detraxerint, adeo vt nõminus ludimagiſtros, quam Reuerendiſſimos Epiſcopos Concilijs conferre poſſe, impudenter affirmat.

Lib. 4. inſtit. cap. 9. §. 8.

Et perditiſſimus Caluinus, non quidem excipienda eſſe Conciliorum ſtatuta, niſi prius diligenter expendantur, quo tempore, qua de cauſa habita fuerint, quo conſilio, quales interfuerint homines, ac niſi id de quo agitur ad ſcripturæ amuſſim examinetur, eorumque ſententiam, inſtar præiudicij habẽdam dicit, vt vides ſacroſancta Synodorum decreta, cuiuſvis hominis Cenſuræ ſubijciat.

Hinc Vuiclephus, Melanchton, Illyricus, Ioannes, Vueſphal. Kemnitius, Vrbanus, Beza, cæteriq; Sectarij, in Sacros & SanctosPatrum cõſeſſus, diuini ſpiritus afflatu coactos, turmatim exurgunt, quorũ blaſphemias, & conuicia reficere ſatius duxi, quoniã, inquit Iulius Pon-

Epiſt. ad Ioſt.

tifex apud Athanaſium, *Habet authoritatem quælibet Synodus, & contumelioſe agitur cum Iudice, cuius iudicium ab alijs examinatur; conſiderate quæſo quinam ſint qui Synodos improbant, & Epiſcoporum calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, ſunt profecto ab omnibus vbique Epiſcopis condemnati, & abdicati*, &c.

Quemad-

Quemadmodum Acephalus iſte eiuſdem percitus cacodæmonis furore, Lateranenſi ſub Innocentio III. & Florentino ſub Eugenio IV. œcumenicis Concilijs falſitatis notam falsò inurere, ipſiſque ſanctiſſimis Pontificibus quorum mandato indicta, & authoritate habita & confirmata ſunt, fidei & pietati impiè detrahere mendacijs his potiſſimum conatur.

Digitized by Google

CAPITIS VI

EXPVNCTIO.

In alium ſenſum.
Synodus Smalchachaldica.

N. QVORVM primum eſt, quicunq; voluerit inter vos eſſe primus, erit veſter ſeruus Matth. cap. 20. iuxta tradita per Auguſt. in Pſalmo noluit Chriſtus Regnum Terrenum cum ſuperbia &c. quoties hominibus præeſſe deſidero, ipſi Deo præeſſe contendo.

VIdes vt Mattheũ & Auguſtinum in ſenſum flectẽs alium vi contorquet, vt legitimi Principatus ius, cuius poteſtas à Deo eſt, iniuriam eſſe falsò perſuadeat, quod ambitu immoderato affectetur, & profecto ſummum Pontificem à Deo Principem Paſtorem ſuper omnes fideles, poteſtate ampliſſima conſtitutum centies dictum probatumque ſuperius eſt: huc igitur non pertinent hæc, ſatiſque reſpondit C. Bellarm. de Rom. Pont. lib. 3. cap. 19.

Quod ſi in eam ſententiam vſurpanda ſint, Imperator, Reges, cæterique Principes, qui vel electionis, vel

Digitized by Google

hæreditatis titulo legitimè dominentur, eadem ratione aliorum ſerui efficientur, quia cæteris in ſuis ditionibus præeſſe volunt, ergo & ipſi Deo præferri contendunt, caueat Britaniæ Rex qui nedum iura temporalis Principatus, ſed tanquam Caput Eccleſiarum proprij Regni, Pontificatus infulas authoritatemque ſupremam ſibi arrogat, nullaque erit legitima dominandi ratio, ſed vna omnium Reſpublica ſimpliciter diſpotica abſq; Principe, legibus, & Magiſtratibus, & quid hoc abſurdius?

N. At reſpondet, Romanus Pontifex aduerſus ſacrorum Conciliorum iuſſa, cæteris præeſſe voluit, ſiquidem Nycena Synodus iam ſingulis Patriarchis ſtabilierat Diæceſes, ſua iuriſdictio priuatiue ad alios cuique demandata, ipſamque Nycenam tanquam Euangelium ſeruandam eſſe probat cap. 1. diſt. 15. ergo. Mendacium iterum refricatum.

EST quidem Romanus Pontifex omnium hominum ſummus, eius tamen ſedulus imitator, qui Cęlos inclinans, vt ad nos deſcenderet, ſeque ipſum exinaniuit, humillimo Charitatis affectu ſeruum ſeruorum Dei ſe ſe profiteri pluris facit, quam magnifica titulorum ſerie Maieſtatem oſtentare.

At ex mendacio prodeat veritas, idem Concilium Nycenum p. in canonibus ex epiſt. Iulij, *Non debent præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari* & Canon. Arab. 39. *Sicut ille qui tenet ſedem Romæ, caput, & Princeps eſt omnium Patriarcharum, quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam, & quicunq; contradixerit, à Synodo excõmunicatur.* Non me

Digitized by Google

latet quod Sectarij, præcipuè verò Mandeburg. cent. 4. cap. 9. Canones hoſce nullatenus probant: neque vltra viginti vulgatos Nycenæ Synodi vllum recipiunt, verum quia Athanaſius epiſt. ad Marcum Pontificē, octuaginta fuiſſe in ſeptuaginta redactos teſtatur, & pluribus ijſdemque grauiſſimis argumentis, Arabicos Canones ab eorum detractoribus vindicat doctiſſimus Turrianus, & alijs conſoni ſunt Conciliorum ſanctionibus, nullatenus prætereundos eſſe duxi.

Nam hoc idem profitentur Conſtantinopolitanum p. Epiſt. ad Damaſum apud Theod. hiſt. lib. 5. cap. 9. Chalcedonenſe act. p. item act. 3. & 16. & in epiſt. ad Leonem; Epheſinum epiſt. ad Cœleſt. Nicenum 2. act. 2. & 6.

Conſtantinop. 6. in ſubſcriptione Legatorum Apoſtolicæ Sedis act. 17.

Conſtantinop. 8. cap. 21. & in ſubſcriptione Legatorum Adriani Pontificis.

Romanum ſub Silueſtro cap. 20. Aphricanum cap. 35. Meluitanum epiſt. ad Innocentium Papam, Carthaginenſe ad eundem apud Auguſt. vtraque extant 90. & 92.

Romanum 3. ſub Symmacho, & quartum ſub eodem cap. 3.

Hinc furens impia, immanique, ſed falſiſſima ſatyra, Innocentium III. perſtringit, quod in Concilio Lateranenſi commentus ſit Patriarchas Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum, quis dignior præferretur, decertaſſe, Sanctionem ediderit tit. d. dignit. cap. 5. cuius Canonem à Gregorio Papa relatum cap. ordo dignitatis

Digitized by Google

de priuileg. ore ſacrilego falſitatem , & impoſturam appellat, his potiſſi mum ratiocinationibus.

N. Prima quod Patriarchæ Alexandrino huic Synodi intereſſe ſui perhibuere, nulla ergo cum abſente potuit eſſe differentia, quod ſi legatos miſit, cum nullatenus conſtet mandatum adhoc dediſſe, præſumi non poteſt eius mandato hac de re egiſſe, ſiquidem mandatum à Iuriſtis facti eſſe dicitur, quod nunquam præſumitur. Menda-cium.

N. Altera quod antiqua hæc diſcordia ab Innocentio aſſerta, iam definita fuerat in Concilio Conſtantinopolitano cap. 3. cuius decretum Iuſtinianus confirmauerat, Canonem igitur Innocentij ſuperuacaneum, & nullum tanquam de re iam iudicata, & obſeruata ſtatutum in præiudicium abſentis, & non auditi. Menda-cium.

Sed Meminiſſe oportet vt in expunctione cap. 5. ad hunc ipſum Canonem adnotatum eſt in Nicæna Synodo primam omnium Patriarchalium Alexandrinam Eccleſiam can. 6. fuiſſe declaratam, & licet in præiudicium ipſius Conſtantinopolitani Antiſtites conniuentibus Imperatoribus, Primatum ſibi arrogare tentauerint, Pontifices tamen vt iura ſua cuique ſeruarentur, ſemper obſtiterunt, prout Damaſus in Concilio Romæ coacto anno ſequenti, poſt d Conſtantinopolitanam Synodum, præſentibus Legatis Imperatoris, conſtitutionem pro Alexandriæ Patriarcha innouauit, Leonem Anatolius hac in re Aduerſarium habuit, & legati Apoſtolici vbi à Concilio Chalcedonenſi Sanctionem pro Conſtantinopolitano Primatu, ipſis abſentibus indictam fuiſſe cognouerunt, reclamarunt quidem, effe-

Digitized by Google

ceruntque, vt in ea parte corrigeretur, Ideo Pontifex Leo epiſt. 59. alijſq; hac de re ad Chalcedonenſe Concilium ſcriptis, acriter quidem damnat ambitioſam Anatolij ſuperbiam, quod propriam Sedem Antiochenæ, & Alexandrinæ præferre attentauerit.

En igitur controuerſia vera, & non ficta adhuc indeciſa, quæ cum ab alio diffiniri non poſſet, niſi ab eo, qui vniuerſæ Eccleſiæ ſupremus eſt Iudex, Innocentius proprio iure, ſuo decreto diremit.

Neque Patriarcham Alexandrinum adeſſe neceſſum fuit, cum quia vocatus detrectauit venire, & aduerſus contumacem, inquit I. C. omnia iura clamant, tum etiam quoniam per ſuos legatos interfuiſſe ipſe Aduerſarius fatetur, teſtantur quoque Blond. lib. 6. decad. 2. in fin. Nauacler. generat. 41. & alij Hiſtorici; mandatum igitur non præſumitur, ſed datum inde conſtat, quod tanquam eiuſdem Patriarchæ procuratores in Concilio fuerunt, legatio autem tanquam neceſſarium antecedens mandatum præſe fert, & pro actus validitate ſemper eſt præſumendum, præſertim pro Concilio adeo inſigni celeberrimoque, vt vetuſtiſſimis illis, quorũ maxima apud omnes ſemper fuit authoritas, iure optimo cõparetur à Surio: qua ergo frõte effrons iſte hæc imponit?

Mẽdacia plurima.

N. Præterea nulla omnino eſſet ſanctio Innocentij defectu poteſtatis, ſiquidem anno. 963. Leo. VIII. in Concilio generali, omnia iura Eccleſiaſtica ceſſit Othoni I. eiuſque ſucceſſoribus, adeo quod Papam, cæteroſque Prælatos inueſtituram deinceps ab Imperatore petituros fore, in eodem Concilio ſtatutum fuerit: nullam igitur Innocentius iuriſdictionem iudicandi inter Pa-

triarchas, anno.1215. habebat.

SEd multipliciter & turpiſſime quidẽ mentitur primò quoniam non à Leone, neque à Concilio, ſed à Populo, antequam Leo Pontifex renunciaretur, hæc geſta ſunt.

Secundò, Quia nihil fuit Othoni conceſſum, ſed promiſſio tantummodo facta.

Tertiò, Nam de Inueſtitura Epiſcoporum nec verbum quidẽ factum legitur, apud Lutpr; qui eo tempore vixit, lib 6. Hiſt cap. 6. vbi inquit, *Ciues verò Sanctum Imperatorem cum ſuis omnibus in vrbem ſuſcipiunt, fidelitatemque promittunt, hæc addentes, & firmiter iurantes, nunquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos, præter conſenſum atque electionem Domini Imperatoris Othonis, Cæſaris Auguſti, filijque ipſius Regis Othonis, poſt triduum rogantibus tum Romanis Epiſcopis*, &c. Atque geſta in Synodo narrans nihil prorſus de hac conceſſione ſcribit, quod ſi Platinæ auctoritatem obiciet, vel ipſam haud legiſſe reponam, vel non animaduertiſſe, vt nihil prorſus de inueſtituris hiſce dicat, ſed Leonem ob inconſtantiam Romanorum auctoritatem eligendi Pontificem à populo ad Imperatorem tranſtuliſſe, neque vllam de ſucceſſoribus mentionem facit, atque hoc merũ eſſe commentum in cap. 8. demonſtrabimus.

At *Cuius ponderis*, inquit, C. Baron. tom. X. anno. 963. *eſſe potuit, promiſſio à Laicis facta in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, quæ licet à Cardinalibus vel à Synodo emanaſſet, nullam tamen fuiſſe ſatis conſtat, quod Ioannes Pontifex nondum damnatus, aut depoſitus, ſupremam adhuc retinebat poteſtatem, quæcunque ergo geſta ſunt, omni prorſus authoritate*

Digitized by Google

mirum ratione, inquit doctiſſimus Coſteus in examine ad Myſterium iniquitatis Mornei pag. 1161. quod præſentientes Eugenium, de abolenda Pragmatica ſanctione cogitaſſe, perfugium aduerſus eius ſententiam ſibi voluerint comparare, Concilium Oecumenicum ſupra Pontificis auctoritatem euehentes, quorum tamen opinio perpaucos admodum habuiſſe propugnatores, omneſque ferè Academias, Pariſienſi excepta, contrariam aſſeruiſſe ſententiam dicit, præter caſum hæreſis & Schiſmatis, quod etiam C. Bellarminus docet lib. 2. d. Rom. Pont. profecto ſententiam Concilij Papa reuocare, & de eius nullitate cognoſcere poteſt c. Cuncta per mũdum 9. q. 3. c. non licet diſt. 17. at Concilium ſententiam Papæ non irritat, vel de ea iudicat, niſi ipſo præſente, & conſentiente, vel id permittente ſpeciali mandato, Anton. Roſell. p. 3. ſuæ Monarchiæ c. 21. quia caſu hæreſis excepto à nullo iudicari poteſt, Ant. Roſell. d. p. 3. c. 27. Non ergo vllam in Papam habebit poteſtatem.

Sed concedamus, & veram eſſe Pariſienſium aſſertione, haud tamen mendacium eſſe ampliſſimum deſinet, Concilium namque Baſilienſe legitimum fuit, donec Eugenius ipſum Ferrariam tranſtulit, quo poſt dictam trãſlationem Legatus, cæteriq; Cardinales, duobus exceptis Arelatenſi & Hiſpano qui munus præſidendi propria authoritate ſibi illegitime arrogarunt, omneſque ferè Prælati ſtatim cõceſſerunt, vnde pauci illi Refractarij qui Pontifici obtemperare peruicaciter recuſarunt: quamobrem ex legitimo Concilio in Sancto Spiritu coadunato, Diaboli Conciliabulum effecerunt: eſt

Digitized by Google

enim hoc communi aſſenſu receptum ab omnibus Catholicis, nullum poſſe dari legitimum Concilium, niſi quod iubente, vel conſentiente, aut probante Papa, indictum, coactum, habitumque ſit, vt Sacræ Scripturæ, Conſiliorum, Patrum, Theologorum & Canoniſtarum teſtimonio probatum in 4. cap. animaduerſione, & alibi paſſim repetitum eſt: ipſo igitur Papa diſſoluente, reuocante, aut improbante, quæ conuocata, ſeu acta fuerint, illegitima eſſe neceſſario ſequitur: cum ergo Concilium Baſilienſe tempore quo Eugenium depoſuit, Concilium amplius legitimum non eſſet, nullam prorſus habuit poteſtatem, nulliter ergo & temere Pontificis depoſitionem attentare præſumpſit, vnde Platina in Eugen. id totum actum inſtigatione Philippi Vicecomitis, qui cum ægrè admodum tuliſſet, quod Florentini adhortante Pontifice Franciſcum Sfortiam Venetis auxilio miſerint, inquit, *Cum his agit, qui in Baſilienſi Concilio erant, vt Eugenium citarent, fecere illi id quidem bis terque, verum cum id ex ſententia ei non cederet, eo dementiæ eos perpulit, vt abrogato Eugenio Amadeum Sabaudiæ Ducem ſocerum ſuum, qui Eremitarum vitam ad Ripaliam cum quibuſdam nobilibus ducebat, Pontificem crearent, Felicemque appellarunt.* Vide igitur quis accuſator, & quæ cauſa huius temerariȩ iniuſtiſſimæque depoſitionis fuerit, atque his potiſſimum rationibus probat Turrecrem. in ſumm. d. Eccl. lib. 2. cap. 100. Concilium Baſilienſe à principio legitimum quia ab Eugenio fuerat indictum, poſtea Conciliabulum, primo quia noluit recipere eos qui miſſi fuerant ab Eugenio vt præſiderent eadem authoritate qua Legati Apoſtolici in alijs Concilijs vniuerſalibus

præeſſe conſueuerunt. Secundo quia quàplures Prælati, & Doctores decretis factis obſtiterant. Tertio quia in fraudẽ Legatorum qui à Regibus Caſtellę & Anglię mittebantur, eorum aduentu non expectato, ea feſtinabant definire, quibus Legatos nolle aſſentiri ſciebant, quod potiſſimum factũ eſt in ſeſſ. 18. Quarto quia factionibus & conuenticulis omnia ibidem fiebãt, idem aſſerit Sanderus d. viſibil. Monarch. lib. 7. quamobrem nullus fuit Catholicus Princeps, qui Felicis electionem, aut Eugenij depoſitionem probare voluerit, imo Carolus VII. Francorum Rex, qui Concilio Baſilienſi patrocinium omne ſemper præſtiterat, Legatis eius aperte reſpondiſſe teſtatur author annal. Francorum anno. 1440. *Quod poſtquam, neque electio Fœlicis, neque Eugenij abdicatio iuſtè & legitimè factæ ſibi videbantur, atque adeo valde dubitaret, an tunc Concilium illud de re tanti ponderis cognoſcere, & ſententiam ferre potuerit, ipſe Eugenium, vti ſummum, verumque Pontificem ſemper agnoſceret, donec generale Concilium, vel Gallicana Eccleſia aliter decreuiſſet.*

At nulla maior hac de re probatio poteſt adduci, quam ipſius Concilij Lauſania diſſolutio, & Amadei ſpontanea abdicatio, atque verò Pontifici Nicolao præſtita obedientia, eiuſque Concilij confirmatio, in his tantùm, quæ de Beneficijs Eccleſiaſticis, in eo diſceptata fuerunt, quamobrem in alijs improbatum pœnitus fuit, vt ex Bulla Nicolai V. approbationis dicti Concilij & nouiſſima Synodo Lateranenſi ſeſſ. 11.

Idque confirmauit Pius II. in ſua Bulla retractationis, eorum, quæ pro dicto Concilio Æneas Siluius ſcripſerat, irrides quod palinodiam cecinerit, & D. Auguſti-

Digitized by Google

nus retractationes edidiſſe non erubuit, humanũ quippe eſt peccare, ſapientis reſipiſcere, atque errata corrigere, Diaboli verò eiuſque Sectatorum peruicaciter malo inhærere: vtinam & vos qui nõ errore decepti, ſed praua tantum voluntate prolapſi eſtis, palinodiam canere tandem aliquando addiſcatis. Epiſcopi autem Famaguſtani, & Antonij Roſellij authoritatem, non pluris ſane facio, quam Lutheri, & Caluini feciſſem, quos & Turrecremat. & Sanderus ſupra relati & C. Bellarm. d. Concil. lib. 2. affatim refellerent. Alij igitur erunt excitandi teſtes.

Mendacium. N. Præterea Eugenio non licuit diſſoluere, atque ad alium transferre locum, Concilium Baſilienſe, quod in executionem Conſtantienſis, de celebrandis Concilijs, ſingulis decennijs indixerat, miſſiſque Legatis aperuerat, & inchoauerat.

Mendacium & hoc eſt, quoniam eadem Conſtantienſis Synodus ſeſſ. 39. expreſſe declarauit, quod Pontifex Concilij locum mutare, atque aliò transferre poſſet.

Impoſtura. N. Quoniam diſſoluere attentauit, poſtquam Reus erat effectus, accuſationibus in ipſum delatis, & Citationibus in eum decretis, quamobrem hoc animaduertens cunctas poſtmodum reuocauit conſtitutiones, quas aduerſus idem Concilium promulgarat, illudque denuo confirmauit vt ipſa Concilij acta probant, licet poſtea iterum diſſoluere conatus ſit.

Impoſturam hanc non ſolum detegit Platina ſuperius relatus dum Philippo Vicecomite inſtigante crimina

Digitized by Google

huiuſmodi in Eugenium cõmẽta dicit, ſed S. Antoninus eam aperte reuincit 3. p. Chronic. tit. 22. §. 4. rem totam explicans, *Animaduertens*, inquit, *Eugenius ex fideli multorum relatione, illos congregatos non vacare ad extirpationem hæreſis Boëmorum, & reformationem Eccleſiæ, propter quod Concilium fuerat ordinatum, ſed ad deformationem, & conſpirationem contra ſe, ad eum deponendum, ne Schiſma ſequeretur, deſtinauit ſolemnes Oratores Eccleſiæ Prælatos Baſileam, ad monendum illos, vt deſiſterent ab inceptis rationibus, reuincendo intentatum opus eorum, ipſumque Concilium authoritate Apoſtolica diſſolutum eſt, & legatus reuocatus ab ea præſidentia,* &c.

At vbi reſipiſcere noluerunt, ſed Congregatione illa facta, Cõciliabulo, & Synagoga Sathanæ, authoritate ſua temerariæ præſumptionis cæpit Eugenium ad Concilium citare, ſollicitati ad hoc à Duce Mediolani ægre Pontificatum eius ferente, quia non ſibi fauebat Imperator Sigiſmundus iam coronatus illuc adueniens, omnino ſub cõminatione hoc fieri prohibebat, cum Schiſma immediate præteritum, cum tanto labore vix fuerat ablatum, &c. *Veneti quoque ſe mediatores conſtituerunt ad reconciliandum Cardinales aduerſos Eugenio, quo peracto inde abeundo reuerſi ab eo benigne recepti ſunt, & in dignitatibus ſuis permiſſi, exceptis Arelatenſi & Hiſpano qui in Baſilea remanſerunt,* &c.

Idque literę Imperatoris in appendice eiuſdem Concilij teſtantur, quod ſi Pontifex aſſenſit, Conciliumque confirmauit, bella quibus vndique vrgebatur, vt refert Platina, in cauſa fuere, denique Ferrariam transferundum Concilium duxit, iure ſane optimo, ne Imperator Græcus diuturnioris ad Baſileam itineris cõficeretur tæ-

dio, prout Pius II. in ſua retractatione demonſtrat.

Contradictio & Mendacium.

N. Nullum quoq; & inane exiſtimat, quoad Græcos, decretum ipſius Concilij Florentini de Primatu Papæ, licet Ioſeph Patriarcha, & tres tantum Epiſcopi Græci, Nicænus, Rutenus, & Epheſinus, qui cum Imperatore ſoli venerunt, aſſenſum præbuerint, quoniam conſenſus Prælati, Eccleſiæ ſuæ iuribus præiudicium inferre non poterat, Abb. & Felin. in cap. verùm d. for. compet. præſertim abſentibus cæteris Epiſcopis, qui poſtquam eorum intererat ne præeminentia Patriarchatus Conſtantinopolitano ſubijceretur Papatui, ideo Epiſcopus Epheſinus per totam Græciam contrarium cepit prædicare.

Contradictio hæc manifeſta eſt, nam in cap. 4. & 5. Concilij Conſtantinopolitani hic ab eo adductis ſtatuitur, Patriarcham Conſtantinopolitanum eſſe omnium primum, poſt Romanum Pontificem, quod Anatolius Patriarcha in Synodo Chalcedonenſi, etiam decerni curauit, ipſumque Iuſtinianum pluribus ſuis conſtitutionibus declaraſſe in hoc cap. repetit: quomodo ergo Ioſeph Eccleſiæ ſuæ præiudicium intulit, aſſenſum præbendo in re ab alijs Concilijs Græcorum, & ab ipſis Conſtantinopolitanis iam definita.

Mendacium.

Mentitur autem quod tres dumtaxat ſupra nominati Epiſcopi & Patriarcha cum Imperatore ad hanc conuenirent Synodum, ſiquidem in calce actorum ipſius, decem & octo ſubſcripſiſſe conſtat, quorum quatuor etiã tanquam locum tenentes Patriarcharum Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymæ, aliorumque Præſulum vice, & plures alios Prælatos, & Abbates interfuiſſe con-

Digitized by Google

ſtat, Epiſcopi autem Epheſini nomen inter hos non legitur, quod ergo cum alijs conuenire noluerit, neceſſariò ſequitur: at vbi Imperator, & cum eo omnes fere Orientalis Eccleſiæ Metropolitæ aſſenſere, non vtique aliorum, qui non interfuerunt requirebatur conſenſus, quia factum à maiori parte, ab omnibus geſtum dicitur, toto tit. d. his quæ fiunt à maior. part. &c.

N. Græci Concilium Florentinum, licet Imperator ſeruari edixerit, ſemper reſpuerunt: Neque Beſſarionem ab eodem Imperatore Patriarcham deſignatum vnquam receperunt, ſed tempore, quo Turcæ Bizantio ſunt potiti, Gennadium, & poſt ipſum Iaſſonium Patriarchas crearunt, &c. Perperã.

NOua profecto res, at quem latet Gręca fides, Schiſmaticorum ſcilicet qui in tot Concilijs veritate ipſa ſemper victi Romanæ Eccleſiæ fidem vndecies amplexi ſunt, veruntamen in idem Schiſma continuo relapſi, Echius. lib. 3. d. primat. Petri cap. 16. Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Antiſtitem, ad Patriarchatum euectum, non ſolum Antiocheno, Alexandrinoque præferre, ſed vniuerſalis nomine vſurpato, ipſi Romano Pontifici temere nimis æquare curarunt, & quamuis Anathematis ſententia, hanc vnam ob cauſam toties ſubierint, nunquam tamen reſipiſcere didicerunt, Beda in lib. d. ſex. ætat. in Phoca Adoni Chroni. Paulus Diacon. d. reb. Rom. lib. 18.

Sed expunctionem hanc claudant, non quidem tot Concilia in Græcia habita, non Patres Græci, qui quot quot ſcripſerũt, Primatum Romani Pontificis in omnes Eccleſias diſerte aſſeruerunt, ſed ipſi Conſtantinopoli-

Digitized by Google

tani Præſules, qui Papam vniuerſalis Eccleſiæ Caput, & Principem aperte fatentur, Acacius epiſt. ad Felicem, Ioannes epiſt. ad Hormiſdam, Mennas de quatuor Concilijs, Eutichius epiſt. ad Vigilium, Ioannes epiſt. ad Conſtantinum, Taraſius in Synodo Nycæna 2. act. 2. & epiſt. ad Hadrianũ, Methodius in martyrio S. Dionyſij Areopagitę, Photius epiſt. ad Nicolaum 1. Ignatius epiſt. ad eundem Nicolaum, Ioſeph. in Concilio Florentino ſeſſ. vltima.

CAP.

Digitized by Google

CAPITIS VII.

ASSERTIO.

PAPAM ROMANVM, N.

NVLLO MODO POTVISSE PRÆSCRIBERE PRÆEMINENTIAM SVPER ALIOS PATRIARCHAS eorumque Suffraganeos.

ANIMADVERSIO.

DEVS vnus eſt, & Chriſtus vnus, qui vnam, fidei vnitate, Sacramentorum communione, viuis ex Lapidibus conſtruxit Eccleſiam, ſuper vnam eandemque firmiſſimam petram eius voce fundatam, in qua & vnam conſtituit Cathedram, quoniam verò æqualis plurium poteſtas, & par honor diſſidijs ſimultatibus, atque æmulationibus Rempublicã diſtrahunt, non paucorum, non populi dominationem in-

Cypr. epiſt. 8. lib. 1.

Chryſ. Hom. 34. in 1. ad Corinth.

ſtituit, ſed vnum dumtaxat Moderatorem, Caput & Principem ei præfecit Petrum, vt Eccleſię ſuę exordium ab vnitate proficiſceretur. Atque hinc factum eſt, cum diſcipulos percuntaretur, quem homines ipſum eſſe exiſtimarent, non quod eum cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, hæc vllatenus laterent, verum ipſi Petro veritatis Oraculum ſuggeſſit, quod omnes alij ore illius diſcerent, cui credere, atque obtemperare debebant, vt charitate perpetua inuicem cōnecterentur tanquam membra ſub vno Capite, vni ſubiecti animarum ſupremo Epiſcopo, qui in hac Romanæ Eccleſiæ Cathedra, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt, cæteris præſideret Eccleſijs.

Verùm enim verò, quoniam abſque authoritate
Matth. 18 gliſcit Imperium, ſupremæ in omnes poteſtatis eidem tanquam Eccleſiæ fundamento contulit claues, ipſique cæterarum Eccleſiarum, eorumque Præſulum curam demandauit, quorum omnium ſicut fidei profeſſione vnus eſt Grex, ita licet pluribus creditus ſit Paſtoribus, diuidi tamē ab eis nulla ratione poteſt, quoniam monet
Ioan. 21 ipſe Deus in Euangelio, *Et erit vnum Ouile, & Vnus Paſtor.*
Cypr. d. vnit. Eccl. Epiſcopatus ergo vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur, quod ordine tantum ſint pares, non poteſtate, quæ ab vno Petro, veluti à fonte & radice manant, cæteris cōmunicatur, vt vnitas in origine ſeruetur.

Hinc itaque Petri omnis manauit poteſtas, & hunc diuinæ vocis oraculo, Primatus ſui ſymbolum habet.

Sed quoniam Eccleſia Dei Regnū eſt, quod in æternum non diſſipabitur,, quia in ſe non eſt diuiſum, verum ſumma cohæret concordia, qua etiam paruæ res

Digitized by Google

creſcunt, quemadmodum diſcordia maximæ dilabuntur, in ea vnius Petræ firmitate adhuc ſtat, eò fore permanſurum, donec deſolentur ciuitates abſque habitatore, & domus abſque homine, & terra relinquetur deſerta, ipſa veritas edixit. *Eia miſeri Nouatores, quorum Schiſmata ſemper initio feruere videntur, incrementa vero habere vel augeri, quod illicite ceperint nunquam poſſunt, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficiunt.* Cypr. epiſt. 4. lib. 2. Nemo inficias itaque ibit quod eodem quoque pacto ſicuti à principio eademque ratione ſupremo Paſtore Eccleſia indigeat, non eſt corpus abſque capite, quo ſublato & ipſum ſi naturale, corrumpitur, myſticũ verò ſtatim diſſoluitur: neque enim Deus quamuis ſingularis bonitas eius ingratos quotidie nanciſcitur, æſtimatores hominum ad inſtar iraſcitur, à promiſſis recedit, haud quos amat odit, deſerit, ſed cõmuni bono ſalutaris illius potentia publici ſtatus curam omnimodo, & omni tempore gerit, atque Eccleſiæ ſuæ tutela ſemper excubans nunquam eam deſtituet, aut abſque Moderatore relinquet.

Ne igitur ea mutetur vnitatis forma, qua in vnum à principio fuit coacta, cui huiuſmodi Primatus tribuere Ius, iure poteris? niſi ei, qui in Romanæ Eccleſiæ Cathedra, vice Chriſti, & loco Petri, continuata ſucceſſione ſufficitur? cum cæterarum Sedium Patriarchalium Series Præſulum obtruncata comperias, in hac verò teſtis eſt Auguſt. Contra epiſt. fundam. c. 3. *Ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui poſt reſurrectionem ſuam Oues Dominus commendauit, vſque ad præſentem hunc Epiſcopatum, ſucceſſionem Sarcedotum legitimo, & nunquam interrupto ordine continuandum vides.*

En igitur quò Romani Pontificis Monarchia ſua re-

Digitized by Google

fert initia, atq; hinc legitimę ſucceſſionis titulum hauſit, Diuino iure munitum, dum Chriſtus in Petro Pontificatum ea lege inſtituit, vt ad extremam vſque diem perpetua vice, omnis qui Petro in Cathedra ipſius ſuccederet, Paſtor & Caput vniuerſæ Eccleſiæ fieret: quamobrem ad illud iniquum præſcriptionis remedium, quod in odium eorum qui res proprias incuria negligunt, lex humana iuſte inuenit, Romanis Pontificibus confugere opus non eſt. Falſa ergo, inepta & Hæretica huius Capitis Aſſertio eſt.

Digitized by Google

CAPITIS VII.

EXPVNCTIO.

QVONIAM Falſitatis Aſſertor, falſum ſuperius iecerat fundamentum, ſuper quod mendaciorum, & impoſturarum impium conſtruxit ædificium, conuiciorum calce conglutinatum, Canone videlicet illo Concilij Nycæni, quo ſingulis Patriarchis, Diæceſeos certis præſcripſit limitibus, toties iam, & ad nauſeam vſque vltra repetito, & ratificato, ſed non adhuc ſat percepto, nulla hic expunctione opus erit, poſtquam illud in 4. & 5. cap. expunximus, quod nihil prorſus de Romani Pontificis authoritate eo Canone ſtatutum ſit: totam ergo corruere ſtructuram ſtatim contigit.

Quorſum ergo tot iuris regulas Tyronibus ipſis tritiſſimas congerere, ac ſi aciem inſtrueret, arcem Romani Primatus expugnaturus, vt probaret non potuiſſe

Digitized by Google

Pontifices extra eorum Diœceſim Præfecturam ſuper alios Patriarchas,eorumque Suffraganeos præſcribere, quoniam Iuriſdictio Epiſcopalis quid ſpirituale cum ſit, humani Iuris diſpoſitioni non ſubiacet.

Quod ſi teres rotunduſque hactenus non animaduertit,hanc Papæ ſupremam Iuriſdictionem ipſius Chriſti verbis ad omnes totius Orbis porrigi Catholicas Eccleſias, quas eius ſubiecit Imperio, diſcat tandem ex ipſo Euangelio Matthæi & Ioannis, atque ex Chryſoſt. hom. 55. in Matth. & Ioann. cap. 21. & Cyrillo lib. 12. in Ioan. Theophylact. in cap. vlt. Ioan. & in cap. 22. Lucæ Auguſt. in d. cap. 21. Ioan. & ſerm. 124. d. temp. Ambroſ. in cap. vlt. Lucæ, & ſerm. 47. imo ab omnibus Græcis & Latinis Patribus, ſciatque nullum quamuis generale Concilium, in his quæ Diuini ſunt iuris habere poteſtatem, vnde neque licuiſſet Synodo Nycenæ contrahere, atque vnius Prouinciæ intra fines concludere eam Romani Pontificis ditionem, quam Chriſtus omnem voluit Orbem complecti.

Mendacium. N. Mendacio autem ſatis frigido, ſed valde inepto caput iſtud claudit: Romanus, inquit, Pontifex Sanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani ideam quamdam ex Aurichalcho creat, quam ſub pedibus conculcatam habet, dum ipſe in Capella ſedet.

AT miror quod nullum aduocet teſtem, vt ſaltem aliquam ei fidem adderet, vel cur potius ex auro hanc ideam non effinxit, eodem profecto ſumptu præcioſiori metallo efformaſſet, atque maiorem Pontificis faſtum in inuidiam & odium traxiſſet; & quid hoc inſulſius, ſed quid impudentius perditiſſimus poterat com-

Digitized by Google

miniſci? hæc quidem ridicula impoſtura illi admodum ſimillima eſt, quam de Alexandro. III. impij Eccleſiæ Hoſtes promulgarunt, quod ſcilicet Friderici ad eius pedes procumbentis collum pede in terram preſſerit, qua de re nullus vnquam ſcriptor verbum fecit, vno Mutio excepto, qui tamen affirmare non audet, ſed tanquam vulgo latum, incerto retulit authore: Mirum ſanè eſt, quod cæteri Sectarij non animaduerterint, neque vllus ſit, qui hanc Ideam non viderit! Sed quoniam Idea eſt in capite ipſius, ſcilicet opulentiſſima officina mendaciorum procreata, nulli alteri potuit innoteſcere, donec nouus Plato Idearum Impoſtor eam exploſerit.

Mutius in Chron. Germ. lib 18.

N. Sed quid opus eſt Idea, ſi Papa vt idem poſtmodum dicit, dum celebrat, ipſo Patriarcha pro ſuggeſto vtitur, qui librum apertum illi ſubminiſtrat, res quidem ita ſe habet, & hoc clarius demonſtrat Romano Pontifici ſubiectum eſſe Patriarcham Conſtantinopolitanũ, qui munus iſtud obire non dedignatur, quia verus & legitimus Patriarcha cum ſit, hoc maximæ dignitatis, ſummique honoris ſymbolum eſſe cognoſcit, horret Schiſmaticus pſeudo Antiſtes, qui dum Chriſti iugo leui quidem & placido, ſuperbam ſubicere ceruicem recuſat, Barbari Tyranni mancipium, diræ ſeruitutis grauiſſimo onere fœdius premitur: hũc autem nouus Apoſtata ſanctiſſimum appellat, quoniam propius Turcis quam Catholicis Hæretici omnes accedunt, vel eos potius impietate, & perfidia antecellunt, præcipuè verò impijſſimi Caluini Sectatores.

N. Extremum denique quod huic addit, & ipſum effrons Sacrilegumque mendacium eſt, quod Papa con-

Mendacium.

tra inſtitutiones Apoſtolorum creat Epiſcopum Italum in Ciuitatibus ab infidelibus occupatis, vbi alter prius ab eodem Patriarcha inſtitutus reſideret.

At vbi hæc eſt Apoſtolica conſtitutio edicat, locum indigitet, verba adferat: profectò & hæc Idea ex eadem officina prodijt.

VErùm quid hoc ſibi vult, niſi Schiſmaticum Pſeudo Patriarcham, Summo Sacerdoti, & vero Pontifici præferre, vel ſaltem æquare, vt Papæ qui omnium Eccleſiarum eſt Caput, non liceat in Prouincia Conſtantinopolitana Epiſcopum conſtituere, ſi poteſtate ſibi à Chriſto collata, & ipſos Patriarchas inſtituere, & Sede mouere proprio iure poteſt, quod Romanos Pontifices re ipſa pluries feciſſe ad 4. cap. exemplis, & authoritate probauimus. Pudeat igitur Sectarios tales huiuſmodi Congerronum, eoſque ad ferulam denuò reuocent.

Digitized by Google

CAPITIS VIII.

ASSERTIO

N. PAPAM EX DISPOSITIONE CONCILII GENERALIS ESSE SVBDITVM IMPERATORI, ET ab eo inueſtituram petere oportere.

ANIMADVERSIO.

RELIGIONE, & Iuſtitia humanum genus contineri, regi, & gubernari nemo eſt qui ambigat; vtramque dignitate, & auctoritate vigere ratio, & vſus adeo comprobauit, vt omnes Politici primum Religionis, ſecundum iuſtitiæ humanæ vitæ fulcrum, & ciuilis ſocietatis vincula mutuo nexu complicata iure conſtituerint. Religio enim ſine iuſtitia, vt nec dignitas ſine auctoritate, & verſa vice Iuſtitia ſine Religione, quemadmodum auctoritas ſine dignitate,

Digitized by Google

ægre conſiſtere poſſunt: Reges qui præambulant populo, primum & ante omnia præmonſtrare debent reuereri Deum, & eos qui illius vice in terris funguntur, ſecus ſi faxint, ſuopte inſtinctu irrepit ſacrorum contemptus, ac ſubinde Regnorum breues periodi, atque euerſiones: è re igitur Principum videtur præcipua Religionis cura, & ſacrorum veneratio, Ariſtoteles ipſe docet,
1. Polit. cap. XI. *Oportet Principem res diuinas videri curare ſerio, & ante omnes.* Vſus ipſe ſuadet Principes Religione non modo tueri Regna, atque ſemetipſos, verùm etiam augere. Tantum igitur abeſt Reges ſine Dei cultu, ſine ritibus, ſine Sacerdotibus, ſine Præſulibus, ac ſine ſumma Pontificum auctoritate, & dignitate Regna tenere, dirigere, atque perēnare poſſe, vt pauxillum imminuta illorũ exiſtimatione, aut opinione, diu ſeruari non poſſint, iure itaque optimo publico bono, pio atque paterno affectu, non autem aliqua dominandi cupiditate, vt Sectarij interpretantur, priſci illi Chriſtianæ pietatis parentes, à Chriſto edocti inſtituere, vt Reges ſubditi eſſent illi à quo propria Regni, atque publica ſalus penderet, & maiorum veſtigijs inhęrentes Pontificem venerarentur magis quam inceſſerent, nec diſſidia paterentur, aut factiones in illum inſurgere, à quo vniuerſa ſalus, & publica totius orbis manat quies, ipſe enim pro nobis Conſilio excubat, rationem animarum omnium ei redditurus, qui vni Petro vniuerſæ Eccleſiæ regimen ea lege demandauit, vt vice ipſius factus forma gregis ſibi concrediti, eundem imitaretur Principem Paſtorum, qui pro Ouibus, & Agnis ſuis, ſine vllo dignitatis diſcrimine, proprium ſanguinem æque effudit, exemplum verò

Digitized by Google

cæteris præberet Paſtoribus, vt ipſi quoque pro nobis magnæ prodigi eſſent animæ vbi Salutis noſtrę id neceſſitas ferret, ideoque Petrum ter interrogauit, an eum plus cæteris diligeret, & illo annuente ter repetitum ſubdit Chriſtus, hoc vnum ſuæ in ipſum dilectionis ab eo exigens argumentum, vt gregem ſuum paſceret, ad cuius fęlicitatem procurandam Regale iſtud Sacerdotium inſtituit, ab ipſo Petro in cæteris eius Succeſſoribus, Pontificio ſupremæ poteſtatis munere viciſſim propagatum, cuius ſi cum Imperij faſtigio Maieſtatem conferas, tanto cõperies hanc præcellere, quanto Sacerdotum grauius eſt pondus, qui ipſorũ etiam Imperatorũ veluti Patres curam gerunt, atque diuinæ res præſtant humanis: ſicuti ergo naturæ, & honeſtatis lex parentum imperio filios ſubdit, quorum eſt obſequi, & parere, vnde plurimum honoris ſibi addunt Imperatores & Reges, itidem ſanctiſſimum Patrem reuereri, eiuſque monitis parere, & iuſſis obtemperare, eiuſdem legis neceſſitate, & cęteris arctius tenentur, quod publicę vtilitati pręcipuè congruat, ſubditis namque omnibus natura, quę duci & non cogi vult, hoc præcipuè inſitũ ſit, Principum mores, & geſta ſedulo imitari, quare vitam ipſorum perpetuam cenſuram, ad quam dirigimur, & ad quam conuertimur, iure optimo Plinius dixit, obſequium in Principem, & æmulandi amor, validiora, quã pęna ex legibus, vnde non tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo, hæc enim conditio Regum, vt quidquid faciunt præcipere videantur, hinc aureum illud dictum, qualis fuerit ciuitatis Princeps, talem quoque populum futurum. facilius eſt, inquit Theodoricus Rex

Digitized by Google

Gothorum, errare naturam, quam diſſimilem ſui Princeps poſſit Rempublicam formare, atque eã potiſſime ob cauſam, quod in ipſo Romano Pontifice Deum venerentur, cui fortunam, imperium, & vitam debent. Agnoſcat igitur Imperator ſe ſe non Paſtorem, ſed agnum è Chriſti grege eſſe, eaquepropter ſubiectum Paſtori, à quo ſuffragia expoſtulat, benedictionem ſperat, indulgentiam rogat, quamuis Mundi pompa videatur pręcellere: nam quod infirmũ Dei eſt, omni humana poteſtate fortius eſt. Procul recedãt prophani aſſentatores ab Aula, quibus omnia Principũ honeſta atq; inhoneſta laudare mos eſt, & in aures eorum ficte & ſimulate quęſtus ſui cauſa inſuſurrare, his obſidẽtibus nemini recta ſuadenti ad eos patet acceſſus, adeo vt in omni rerum copia hoc vno indigeant Veridico Monitore, lex probitatis, & mentis eſt, quæ hominem viuentem ſine lege coërcet, vt moribus impendat, quam neceſſitati debet diſciplinam: omnis quidem poteſtas à Deo eſt, ſed quæ à Deo conſtituta ſunt, ordine quoque admirabili digeſta, atque diſcreta reperiuntur, vni profecto Petro à Domino dictum eſt, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in Cælis, itaque qui rebus eſt præſtitutus diuinis, humana ſubiaceant Imperia, vt ſuo conſiſtant loco.* Homines certe, & non Dij ſunt, qui Regio diademate redimiti, leges alijs præſcribunt, poteſtate ſibi diuinitus conceſſa, qua vti, non abuti debent, *quæcunque enim geſſerint, quamuis ſub humano præuenerint iudicio, diuino tamen neceſſe eſt vt diſcutiantur examine.* At quonam pacto ea non potius abuſi ſunt, qui à Deo præſcriptum ordinem

Symmach. epiſt. ad Anaſt. Imper.

Symach. ibidem.

Gelaſ epiſt. cad.

Digitized by Google

perturbando, iura contempſerunt, violarunt, infregerunt, quaſi in iſto ſeculo diuinum non potuiſſet in eos animaduertere iudicium, quod ſuo periculo impius expertus eſt Theodoricus Arrianus Gothorum Tyrannus, qui poſtquam in Ioannem III. Sanctiſſimum Pontificem ſacrilegas, & ciuili ſanguine adhuc madentes iniecerat manus, atque inedia diriſſimo in Carcere confectum vita excedere coëgerat: Antiochi ad inſtar, qui in Iudæa libidine ſua Pontificem creauit, primus omnium Ius eligendi, confirmandique Romanum Pontificem, inauditum antea facinus, barbara violentia ſibi arrogare præſumpſit, ipſumque compulit Clerum ad eligendum Felicem, quem ille Siluestri nomine recreatum, temere confirmauit: quamobrem infelix accelerato repentinæ mortis exitio proſtratus, meritas tot Sceleribus luit pœnas. Hinc prima tanti mali labes, quoniam licet Valentinianus Senior, diffidentibus Romanis, quorũ pars Damaſo, altera Vrſicino fauebat, Vrſicini Schiſmatici impetum fregerit, ipſumque Vrbe expelli mandauerit, datis ad Prætextatum vrbis præfectum literis, non quidem iuris ſibi arrogandi, ſed Schiſmatis ſedandi cauſa, ipſoque Damaſo rogante, feciſſe conſtat, ſed Theodoricus eiuſque ſucceſſores, authoritatem impie vſurpatam, vi quoque tyrannica, ſuo exemplo ſibi poſtea vindicarunt. C. Baron. tom. 6. ann. 386.

Deinde Belliſarius, Gothis ſub Vitige Romam obſidentibus, eandem in Pontifices, exercere tyrannidem cæpit, qui Siluerium doloſæ fraudis prætextu, quod ad Gothos deficeret: ſed re vera, quia Theodoræ infenſus, qui Antimum ab Agapeto damnatum, atque ſolio Epi-

ſcopali eiectum, reſtituere noluit, in Pataram Lyciȩ exulem miſit, atque Vigilium in Petri Sedem intruſit, ſponſione ab ipſo præſtita, quod Theodoræ nutu Antimum in Sedem reponeret, atque auri centenaria duo perſolueret: deinde Siluerius Romam reuerſus, Iuſtiniano mandante, cui Epiſcopus Pataræ Sancti Spiritus excitatus afflatu, Sacerdotali libertatis zelo, iudicium Dei conteſtatus dixit multos eſſe in hoc mundo Reges, & non eſſe vnum ſicut ille Papa, ſuper Eccleſias Mundi totius, ſolio expulſus, denuo à Belliſſario in Inſulã Planariã deportatur, vbi inedia confectus martyr glorioſus occubuit: tunc Vigilius ſponte abdicata Pontificia dignitate, quam ſurperſtite adhuc Siluerio illegitime inuaſerat, legitime creatur Papa.

Procop. d. bello. Gothic. lib. 1. Liberat. in Breuiar. cap. 22.

Interea Iuſtinianus ſuum de fide edictum promulgauerat, quo omnes Orientis Metropolitæ excitati ſunt, quod Chalcedonenſi Synodo aduerſum eſſet, quamobrem animaduertens à Vigilij Papæ ſententia rem omnem pendere, ipſum Conſtantinopolim accerſiuit, quem ei, & Theodoræ morem gerere recuſantem, & ob id varijs moleſtijs exagitatum, denique relegauit, ſed eius conſtantia precibuſque victus Narſetis, qui trucidato Thotila, Gothos ſubegerat, Romam regredi ſinit, ac ſi ipſum Apoſtolica Sede mouere, aliumque eidem ſufficere in eius eſſet arbitrio, ita paulatim authoritatem à Theodorico per iniuriam vſurpatam, omnem ad ſe redegit, vt Pontifices, quorum poteſtatem, iam augeri incipientẽ verebatur, ne ad Gothos deficerent, ita deuinctos, eiuſque iudicio parentes haberet, ne ſuis conatibus obuiam ire amplius poſſent, ſicuti Patriarchȩ

Anaſt. in Vigil. C. Bar. tom. 7. anno. 554.

Digitized by Google

Conſtantinopolitani, quod ab Imperatoribus legerentur, eorum nutu cuncta gerebant: at qui non ſecus ac Theodoricus tanti Sacrilegij author, inuiſibi plaga ictus, *Cum omnia* inquit, *Eugarius, omnino turba, ac tumultu compleuiſſet, mercedemque his debitam extremo vitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia iuſto Dei iudicio, apud inferos luenda profectus eſt.*

Poſt Iuſtiniani tempora, Gothoſque iam exactos Longobardi ſub Iuſtino iuniore Auguſto, Italiam ex Pannonijs ingreſſi, ipſam fere omnem paulatim occuparunt, præter vnam tantum Romam, atque Regni Sedem Tycini locarunt, quorum barbaram feritatem Pontifices veriti, protectioni Imperatoris Conſtantinopolitani ſe ſe dederunt, eorumque auxilio, & præſidio Vrbem, & dignitatem tuebantur: quoniam verò ab ipſis leges, quas vellent, licet iniquas ferre ſatius erat, quam Longobardorum impium ſubire iugum nedum authoritate eorum Pontifices electi ſe ſe confirmari patiebantur etiam per Eſarchos, quibus Imperatores munus iſtud addebant, ſed pecunias ingentes, ſacrilegæ tyrannidis turpe pretium exſoluebant, atque ita res ſe habuit, ad Conſtantinos vſque, quorum Pogonatus, iniquum vectigal Agathoni remittens, Apoſtolicam Sedem hoc onere reſoluit. Alter verò in ſerie 3. facultatem eligendi, inaugurandique Pontificem, in Cleri poteſtate liberam eſſe voluit.

Verum vbi Imperium in Oriente, omnia ſibi Barbaris vindicantibus, ſenſim collabi animaduerterent, Pontifices, ipſique Imperatores in hęreſim lapſi, Romanam impugnarent Eccleſiam, quæ eorum deſtituta auxilijs

Digitized by Google

diriſſimè ab Aiſtulpho, Romæ inhianti, conflictabatur, ad Francorum potentiam, tunc in Occidente maximam confugiens Stephanus, aduerſus immaniſſimos hoſtes, à Pipino ſuppetias petijt, cuius exemplo Adrianus 1. qui à Deſiderio Aiſtulphi impietatis, & odij in Pontifices, cum Regno hęrede, calamitatibus innumeris exagitatus, fruſtra pacem rogauerat, ad Carolum, rebus quidem & nomine Magnum, ſe contulit, ipſumque in Italiam Romanæ Eccleſię auxilio euocauit, qui Deſiderium Papię obſeſſum, ad deditionem tandem compulit.

Tot igitur tantorumque beneficiorum, non immemor Adrianus, pactum cum Carolo inijſſe videtur, quod Pontifex poſt ſuam electionem, Legatos ad ipſum, eiuſque ſucceſſores, pacis, & amicitię gratia, quam primum mitteret, quod in maximam Eccleſię vtilitatem ceſſit, propter frequentes ambitus, Eccleſię nuditatem, populique colliſionem, ſiquidem ambitio eorum qui Epiſcopatum immoderate affectabāt, & Romanorū factiones Schiſmatibus inſtruxerant pedem dum quælibet pars vnum è ſuis in Sedem Petri conabatur intrudere, hinc auaritia Eccleſiam Dei ingreſſa, Sanctuarium eius labefactauerat, atque tot tantiſque malis remedium adhibere Symmachus, alijque Pontifices fruſtrà tentarunt.

Imperio à Gręcis per Leonem III. quod res Italicę negligentia & impietate Orientalium Imperatorum peſſumirent, demum ad Occidentem tranſlato, Magnoque Carolo, ab eo decreto, inauguratoque Auguſto, pacta quidem hęc ſeruata fuerunt, donec Ludoui-

cus

cus Pius ipſis renunciauit, & poſt eum Lotharius filius remiſſionem à Patre iam factam ratam habuit.

Adrianus III. Carolo III. imperante, congregata Synodo, ad Senatum populumque retulit, ne in creando Pontifice authoritas Imperatoris expectaretur, quod Nicolaus I. ante ipſum intentauerat, potius quam perfecerat.

Sed Otho I. confirmandi Pontificem ſibi arrogaſſe viſus eſt authoritatem, qui Ioannem XII. deponi, & Leonem VIII. eidem ſuffici curauit, atque ſuffectum confirmauit, fecit quidem pietatis ſpecie & forſan religionis zelo, ſed an ritè dicam cum Othone Friſingienſi, ipſe viderit. certè Henricus II. hoc non præſumpſit, qui Concilio Epiſcoporum coacto, in Gregorium VI. quod per ſimoniã videretur intruſus, haud tamen ipſum ſolio eijcere auſus eſt, ſed vt ſponte cederet ei perſuaſit, fecit ille quidem ac inſeruire tempori prudens maluit, quam nouo Schiſmati recludere viam: quod ſi Henricus III. hoc ſibi ius arrogare tentauit, dum Romanis ab eo expoſcentibus, vt Pontificem optimum, poſt tot Schiſmata, ipſis daret, Bennonem Epiſcopum Tullenſem, Romam miſit, Pontificio indutum ornatu, ipſe ſtatim pœnitens, nomen & veſtes Papales exuit, priuatuſque vrbem ingreſſus, ſe ipſum accuſauit, quod Imperatori maluerit, quam Deo obtemperare, & præclaro hoc facinore, Eccleſiæ ius ſuum reſtituit, quamobrem Pontifex à Clero populoque more maiorum, canonicè creatur, fruſtraque in hac perſtitit ſacrilega poſſeſſione idem Henricus, qui victorem II, gratia magis ſui, quam liberis ſuffragijs, eligi curauit, Cadolum An-

Otho Friſing.lib. 6 cap. 32. Leo Oſtiẽ. Chron. Caſſin. lib.2. cap. 80.

Plat. in Leo.

Digitized by Google

tipapam aduerſus Alexandrum fouendo; Henrici IV. temeritatem fregit, Greg. VII. qui ad Clerum populumque Romanum authoritatem Pontificis eligendi omnem, vt par eſt redegit, Imperatorum confirmatione tanquam penitus ſecluſa, ius tandem iſtud edomita à Caliſto II. Henrici V. ſuperbia ad ſolos Cardinales contractum fuit; quod ſi facultas eligendi annorum quadraginta non vſu amittitur, & præſcriptione acquiritur, ad quid poſt annos ſupra quingentos hæc Nouatores continuo refricant?

Hoſt. & Innoc. in cap. de quarta d. præſcrip. Butr. in cap. peruenit d. cenſib Berta d. Epiſc p. 3. lib. 1. in princ.

Vidiſti prædatoriam inuaſionem ab iniuria, & violentia cepiſſe, in Symoniam prolapſam, ambitu, & factionibus auctam, licet intolerandam neceſſitate tamen exigente à Pontificibus toleratam; atque hæc iura ſunt non legitima ſed vſurpata hæc priuilegia non conceſſa ſed à Pontificibus extorta, quos proficere patientia neceſſitas edocuit, nō quod ſe ipſos Imperatoribus ſubiecerint, neque in eorum erat poteſtate, iuri derogare diuino, quo Chriſti Vicarius ab omni eximitur humanę dominationis Imperio, ipſe verò omnibus, qui Chriſtianam fidem verè profitentur, Princeps ſupremus præfectus eſt, idque Adrianus II. egregie demonſtrauit, qui abſque Ludouici Oratoribus, quamuis in Vrbe eſſent, à Clero populoque electus, gubernacula Eccleſiæ ſubijt, nulla Imperatoris confirmatione petita.

Sed & Adrianus III. illud quidem, quod ſub prædeceſſoribus ſuis ſenſim exoluerat, congregata Synodo omnino abrogauit, equidem vbi Papa authoritatem Imperatori in ſe ipſum tribueret, ſtatim eum ſupra ſe poneret, illa ergo ſolueret lege, qua ſummo, & vniuerſali Eccleſiæ Paſtori tanquam eius ex Ouili Agnus, parere

Digitized by Google

tenetur, poſtquam inferior in ſuperiorem ius nullum habet. At qui Paſtoris vocem non audit, eiuſque non obtemperat monitis, ex Deo profecto non eſt, libertas ergo huiuſmodi ab Eccleſia eicit, extra quam non eſt ſalus: diuino itaque iure repugnante nullo poterat priuilegio concedi vt rerum peruerteretur ordo quem ſtatuit Deus, nullaque eſſe poteſt præſcriptio, bona fide deficiente. Turcarum Sultani, Græcorum Imperatorum exempla ſecuti, Patriarchas ingenti pretio, vectigalis nomine recepto confirmant: Rex Angliæ itidem, Pſeudo ſui Regni Epiſcopos en quos habeat ſuæ perſuaſionis authores, nec mirum, Mahometis enim nefariæ leges, & impiæ Caluini aſſertiones, inter ſe congruunt, verum Sectarij omnes, ipſique Atheopolitici, Hæreticis quibuſuis nequiores, in hoc vnum ſemper laborarunt, nec quieſcunt adhuc, vt ſacroſanctam Eccleſiam, quam Chriſtus proprio ſanguine ſponsā immaculatā ſibi iunxit in fide, facinoroſa impuritate proſtituentes, in Sancta Sanctorum tot Idola erigere poſſint, quot ſunt impiorum capitum diſcordes ſententiæ, quod aſſequi haud quidem poſſe animaduertentes, Summo Sacerdoti ipſis obſiſtente, qui eius curam gerens, pro ipſa aſſidue vigilat, vt profanos, & facinoroſos arceat, illiuſque hoſtio longe eliminet, in ipſum conſerto agmine irruunt, ac tantę Maieſtatis excelſo de throno, in quo Deus Petrum eiuſque ſucceſſores locauit, fruſtra deturbare conantur, vt eo ſublato nullus ſuperſit quem ſpeculatorem timeant, & iudicem reuereantur, hinc illum qui non terrenæ potentiæ culmine ſed ſpiritualis ac planè diuinæ faſtigio euectus in Arce Eccleſiæ poſitus, & Petri auctoritate

Zoygolar lib. 2.

Digitized by Google

fultus infra Sanctitatem ſuam Imperia, Regna, & Principatus habet Imperatoris arbitrio pendere, ac ditioni ſubiectum eſſe continuò prædicant. Quibus mendaciſſima ora obcludunt tot Imperatores qui Sanctiſſimum Patrem iudicare nefas ducentes pietate, ac reuerentia ad eius genua acciderũt, pedes vltro exoſculati, eum qui ad Eccleſiæ gubernacula vice Dei ſedet ambiere, coluere, & obſeruarunt Philippus 1. Conſtantinus Magnus, Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, Honorius Auguſtus, Valentinianus III. Martianus, Anaſtaſius, Iuſtinus, Iuſtinianus, Conſtantinus IV. Iuſtinianus, II. Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Lotharius, Baſilius, Leo Otho 1. Fridericus I. Michaël Paleologus, Andronicus, & alij omnes poſt hos, & iure ſane optimo, quoniam Deus ſanctam Pontificum dignitatem in ſede Beati Petri adeo ſuper omnes totius orbis euexit, vt nedum fideles cunctos præſulibus eius ſubieccrit, ſed Cæli obcludendi, atque reſerandi poteſtatem contulerit, vt Patres Patrum Apoſtolici, ſanctiſſimi, Epiſcoporum Principes, Imperatorum Patres, & vniuerſorum ſupremi Iudices merito dicantur, *Quorum cauſas ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio, voluitque vt Cælo tantum innocentiam deberent, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhiberent conſcientiam*, &c.

Apud Coccium tom. 1. Theſauri lib. 7. arti. 8.

Ennod. id libell. pro Symma.

Idque publica neceſſitas exegit, vt ſupremæ omnium Maieſtati veluti à Deo proximæ cuiuſdã diuinitatis opinione, reuerentia, & auctoritas ſumma conciliaretur, ne vnquam gliſceret Imperium illius, qui vti publico bono & communi felicitati ſpiritualium rerum ac diuinarum in curam incumbit, itidem ad omnium ſalutem cõ-

Digitized by Google

cordiam fouet, vnitatem ſeruat, & belli & Pacis ſolus
arbitrer inter Catholicos Principes tanquam commu-
nis Pater diſſidia ſedat, arma comprimit; fœdera init, om-
neſque in officio continet: quod ſi Nouatores poteſta-
tem illam ei ademerint, quam à Deo habet ampliſſimã,
ac tanti Imperij faſtigium depreſſerint, nonne diuinarũ
humanarumq; rerum confundetur ordo? & Chriſtiana Iſai. 10.
Reſpublica glutino illo ſublato, quo connectitur in Ennod. in lib. pro
partes & factiones diſſiliet, & ô Principes, cum Symma- Symma.
cho dicam, ad cuius tunc cõfugietis auxilium, & vbi re-
linquetis gloriam veſtram? agnoſcite igitur fucum, &
exhorrete perfidiam, videte quam peiores Arriani ſunt, Orat p. contr.
quam Iudei inquit Ambroſ. illi quærebant vtrum ſoluẽ- Auxen-
dum putaret Cæſari ius tributi, iſti Imperatori volũt da- tium.
ri ius Eccleſiæ.

CAPITIS VIII.

EXPVNCTIO.

QVONIAM huius capitis aſſertio duobus tantum argumentis, imo vnius Gratiani auctoritati innitur, qui in can. Adrianus, & in can. Synodus 63. diſt. Priuilegia eligendi, & confirmandi Pontificem, M. Carolo ab Adriano, Othonique 1. à Leone VIII. conceſſa recenſet, quorum vtrumque commentitium adeo perſpicuè detegit C. Baronius, vt nulla eſſet opus cenſura, niſi Auctor cum quo nobis quæſtio exiſtit, eadem in controuerſiam reuocans, Cardinalem ipſum inceſſeret, clypeo protectus Goldaſti, cui quia nullum maius eſt negotium, quam in odium Rom. Pontificis, ſiue iure ſiue iniuria veritatem impugnare, cumdem C. Baronium conuicijs potius, quam ratiocinationibus nimiũ acriter impetit, p. p. pag. p. rational. Conſtit. Imperial; quod opus ſi inuectiuam in Pontificem, & in C. Bar. dixeris, ſuo nomine inſcribes: vt igitur Illuſtriſſimi, Eruditiſſimique viri

Digitized by Google

auctoritas, imo ipſa veritas, ab impoſturis, & iniurijs, viliſſimi, imperitiſſimique homunculi vindicaretur, expunctione agendum fuit.

Verùm primo animaduertendum erit, vti noſter Caluinoproteſtans Gratianum eundem quem nunc teſtē adfert corruptoris bonarum ſcripturarum, Impoſtoris, & Falſarij titulo, in 4. & 5. capit. inſigniuit, vbi pro Pontifice ſcripſiſſe animaduertit. Pôſtquam igitur propria huius confeſſione, qua nulla maior aduerſus confeſſum probatio reperitur, Gratiano vti ſcripturarum deprauatori, & mendaci non eſt habenda fides, ferat homuncio noſter oportet; vt Gratiani teſtimonium tanquam ſcriptoris, in Hiſtorijs recenſendis, ſæpiſſime hallucinati, & nos hic reſpuamus. Non quod Lutheranorum exemplo, igni concremandum damnemus, ſed ignoſcamus potius, erroremque excuſemus, temporum illorum confuſione, atque ſcriptorum incuria, quæ vt inquit Platina, effecerunt, vt nihil omnino certum poſſit haberi, vnde S. Antoninus in Summa p. 4. tit. XI. cap. 8. merito ipſum redarguit, & Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis in opuſculo, quod ſcripſit de emendatione Gratiani libr. p. dialogo 4. de illo inquit, *Si Gratianus ex fontibus ſuis aquas deriuaſſet, id feciſſet, ſed ex his, & alijs permultis conſtat, neque Concilia vidiſſe, neque Regiſtra Pontificum, neque alia Sanctorum Patrum ſcripta, ſed quæ in varijs collectionibus reperta ab eo ſunt ea in medium protuliſſe.*

Accedit quod vnicus eſt, & can. Adrianus, nullo alio ſcripſit Auctore, quam vno Sigiberto qui huiuſmodi priuilegijs commentum, quod Carolo M. ab Adriano

conceſſum dicit veluti fundamentum eorum quæ pro Henrico moliebatur, clam iecit in ſua Chonographia ad annum 773. vbi autem ad annũ M. C. XI. peruenit poſt narratum ipſius Henrici Aduentum in vrbem prçterito immaniſſimo ſcelere tot fraudibus in Chriſti Vicarium perpetrato hæc tandem explodit, *Rex autem vti nolens auctoritate & conſuetudine, & auctoralibus priuilegijs Imperatorum, qui à Carolo Magno iamque per trecentos eo amplius annos imperauerunt, ſub Sexaginta tribus Apoſtolicis, dabat licite Epiſcopatus & Abbatias*, &c. vides igitur quam conſtruere Fabricam voluerit, & qua ſit fide dignus.

Præterea licet Fabulas haſce pro Hiſtorijs obtrudi ſineremus nonne vident ex eis, hoc vnum apertiſſime deprehendi, quod Papam eligendi, & confirmandi, atque Epiſcopos inueſtiendi, ius nullum proprium Imperatores habebant, antequam Romanorum Pontificum ſpeciali priuilegio, ipſis eſſet indultum, eorundem ergo Pontificum arbitrio, legitima exiſtente cauſa, infringi, & irritum fieri priuilegium potuit, Principis enim poteſtas in his quæ iuris poſitiui ſunt tanta eſt, vt etiam geſta ab ipſo infecta poſſit efficere, §. fuerat inſtit. d. action. cap. cum Apoſtolica d. his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capit.

Equidem ipſemet Gratianus, in Can. quia Sancta eadem diſt. 63. eam ob cauſam Pontifices, tunc conſueuiſſe narrat huiuſmodi priuilegia Imperatoribus Occidentalibus tribuere, vt temeritatem eorum compeſcerent, qui Papa decedente violentias, concuſſioneſque inferre ſolebant, vnde Auctor faſciculi temporum, ad annum

Digitized by Google

annum 784. quem iſte adfert, Adrianum inquit ad coërcendas violentias Tyrannorum ius iſtud Carolo contuliſſe.

Poſtquam ergo Tyrannis omnibus ſublatis Eccleſia cæpit efferre caput, eique iure ſuo libere vtendi data eſt facultas, hoc Imperatorum patrocinio opus non fuit amplius,, & finali cauſa ceſſante ad quam limitata erant priuilegia prædicta, ipſa quoque priuilegia, veluti fundamento ſubducto neceſſum fuit euaneſcere c. cum ceſſante d. reg. Iur. in 6. Bart. in l. 2. §. fin. ff. d. donat.

Tandem qui priuilegio abutitur in præiudicium illius à quo fuit cōceſſum, merito cadit l. mercatores C. d. cōmerc. quapropter cū Imperatores nedum ſæpe, ac ſæpius modū exceſſerint, huiuſmodi cōceſſiones ad illicita portrahentes, quāuis priuilegia ſtrictiſſime interpretāda ſint vt iuri minus derogēt, ſed beneficium in Tyrannidē vertendo in hæreſeos impietatem quādoq; prolapſi, ex defenſoribus Pōtificiæ ſedis, hoſtes euaſerint, iuſte quidem Pontifices indultis priuilegijs, tanquam immeritis ipſos priuare potuerant, cap. cum Adrianus diſt. eadem 63. non ergo ad mendacium iſtud probandum huiuſmodi impoſturæ aliquid conferrent.

Tertio cap. Adrianus ſoli Carolo priuilegium conceſſum explicat, nulla ſucceſſorum mentione facta: qui quidem Carolus Imperator ſedente Adriano 1. adhuc non erat, ſed Francorum dumtaxat Rex, nam à Leone III. Imperator decretus inauguratuſque fuit, non igitur Imperatoribus ius iſtud quærere potuit, cùm quia priuilegia tanquam iuris correctoria tantum valent, aiunt

Digitized by Google

Iuriſconſult. quantum ſonant, tum quia ipſo Carolo mortuo priuilegium quoque eſſet extinctum.

His demum animaduerſionibus conſtitutis quoniam de alio Canon. in Synodo poſtea erit agendum, notas expungamus, quas ore Goldaſti Puritano ſatyricus C. Baronio falsò imponit.

In quem primo ex officina mendaciſſimi, impijſſimiq; Illyrici aciem Theutonicorũ excitauit, qui aduerſus Rom. Pontificem famoſis potius libellis, inueſtituræ ius per baculum, mitram, & anulum ab Imperatore cõcedendæ pro Henricis III. & IV. aſſeruerunt, quos ſolum prodiſſe, & ſi confutaſſe ſit, eos tamen Krantij verbis lib. 5. Saxon. cap. 33. denuo refellam, *Germanus* inquit, *in ſuæ gentis defenſione pallia quæ poteſt obtendit.*

N. Quorum primus ſe ſe offert Vualtramus Nauburgenſis in libro de inueſtitura Epiſcop. qui anno 1109. pro Henrico IV. ſcripſit, aduerſus Papam tempore illius tam pernicioſi Schiſmatis hanc vnam ob cauſam, inueſtituræ oborti, poſtquam ipſe Henricus Paſchalem II. dolo malo deceptũ impia violentia (indignum ſanè facinus) coegit, vt ſuo priuilegio confirmaret inuitus, quod ipſe per vim ſurripuerat, quanti igitur Vualtrami teſtimonium ſit faciendum, quiſque poterit ex hoc iudicare.

ALter eſt Ioannes Semeca, Prępoſitus Halberſtadenſis de quo Illyricus in ſuo Cathalogo pag. 468. *Reſtitit*, inquit, *Clementi IV. decimas per Germaniam exigenti, ob quam rem à Papa excomunicatus, præpoſituraq; priuatus eſt, ſed ille iniuria Papæ appellationem ad Concilium oppoſuit, habuitque multos potentes viros ſibi facientes*: en quanta ſit fide di-

gnus aduerſus Pontificem.

Tertius Leupoldus Bembemburgh. Epiſcopus Bambergenſis verùm intruſus quem aduerſus Pontificem, eum confirmare in ſua inuaſione recuſantem pro Bauaro Schiſmatico ſcripſiſſe ita teſtatur Illyricus lib. eod. pag. 529. *quod contra Papam de Iuribus Imperij, nihilque Cæſari accedere ex coronatione Papæ, ac denique aduerſus Donationem Conſtantini ſcripſit*: quam igitur in Romanam Eccleſiam eiuſque Præſules propenſus fuerit, ex his dignoſci facile poterit.

Quartus eſt Theod. de Niem, & quàm fuerit Pontificum Hoſtis, atque impie ſane acerrimus, libri eius de Schiſmate patefaciunt, quibus vnus ſibi dumtaxat finem propoſuit, vt conuicijs, impoſturis, blaſphemijs omnique dedecore nomina Pontificum fœdaret, præſertim verò lib. 3. cap. 9. adeo quod ipſe Illyricus in ſuo Cathalog. pag. 533. de hoc plurimum quidem admiratus clamauerit, *Bone Deus quas in ea hiſtoria technas, quas fraudes, quæ ſcelera & facinora*, &c.

Sed pag. 534. relato eiuſdem fragmento de poteſtate Pontificis, & Imperatoris, cui Papam, non ſecus, ac minimum Clericum ſubicit, meminit huius libri de inueſtitura Epiſcoporum, in quo dicit Goldaſtus, *Theodoricum aſſerere, omnia quæ ſcripta fuere in Canon. in Synodo Florentiæ, in quodam vetuſtiſſimo Codice legiſſe*. Mendacium.

At hoc Theodoricus, non dicit, teſtem aduoco Illyricum ead. pag. 534. *Vidi*, inquit, *& paruum quoddam eius ſcriptum, de Inueſtitura Epiſcopatuum, & Abbatiarum, in quo id ius Cæſari tribuit, recitatus etiam & veluti commentario, ornatis Pontificijs decretis, teſtatur autem ſe id excerpiſſe Flo-*

Digitized by Google

rentiæ, ex vetuſtiſſimo Codice, &c. Nihil ergo de Canone in Synodo, vides quos teſtes ex ſuis adhibuerit.

Quintus eſt Vuernerius in faſciculo temporum, ſed Gratiani fidem ſecutus narrationem ſuam ita concludit, *Vt patet in diſt.* 63. plus igitur referenti, quam relato tribuendum non erit.

Sextus Robertus Iaguinus d. geſtis Francorum lib. 4. verum & vnicus eſt inter tot Francos, Teutonicoſque Hiſtoricos, ipſo vetuſtiores, qui hac de re, licet tanti eſſet momenti vt prætereunda nullo pacto foret, nihil prorſus ſcripſerunt, licet Caroli res geſtas accurate ſane literis conſignarint, Eginhardus cuius teſtimonium iſte magni fuit, quod eiuſdem Caroli fuerit Cancellarius, Author annalium, Aſtronomus nuncupatus anno. 774. Aymoinus lib. 4 cap. 69. & 70. Regino, Otho Friſingẽſis, Lambertus, M. Scotus, Gotifridius Viterbiẽſis, Franciſcus Fuldenſis, & Krantius, nec alij recẽtiores cum ipſo concordant, ſiquidem Nicolaus Vignerius quem ſeptimũ recenſet, in Chron. Burgund. ſicut in Caluini verba iurauerat, eiuſque Sectã profitebatur, ita Romanis Pontificibus ſe ſe præbuit ſemper aduerſum: quamobrem eodem loco quo cæteri Hæretici habendus erit, neque tamen prætereundum videtur, quod ipſe in ea Hiſtoria, quam Eccleſiaſticam inſcripſit, ſed re vera aduerſus Catholicæ Eccleſiæ iura promulgauit, priuilegium iſtud Carolo conceſſum inquit, *In ſolos Italiæ Epiſcopos*, quod longe ſane diuerſum eſt, ab iſto Gratiani Canone, de quo nunc agitur, non ergo teſtis idoneus dicitur, qui rem aliter refert.

Sed & Franciſcus Monſtreletus lib. 2. Hiſtor. anno.

Digitized by Google

774.ſcribit Adrianum ſanxiſſe, quod Pontifex in poſterum poſt eius electionem, haud munus illud obiret, abſque authoritate Regum Franciæ, antequam ab ipſis confirmaretur, ipſiſque Regibus Ius dedit conferendi inueſtituras Epiſcopis Vrbium eorum Regni.

Bernardus verò Girardus lib. 3. Hiſtor in Carolo, conceſſionem ipſi, eiuſque in Regno ſucceſſoribus factam ſcribit, inueſtituræ omnium Epiſcoporum, quę quidem varietas opinionum adeo diſcrepantium ſuſpicionem eo magis auget, quod ſcriptores alios Synodum vniverſalem, tanti Regis aduentu Romæ coactam, ſilentio præterijſſe, haud ſane veriſimile ſit, efficitque vt neque Iaguino, & multo minus Vignerio fides adhibeatur.

Prima autem C. Baronij rationum quas Goldaſtus inpugnat ea eſt, *Ex omnibus ſcriptoribus rerum Francorum, qui Sigibertum tempore præceſſerunt, nullus pœnitus reperitur, qui de Carolo id aſſeruerit, nam qui vitam eius, nec non per annos ſingulos, res ab eo geſtas ſcripſerunt, de his nihil pœnitus, cum alioquin nec minimum prætermiſerint*, Conuētum igitur publicè habitum præterijſſent, quonam tantum mendacium introducit Authore?

N. Reſpondet, Sigibertus ſcripſit anno. 1112. at Vualtramus in fine ſui libri inquit, *Eſt autem annus præſens milleſimus, centeſimus nonus*, ergo poſt Sigibertum. Teſti inimico non creditur.

AT ſupra de hoc Authore ſatis eſt dictum, quem profecto homuncio noſter nunquam vidit, nedum legit.

Adducit Eutropium Longobardum, quem Othone primo regnante, floruiſſe dicit, atque ita annis ferè ducentis ante Sigibertum.

Digitized by Google

Eius autem verba in libro de ſtatu Romanorum ſub Græcis & Francis, hæc adfert, *Accipiente autem Carolo hoc Regnum, profectus eſt Romam, deditque ibi donaria multa, quæ vſque hodie Romanum tenet dominium, de Regni huius confinibus, fecitque pactum cum Romanis, & cum Pontifice de adoratione Pontificis, vt intereſſet quis qui legatus, vt contentioſas lites ipſe deliberaret.*

Perperam & contra quod probandum erat.

Hæc ſane verba his quæ de Papa eligendo & inueſtituris conferendis ſcripſit Sigibertus nullatenus conſonant, animaduertendaque videntur pacta ab Eutropio recenſita, quorum primum ius nullum in Pontificem Imperatori tributum innuit, poſtquam ipſe legatum mittere tenebatur: qui adorationi tantum intereſſet, non autẽ ad Papam confirmandũ dicit: honoris ergo ab Imperatore exhibendi argumentum eſt, vel meminiſſe oportet, Ludouicum Paſchali reſpondiſſe, vt in can. ego Ludouicus, & nos in cap. 4. adnotauimus, ab electo Põtifice mittendos ad eum fore legatos pacis, & amicitiæ conſtituendæ, cauſa quemadmodum tempore Caroli eius patris conſueuerant, alterum quo Carolus arbiter controuerſiarum fit, ad Romanos refertur, quibus cum initũm fuit vel ad Schiſmatibus occurrendum, vt ſuperius diximus factum videtur.

Neque tamen Eutropio in hoc adeo credẽdum eſſe cenſeo, quin eius fidem dubiam, & valde ſuſpectam reddant ſupra relati ſcriptores, qui vel ipſum præceſſerant, vel eodem tempore ſcripſerant, præſertim verò Eginhardus, & Aſtronomus, qui Caroli ex aula fuerunt, atque huius pacti nullam prorſus mentionem fecerunt, prout rei, temporis, & perſonarum ratione, quod non

Digitized by Google

rercuiſſent, exiſtimandum videtur.

N. Et Pauli tandem Diaconi, poſt narratam Deſiderij deditionem, hæc verba recenſet, *Romanos præterea, ipſamque Vrbem Romuleam, iampridem eius præſentiam deſiderantem, quæ aliquando totius Mundi domina fuerat, & tunc à Longobardis depreſſa gemebat, duris anguſtijs eximens, ſuis addidit Sceptris, cunctiſque nihilominus miti dominatione potitus eſt.* Perperã contra eius Authorem.

Vides perſpicacis ingenij acumen, teſtem aduerſus C. Baronium affert, qui eius comprobat ſententiam, & in aduerſarium calumniam retorquet, *Nam*, inquit, *Paulus Diaconus ipſis rebus geſtis interfuit, & à Carolo captiuus ductus eſt, qui in libro de Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ hæc ſcripſit.* At ipſe arguo, Paulus Diaconus nihil prorſus ſcripſit de his quæ Sigibertus narrat, ergo mentitum eſſe Sigibertum neceſſario ſequitur: ſtat igitur C. Baronij aſſertio contra Sigibertum.

Cuius Secunda ratio eſt, *Omnes affirmant, quod poſt captum Ticinum Carolus Romam iterum non venit, ſed quam celeriter in Galliam redierit, vt aduerſus Saxones rebellantes expeditionem pararet, imo Eginhardus expreſſe affirmat Carolum non niſi quater Romam ſe contuliſſe; at ſi verum eſſet, quod Sigibertus turpiter mentitur, non quater, ſed quinquies Romam veniſſe dicendum eſſet, contra Eginhardum, & omnes qui res geſtas Caroli proſecuti ſunt*, &c.

Mendacium eſſe reſpõdet, idque probat authoritate primum Andreę presbyteri in Hiſtor. Longobardorum, *Igitur ſubiugata*, inquit, *& ordinata Italia, ad Romã perrexit, ibidem Palatium conſtruxit, ipſe verò Carolus poſt aliquantulum tempus Franciam reuerſus eſt.* Perperam

Equidem eadem ſemper enitent huius ingenij lumina, pace igitur oſcitantiſſimi, nihil hæc verba probant, nam Hiſtorici omnes vno ore narrant, quod Deſiderius obſiſtere nitens Carolo, cluſis Alpium obſeratis, occurit: at vbi Francos per montẽ Cyniſium deſcendiſſe vidit, obuiam cum exercitu factus, fuſus, fugatuſque, Papiam, deſperatis rebus, ſe recepit; Vxore, & liberis Veronam miſſis, Carolus Papiam obſedit, omniaque longe, lateque populatus, Veronam expugnauit, totamque ſubegit Italiam, Eginhardus, & Aſtronomus, anno. 773. & 774. Franciſcus Fuldenſ. ijſdem annis, Reginon d. anno. Platina in Adrian. cæterique alij quos referre nimis longum eſſet, non ergo ſubiugatam Italiam, Papia expugnata debet intelligi.

Neque profecto hic animaduertit, quod Author iſte rem hanc non narrat, eo temporis ordine, quo geſta fuerat, ſed veluti iam peracta, poſt annos 152. compendio quodam obiter recenſito.

Item Mariani Scoti, qui ætat. 6. in Chronico anno. Perperam 774. hujus rei narrationem exorditur, à deditione Deſiderij, poſtea filium eius Italia expulſum, totamque Italiam ſubactam referens, concludit, *Et Carolus tunc primum Romam peruenit Sabbato S. Paſcha.*

Verum quia Scotus, primo Deſiderij deditionem, poſtea Veronam expugnatam, Vxoris, & Filiorum expulſione cæteraque ordine præpoſtero narrat, & ipſi propoſitum fuiſſe factum dumtaxat referendi, non autẽ res ſuo tempore digerendi dicendum videtur.

Eodemque reſponſo Hermani Contracti explicantur verba illa, *Carolus Longobardos cum Italia ſubiecit, anno*

ex quo

ex quo intrauerant 205. ipſeque cum triumpho Romam venit, &c. Sed quod poſt captum Deſiderium Romam conceſſerit, nullo pacto dicit, poſtquam Longobardos primo Caroli in Italiam deſcenſu fugatos, & victos, ipſamque Italiam ſubactam fuiſſet omnes narrant Hiſtorici.

N. Sed nouam explicationem verborum Eginhardi diuinator iſte, proprio deprompſit capite, quod dum dicit, quatuor tantum vicibus Carolum Romam veniſſe, Roma pro Italia ſumenda ſit, *Nam* inquit *Longobardi, & Dux Beneuentanus Romæ non erant, nec inibi bellum gerendum erat, ſed Papiæ & Beneuenti.* Perperam

AT cui riſum non mouerent ſtolidi huius ineptiæ, ſiquidem Hiſtorici, quos ipſe adduxit, atque omnes qui res à Carolo geſtas ſcripſerunt vno ore referunt, quod relicto Bernardo eius patruo, cum exercitu, quo Pauiam obſederat, Romam profectus eſt, quod verò anno 786. cum in Beneuentum aduerſus Comitem proficiſceretur, maxima celeritate, prius Romam ſe contulerit, Aſtronomus eod. anno, & plures alijs teſtantur, quos ſupra retulimus, præterea quamuis ei hæc concedamus, quonam pacto probat, quinta etiam vice Carolum Romam profectum, non ergo C. Baronius, ſed iſte impudentiſſimè mentitur.

Qui vt teſtem ſui quam ſimillimi, atque in mendacijs cõminiſcendis aſſerendiſque frontis æque præfictæ excitaret, Sigibertique commentum muniret, Marſilij ſui Patauini in tract. d. tranſl. Imper. cap. 8. nugas & falſitates longa verborum ambage attulit.

At nonne ridicula omnino eſt ratio, qua Marſilius mendaciſſimum hoc commentum veritatis fuco ob- Perperam

Digitized by Google

uoluere ſtudet, *Noterus* inquit *Balbulus, lib. 2. d. geſt. Caroli M. cap. 26. refert ipſum Carolum Epiſcopos, & Abbates, qui Romam ipſum comitati ſunt, in vrbe reliquiſſe, cum ipſe ad bellum conficiendum Ticinum repetijt, & infra hoc temporis interuallum habita eſt Synodus.* Sed Authorem huius diuinationis nullum adducit, ſuo igitur marte ſomniauit, quod cæteri ſcriptores comminiſci neſcierunt.

Tertia verò Cardinalis ratio habet; Carolus in ſuis capitularibus lib. 1. cap. 84. ſanciuit vt Epiſcopi per electionem Clericorum & Populi ſecundum ſtatuta canonum eligerentur.

Perperam N. Reſpondet Goldaſtus ſatis inepte, & frigidè quidem electionem, & confirmationẽ eſſe diuerſas: Carolus igitur electionem liberam eſſe voluit, at non ideo ius confirmandi remiſit.

ELectio quidem à cõfirmatione differre omnes non ignorant, licet Goldaſtus ac ſi nouum obtruderet arcanum, hoc reſponſum exaggeret, ſed verba illa conſtitutionis Caroli, *Ut S. Eccleſia ſuo liberius poiiretur honore, atque Epiſcopi per electionem Cleri & Populi ſecundum ſtatuta canonum eligantur*, apertiſſime demonſtrant, quod ipſe liberam omnino futuram eſſe ſtatuerit, Cleri, & populi, poteſtatem eligendi, atque inſtituendi Epiſcopos, abſque vlla Principis inueſtitura, poſtquam ſacri canones, nedum in his ius aliquod Laicis tribuunt, ſed eis omnino denegant, & prohibent, quamobrem nullum adducere poterunt ſcriptorem, qui Carolum, ſiue Regem aliquem Francorum, poſt ipſum huius priuilegij in Gallijs iure ſit vnquam vſus, quod vt animaduertit Vignerius, cupiens tamen iſtius commentitij canonis impo-

Digitized by Google

ſturam tueri, ad ſolos Italiæ Epiſcopos, vt diximus illum ineptius contraxit, ac ſi Carolus Rex Pientiſſimus, canones in Italia infringere voluiſſet, quos in ſuo Regno ſeruandos edixerat: puerilia nimium iſta ſunt.

N. His obicit Platinam in Benedicto II. vbi Conſtantinum IV. ſtatuiſſe refert, vt quem Clerus, populuſque Romanus Pontificem elegiſſet, ordinaretur nulla Conſtantinopolitani Principis, ſiue Exarchi expectata ordinatione, & in Gregor. IX. quem ab Henrico confirmatum ſcribit, vt ex his adſtruat, verum eſſe canonem de quo eſt quæſtio, poſtquam Imperatores conſueuerant confirmare Pontifices. Perperam

DE his egimus in expunctione cap. 4. contra Molineum, neq; hoc in dubiũ reuocamus, ſed ea in animaduerſione huius cap. explicauimus, neque hoc probaret id de quo diſceptamus, nam ſi electio, vt Goldaſtus aſſerit, longe differt à confirmatione, in hoc can. Adrianus nihil prorſus de confirmatione, ſed tantum dicitur poteſtatem Carolo traditam eligendi Pontificem, & Sedem Apoſtolicam ordinandi: Ergo &c.

N. His deniq;, addit cur quæ antiquitus obſeruata sũt, ſtare prohibentur, neque vlli vnquam huius impoſturæ nomen ſuppetijt, vno Baronio excepto &c. in quem venenato ore ſtomacho æſtuante atram euomit bilem, verba quidem pręter verum, & æquum atrocia, duriora, atque ab homine, cui non religionis, ſed humanitatis aliquis ſit ſenſus, omnino aliena, neque de viro præclariſſimo vllatenus ferenda, & hoc ſatis erit ad retorquendum conuicium, impudentiamque exprobrandam miſerrimi inſani. Perperam

Digitized by Google

VNus profectò Baronius impoſturarum mendaciorumque veſtrorum detector oculatiſſimus, hæc animaduertit, quæ cæteri aliorum fidem ſecuti pertranſierunt: at non ne plus oculi, vt eſt in adagio, quam oculus vident? vis ergo humani ingenij, in omnibus gliſcit, acumen obtunditur, vt inueniendi, atque inuentis noua addendi ſit finis, *Jnuenta*, inquit Seneca ad Lucilium epiſt. 5. & 8. *Jnuentis non obſtant, nam intellectus Solis ad inſtar, oritur, occidit, vadit, & redit, nunquam moritur, ſed ſuis vicibus occultatur, veritas patet omnibus, nondum eſt occupata, multum ex illa etiam futuris relictum eſt*, &c. profectò Sectarij non hoc dicent, præcipuè verò Miniſtri, qui in hoc vnum ſemper incumbunt, vt noua cōminiſcantur mendacia, nouaſque indies, quæ populo placeant, fabulas conſcribant, cum hac tantum arte turpiter victum quæritent, proprijſque conſulant neceſſitatibus.

Verùm enim verò, quoniam animaduertit, quod & ſi can. Adrianus, vti verum reciperemus, in alium impingebat ſcopulum, can. ſcilicet ego Ludouicus, vt hāc præcaueret difficultatem, opponit can. in Synodo, ratus ea noua conceſſione, quæ Othoni I. ibidem facta aſſeritur, Pontificem ſubeſſe Imperatoribus perſuadere facilius potuiſſe.

Sed neque hoc cuniculo ſatis tutus erit, ſiquidem & hanc meram eſſe impoſturam longe clarius demonſtrat C. Baron. tom. 10. anno 963.

Animaduertendum autem primò eſt, rem hanc litteris conſignaſſe duos præcipuè Scriptores, eoſdemque grauiſſimos, qui tempore Othonis vixere, Regino Abbas, & Luitprandus Diaconus Ticinenſis, hic verò res

Othonis, quam accuratè digeſſit, eiuſque partes fouit, vt ſcripta ipſius teſtantur: quamobrem, qui minimas nō præterierunt, quod res tanti ponderis reticuiſſent, ſatis perſuadere non poſſe videtur, Synodum ſcilicet vniuerſalem, ſic eam appellat Leupoldus Bambergenſis, de Zel. veter. Germ. Princ. cap. 8. à Leone habitam, quæ digna eo magis memoria erat, quo pręſente Imperatore coacta fuerat, in qua iura eadem ipſi indulta ſunt, quæ prædeceſſores illius editis de hoc cōſtitutionibus, ſponte abdicarant, equidem Regino concilium ab Othone conuocatum anno 963. atque in eo Ioannem XII. depoſitum, & Leonem electum, diſtincte, & accurate narrat, pergit deinde ad annum 964. quo Othonem in vrbem regreſſum aduerſus Romanos, qui eiecto Leone, Benedictum Antipapam elegerant, poſtmodum aliam Synodum à Leone habitam refert, in qua Benedictum, inuaſa è Sede deturbauit, neque tamen de his, quæ in hoc Canone habentur aliquid prorſus dicit. Quamobrem vera eſſe quæ hac de re ſcripſit Luitprandus lib. 6. cap. 6. neceſſitate concludendum eſt, videlicet non in Concilio, non à Leone priuilegium eſſe conceſſum, prout in aſſerto Canone legitur, ſed Imperatori vrbem ingredienti, poſt pręſtitum fidei iuſiurandum populum promiſiſſe, nunquam ſe Papam electuros præter conſenſum eius, & Filij &c. Idque confirmat cap. XI. vbi Leonem hæc obloquentem in Benedictum inducit, *Num inficiari potes, præſenti D. Imperatori, Iuramento promiſiſſe, nunquam tecum cæteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum abſque illius, Filijque ſui Regis conſenſu*, &c. Falſitas igitur can. prædict. apertiſſime detegitur quod

Digitized by Google

non in Concilio, neque à Leone, qui tunc Pontifex non erat, conceſſio vlla ſit facta, vt in expunctione cap. 4. adnotauimus.

His accedit, quod inter tot Hiſtoricos Teutonicos, Iurium Imperij etiam præter iuſtum, & æquum propugnatores acerrimos, qui Ioannis depoſitioné, atq; Leonis electionem, cæteraque tunc Romæ geſta, poſtea ſcripſerunt, Herm. Contractus, Lambertus, Otho Friſingienſis, Gotifredus & Vuernerius & alij, nullus reperiatur qui de hac conſtitutione, in Concilio edita, vt in ipſo Canone habetur, mentionem fecerit aliquam, imo nec ipſe Sigibertus, qui hanc Hiſtoriam adeo exactè breui cōpendio complexus eſt, vt nihil prætierierit, aliquid de hoc mendacio auſus eſt ſcribere, ſed neque apud Platinam, aut Panuinum qui vitas & res Pontificum tam accurate digeſſere, neque apud cæteros Hiſtoriarū Italos ſcriptores Fabula hæc legitur, quod igitur fabula, & impoſtura ſit neceſſum eſt fateri, cum alias reperiri conſtitutiones adſcititias cōmentitiaſque eiuſdem Leonis nomine aduerſus Pontificem editas in fauorem Imperatorum probet C. Baro. tom. 10. anno. 963. vt eadem ratione, hoc de iſta ſuſpicari, & iure ſane optimo poſſit.

His igitur animaduerſionibus conſtitutis, ex quibus huius rei veritas, ni fallor, perſpicuè dignoſcitur, expungamus quæ pro huius mendacij defenſione durior quā par eſt in Card. Baronium Goldaſtus ingerit, ea irridens quæ aduerſus hunc Canonem Cardinalis obijcit.

Quorum primum eſt, quia inquit, Otho à Ioanne XII. iam fuerat Imperator conſecratus, nihil ergo opus erat, vt à Leone patritius fieret, atque Rex, vtrumque

enim cum Imperio adeptus erat.

Reſpondet ex Platina in Ioanne, qui etiam nonnullos exiſtimare dicit Othonem à Leone VIII. coronatum, eorumque ſententiam ſecutum eſſe, Gratianum in decreto ſcripſit. Perperam & oſcitanter.

At quorſum hæc? Platina hoc non affirmat, refert dumtaxat, vti opinionem aliorum, eaque tempora adeo confuſa, & perturbata eſſe fatetur ſcriptorum injuria, vt nihil certum haberi potuerit, verum à Ioanne Auguſti nomine inauguratum, ac diademate donatum, teſtantur Regino in Chron. anno. 962. Luitprandus Hiſtor. lib. 6. cap. 6. Lambertus, & Herm. Contractus, M. Scotus, Sigibertus eod. anno. qua de re conſulendus eſt idem C. Baron. tom. 10. anno. 962.

Alterum, Quia in fine huius Canonis, pœna vltimi ſupplicij, contra ipſum, aliqua molientibus additur, quod abhorret à Romanorum Pontificum conſtitutionibus, inſolitæ enim clauſulæ, maxima impoſturæ ſuſpicione, Canonem iſtum afficiunt.

Ius etiam Canonicum, inquit ſæpè mortis pœnam indirecte ſcilicet infligere, quod degradando, & Curiæ ſeculari tradendo, Eccleſia facere ſolet. Perperam.

Quanti autem huiuſmodi reſponſum æſtimandum ſit, adeo perſpicuum eſſe cenſeo, vt in ipſo refellendo elaborandum nullatenus videatur, niſi literarum Apoſtolicarum, cum ſimili clauſula exemplum aliquod comminiſcatur: eſt enim earum ratio longe diuerſa.

Tertium, Huiuſmodi cõſtitutio nullius fuiſſet roboris, tanquam facta à Leone, qui intruſus, & occupator fuit, quoniã Synodus illa ab Othone coacta, nulla pror-

Digitized by Google

ſus,& illegitima cum eſſet, Ioannem Sede mouere non poterat,cũ quia crimina ipſi impoſita Septuaginta duobus teſtibus probata non ſunt,prout neceſſum erat, tum etiam quia trina citatio non præceſſit, tandem quoniam in nulla vmquã Catholicorũ Synodo legitur Epiſcopos ab Imperatore petijſſe,vt aliquem Epiſcopum, vel Clericum damnarent, vt in hac factum eſſe conſtat.

Sed quod magis vrget, Ioannes ſuis literis eos iam excommunicatione illaqueauerat,qui ad electionem alterius Pontificis præcederent, acta igitur in eo Concilio, tanquam ab excommunicatis geſta,cuncta corruunt.

Reſpõdet, quod Cardinalis Baronius ſibi nõ conſtat, qui anno 996.Leonem legitimum probauit Pontificem.

Mendacium. Mendacium hoc eſt ampliſſimum, nam ibi C. Bar. nunquam appellat Leonem legitimum Pontificem, ſed agendo de Electoribus Imperij, à Papa conſtitutis, recenſere cogitur facultatem, quam de ſucceſſore ſibi eligendo Othoni I. idem Leo iam ante conceſſerat, *Extat*, inquit, *de hiis Leonis Papæ octaui decretum ad Othonem primum Imperatorem datum, quod (et) recitant ipſi Nouatores*, &c. obiter igitur Pontificem illum appellat, nunquam autem legitimum, quoniam, *Non quemadmodum cæteri Antipapæ*, ait in anno. 963. *inter male aſſertos, ſed inter legitimos in Serie Leonum deſcriptus reperitur*, quod tom. 11. anno. 1084. in Catalogo Imperatorum animaduertit ſeruatum, in quo ad conſignanda tempora, inter legitimos recenſentur etiam Tyranni, qui Orientis Imperium inuaſerunt, atque Imperatores appellantur, licet eius nominis prorſus indigni, quamobrem & communi errore, Henricum III. Imperatorem nuncupatum demonſtrat,

Digitized by Google

monſtrat, quid autem de illo ſenſerit, eodem loco diſertis explicauit verbis.

De numero autem teſtium reſpondet quod Gloſſ. in cap. Præſul. 2. q. 5. communiter probata, duos dumtaxat ſufficere dicit contra Papam, de aliquo crimine accuſatum, eamque vti ſingularem extollunt, Abb. in cap. at ſi Clerici de iudic. n. 3. in cap. tertio loco d. probat. &c. Corſett. ſingul. 204. Gem. Rom. & alij plures.

Verùm pace noſtrorum dixerim Iureconſultorum, mirari ſatis non poſſum, quonam pacto vnus alterius fidem ita ſequi conſueuerint, vt cōmunem illam calculorum ſententiam conſtituant, quam pro lege ſeruari omnino iubent, licet iuri, & veritati aperte repugnet, communis, inquiunt, error legem facit, quod ſane in hac re contigiſſe paucis aperiam.

Illius itaque Canonis hæc verba ſunt, *Præſul non damnetur non niſi cum XXII. teſtibus, preſbyter Cardinalis niſi cum LXIIII. teſtibus non deponatur, Diaconus Cardinalis niſi cum XXVII. teſtibus non condemnetur, Subdiaconus, Acolitus, Exorciſta, Lector, Hoſtiarius, non niſi cum VII. teſtibus condemnabitur.*

Gloſſa hic animaduertit, *Contra Papam verò de crimine duos tantum ſufficere, ea ſolum ratione, quia cum ſit comparatione aliorum maximus, deterioris conditionis in hoc eſſe debet,* idque probat can. Principium d. pœnit. diſt. 2. qui de Angelo Apoſtatarum Principe inquit, *Idcirco peccans ſine venia damnatur, quia magnus ſine comparatione fuerat creatus.*

At quam friuola hæc ſint, cuique rite animaduertenti facile erit detegere, primo enim Gloſſa ex hoc

Digitized by Google

Canone elicit, quod ipſe neque verbis explicat, neque ratione complectitur, imo deciſiuæ eius rationi directe aduerſatur.

Vulgatus ſiquidem Canon verba illa non habet quę poſt emendationem Gregorij XIII. iuſſu editam vel obtruncata, vel Impreſſorum incuria prætermiſſa videntur, ibi, *Poſt illa Præſul non damnetur niſi LXXII. teſtibus*, Addita ſunt, *Nec Præſul Summus à quoquam iudicabitur*, &c. *Quoniam ſic ſcriptum eſt, non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum*, &c. Ibique omnes concordare Canonum collectiones adnotatur, Panormia excepta.

Ratio autem contrarium neceſſariò perſuadet, Præſul inquit, *Niſi cum LXXII. teſtibus* &c. Gloſſ. hic Præſulem, Epiſcopum ſcilicet Cardinalem explicat, *Preſbyter Cardinalis niſi cum LXIIII. Diaconus Cardinalis niſi cum XXVII. teſtibus condamnetur*, melioris igitur conditionis efficit Epiſcopum Cardinalem Preſbytero, Preſbyterũ verò Diacono, atque eodem ordine imminuendo deſcendit: plures ergo teſtes exigit Canon in condemnando, qui maiori pollet dignitatis gradu, ſed Papã omnium maximum eſſe eadem Gloſſa aſſerit, plures igitur teſtes in ipſo de crimine damnando requiri, eiuſdem Canonis ratione neceſſum eſt dicere.

Neque ex ratione, qua Gloſſa mouetur illius can. principium, aliud poteſt inferri, niſi quod in eum, qui cæteris præeſt, abſque vlla ſpe veniæ, grauius animaduertendum ſit, quod autem in ordine iudicij, deterioris conditionis eſſe debeat, nullo modo, quoniam calumnijs, & impoſturis, eo facilius à duobus dumtaxat teſtibus obrui poſſet, quod æquitati, & rationi pœnitus re-

Digitized by Google

pugnet. Quamobrem licet magna ſit apud Iuriſperitos Gloſſæ authoritas, non tamen adeo abſoluta eſt, vt ei ſtandum ſit, niſi quatenus alicui innititur legi, ſine qua erubeſcunt loqui, poſtquam igitur Gloſſa nedum lege, Canone aliquo munitur, imo textus rationem violat, ordinemque peruertit, eius ſententia flocci pendenda merito erit, & veram eſſe C. Baronij aſſertionem ſacri Concilij teſtimonio roboratam, omnino fateri oportet.

Ad tertium, Ioannem triplici citatione vocatum fuiſſe, authoritate Sigiberti reſpondet, imo & vnicam tantum & peremptoriam ſufficere probat, L. peremptoriam ff. d. iudic. Mendacium.

Sed Luitprandus, qui vt diximus tunc viuebat, ſemel tantum ſcribit citatum fuiſſe, nam qui ſecundò ad ipſum vocandum miſſi fuerant, nullibi repertum retulere, quod venatum ierit, teſtis igitur, qui videre potuit, ei præferendus eſt, qui poſt annos ferè centum audita narrat, quod verò ius ciuile de hoc ſanciuit Canonicum Ius pœnitus horrent, quod ſoli æquitati innititur, quamobrem vt trina citatio præcedat, ſententiam in quoſcunque etiam facinoroſos, & impios ferendam, præſertim abſentes, ſub pœna nullitatis decreuit.

Vltimò deniqueprimæ partis reſpondere non erubeſcit, quod referre pudet, profectò initium ſapientiæ eſt timor Domini, ſtultitiæ ergo huius timoris iactura, ſapientia namque prima vitium fugere, & omni ſtultitia caruiſſe merito dicitur, vnde inſipientes Refractarij & peruicaces in omnia ruunt dedecora. Audi quo impia dementia hunc miſerrimum perduxit, vt non reuerea- Mendacium impudentiſſimum.

Digitized by Google

tur mentiri, electiones Pontificum omnes fieri contra præſcriptum iuris Canonici, & Papalium conſtitutionum formam; nec tamen adeò impudens fuit, vt mendacia mendacijs addendo, vel exemplum, vel teſtem quidem vnum adducere auſus ſit, ſed neque modeſtiæ tribuendum erit, quod veritas impium os ipſi obſtruxit.

N. Secundam verò duplici reſponſo refellere conatur, primum eſt, quod C. Baronius tom. 10. anno. 963. Ioannem intruſum dixit, ergo anathemate innodatus, excõmunicatus autem, excomunicationis ſententiam in alterum pronunciare non poteſt cap. audiuimus 24. q. p. &c.

Perperam

VErum Anathematis ſententia, quæ ſiue iuſtè, ſiue iniuſte inflicta fuerit, pertimeſcenda ſemper eſt, duplici implicat vinculo, interiori ſcilicet animam, coram Deo deuinciens exteriori, quo inhabilem ad quæcumque iuridicè, riteque gerenda hominem reddit: excomunicatio igitur, quam Ioannes ſuis literis prætulit, licet in foro interiori, nulla fuiſſet, tanquam ab intruſo lata, attamen quoniam Eccleſia de occultis non iudicat, valida, & efficax in foro exteriori omnino fuit, quamuis enim Ioannes non eſſet Canonice electus, ſed vi, aut dolo in Petri Sedem irrepſiſſet, attamen vti legitimus Pontifex ſemper erat habendus, donec iuris ordine intruſione cognita, diffinitiua ſententia, motus eo gradu fuiſſet.

N. Alterum quia Ioannes, cum à Concilio authoritate Imperatoris coacto, vocatus eſſet, vt cauſam ſuam diceret, nomen ipſius inter reos receptum fuerat, quolibet igitur Catholico minor erat, quamobrem in eo-

Hæreticũ Mendacium.

dem Concilio, congregatos excommunicare non poterat.

DVas eaſdemque impias hæreſes paucis complexus, eſt primam quod Imperator facultatem habeat conuocandi Concilia, etiam contra Pontifices, Chriſti Vicarios, *Si*, inquit Athanaſius aduerſus Conſtā-tium Imperatorem epiſt. ad Solitar. *Iudicium Epiſcoporum eſt, quid cum eo commune Jmperator habet?* vide C. Bellar. d. Concil. lib. 1. c. 12. 13. & 19.

Profectò vt C. Baron. hic animaduertit, omnes qui ad Concilium iſtud conuenerant, Ioannem verum legitimumque Pontificem faſſi ſunt, litteris ad eum datis, vnde ergo Imperatori facultas cogendi Synodum, contra ipſum Papam? nonne Theodorico quod aduerſus Symmachum aduerſariorū calumnijs fere obrutū, Concilium indixerit, Patres obtiterunt, non licere conteſtā-tes contra Pontificem, ab alio quam ab ipſo Synodum conuocari, neque Theodoricus negauit, ſed literis ipſius Symmachi id feciſſe reſpondit.

N. Alteram, quod Ioannes ſola accuſatione Reus dignitatem, & poteſtatem amiſerit, at non ne blaſphemia hæc Donaſtitarum fuit, à Luthero, & Caluino innouata, vt Papæ propter vitia, ius clauium auferatur, quod ſuis literis, ad Ioannem ſcripſit eadem Synodus, quonam igitur pacto ſpiritus Dei afflatu coactam dixeris? Luther. Caluin. Hæret. Mendacium.

Nulliter igitur conuocatam ab Othone qui nullam habebat poteſtatem, irritaque & nulla quæcunque in ipſa ſunt geſta relatis argumentis, C. Baronius optime probauit, quem Goldaſtus impie procax, temereque impudens, iniuſtiſſimè redarguit.

Digitized by Google

Cæteras autem præterijt ratiocinationes quibus C. Baronius nullitates haſce, adeò perſpicuè ob oculos ponit; vt manibus ipſis tangi videantur, nimis ſcilicet propere feſtinatam Ioannis depoſitionem, nullo penitus iuris ordine ſeruato, prius peracta quam incæpta, nulla præcedente ſententia, ſed Imperatore dumtaxat ſententias rogante, profectò nimis duram prouinciam ſibi aggrediendam animaduertit: conſultius igitur ſilentio præterijt.

Denique vt obicem tolleret, quem ſuis mendacijs aduerſum cognouerat, ſcilicet Henrici IV. Imperatoris iuſtam illam, ac debitam reſtitutionem iurium, inueſtiturę Epiſcopis, & Abbatibus conferendæ quæ tyrannica impietate ſibi arrogauerat, & quoniam res in publico conſenſu tot Prælatorum, & Principum geſta, totq; ſcriptorum monumentis conſignata, in dubiũ reuocari nullatenus poterat, ipſam tamen prę viribus, ambagibus nugarum obuoluere, atque implicare conatur, authoritate ſuorum Leopuldi Bembemburgh. & Marſilij Patauini, duo fulmina belli, quo Schiſmatici Imperatores, ſanctam Dei Eccleſiam immaniſſimè exagitarunt.

N. Quorum primus in lib. d. Zelo veterum German. Principum cap. 8. *Reuera*, inquit, *iſta reſignatio præſertim quo ad inueſtituras Archiepiſcoporum, & Abbatum Germaniæ, eſt eiuſdem Henrici deuotioni, quam erga Eccleſiam Romanam habuit; adſcribenda; neque ipſi Imperio eiuſque iuribus præiudicium facere potuit: rationes verò plures adducit.*

Perperam N. Quia ſcilicet omnes prædeceſſores eius non tam virtute priuilegij Imperatoribus à Leone VIII. in Concilio generali conceſſi, quam ex hoc quod vt pluri-

mum erant patroni, ſeu dotatores Eccleſiarum Cathedralium & maiorum, Monaſteriorum, & inueſtituras vſque ad tempora Henrici facere conſueuerant vt patet ex hiſtoria Francorum, nec erat nouum apud ipſos tantum: nam Reges Hungariæ vſque ad tempora Paſchalis, vt refert Chronica Martini, Reges Burgundiæ, vt hiſtorici Francorum ſub geſtis Henrici II. id fecerunt, & Reges Angliæ prout aſſerit Eduardus epiſt. ad Clementem VI. qui præbendas Eccleſiarum conferre ſolebant, quia Rex eſt patronus, & magna habet Feuda, ratione igitur Iuris patronatus, vel feudorum illa confert, not. Archidiac. in c. Imperium diſt. 10. Mendacia

PLuribus ſane iiſdemque maximis argumentis obſequium, & propenſionem animi ſui in Eccleſiam Romanam Henricus patefecit, dum eam longo admodum, diroque Schiſmate conflictauit, in ipſum Chriſti Vicarium impias iniecit manus, à quo militum phalangibus vndique ſtipato, priuilegium illud ſumma vi, armatus extorſit.

Audi pietatis eius præconia, ex Krantio lib. 5. Saxon. cap. 33. vbi narrata Pontificis Paſchalis captiuitate, & conſtantia, qua Theutonicis Epiſcopis tantam ſanctitati ſuæ illatam ab Henrico iniuria dolentibus, rogantibus, ſuadentibuſque, vt temporis neceſſitati inſeruiret, atque tot captiuorum Sacerdotum incolumitati cõſuleret, magno quidem animo reſpõdit; Abſit hoc à nobis, occidat corpora, animas auferre non poteſt, pergit, ea cum renunciata eſſent Regi iuſſit captiuos in cõſpectu Pontificis decollari, vnde, emollita ſunt viſcera pij Patris euocatis notarijs ſcripſit, quæ Rex voluit &c. ſcilicet priuilegium iſtud

Digitized by Google

inueſtituræ cui tandem ceſſit, non ſponte ſed Apoſtolicis Cenſuris toties perculſus: & quoniam, vt inquit idẽ Author, cap. 34. ad 43. ſtatim vt in Germaniam reuerſus eſt, nonnulli propter iniuriam, & vim quam intulerat Pontifici, conſpirauerunt in eum execrantes impietatem, quam ipſe in patre ſuo vindicabat, imo quam maiori ſcelere cumulabat &c. caput autem rebellionis Albertus Archiepiſcopus Moguntinus habebatur, quamobrem omnes ab eius communione ſe retrahere animaduertens, in Italiam cum vxore concedere cogitur, interim Concilia per Legatum Apoſtolicum, in ſe cogi, eiuſque de depoſitione agi cognoſcens, reuertitur, ſed omnibus execrabilis, adeò quod vniuerſo Regno obſtrepente ac Moguntino Archiepiſcopo Saxonum auxilijs vires comparante, impium animum ad pacem inflectere compulſus eſt.

Neque iuſtiſſima illa vſurpati iuris abdicatione præiudicium vllum Imperio eiuſque ſucceſſoribus intulit, niſi præiudicium exiſtimes male ablatarum reſtitutionem, imo beneficium contulit maximum, exemplum cæteris præbendo, vt ab ipſo eius periculo ediſcerent, quam perniciosum ſit Principis in Eccleſia Dei ſua abuti poteſtate, quam illi acceptam referre debent, aduerſus cuius Eccleſiam nulla eſt præſcriptio, quæ male fidei poſſeſſorem, quouis interuallo temporis tueri poſſit: audi Krantium eod. lib. 5. cap. 38. quod de eo priuilegio Brunonem Signinum Epiſcopum in Cõcilio Romano dicentem recenſeat, *Gratias*, inquit, *altiſſimo Deo, quod Papam audiuimus proprio ore damnantem priuilegium, quod prauitatem, & hæreſim cõtinebat*, &c. vt nimirum non

ſit

Digitized by Google

ſit, ſi idem Henricus perpetratæ inuaſionis ſibi ipſi conſcius, poſthabitis commentitijs illis conceſſionibus Adriani, & Leonis, apud Krantium eod. lib. cap. 42. *Inueſtituram omnem pro remedio animæ ſuæ remittere faſſus*, nouumque à Calliſto priuilegium impetrarit, vt electiones Epiſcoporum, & Abbatum Theutonici dumtaxat Regni, qui ad Regnum pertinerent, in eius præſentia fierent, atque regalia per ſcepttum ab eo reciperent.

Neque exempla illa Regum, Hungariæ, Burgundiæ, & Angliæ quod contra ſtatuta ſanctorum Patrum, ſacrorumque Conciliorum ſanctiones, tyrannica violentia geſtum fuerat, iuſtum vnquam, & æquum efficere potuerunt, vt Henrico quaſi præſcripta conſuetudine, pallium obtenderent.

Equidem Romani Pontifices, vt temporum neceſſitati inſeruirent, conſulerentque erroneis Principum cõſcientijs, ex duobus malis maximum euitantes, permiſerunt ipſis aliquando, ſed diſſimulando, & tacendo inueſtituras Epiſcopatuum, & Abbatiarum conferre per annulum & baculum, mos autem huiuſmodi ex Gallia, Germania, & Italia, quæ tunc Latinus Orbis cenſebatur, exemplo deterrimo, vſurpari cæpit ab Hiſpaniæ, Francorum, & Hungariæ Regibus, inoleuitque peſſima conſuetudo, donec Simoniaca nundinatione, Eccleſiaſtica beneficia, veluti auctione diſtrahere Principes cæperunt, adeò quod indignum facinus haud amplius tolerandum ipſi ſummi Pontifices duxere.

Quamobrem Leo IX. inueſtituras haſce Principibus interdicere primus cæpit, Adrianus poſtmodum in Synodo VIII. can. 22. improbauit, vetuitque, acrius ve-

Rr.

rò Gregorius VII. qui Adriani exemplo ius omne indulgentia Pontificum clanculum ſubreptum, ipſis penitus ademit, in Synodo Romæ habita, anno 1078. Leo Hoſtienſ. lib. 3. Chron. Caſſin. cap. 41. deinceps Victor. III. in Concilio Beneuentano, & Vrbanus II. in Malfitano, Paſchalis denique in Conuentu Gaaſtallenſi, & Calliſtus II. in Comitijs Remenſibus, eas omnino damnarunt, & prohibuerunt, quorum decreta Innocentius II. & Alexander III. innouarunt C. Baron. tom 11. annis 1078. 1087. & 1090.

Quod ſi Martini Poloni verba, ea fide retuliſſet, qua ſcriptorem ingenuum decet, non vtique hæc reticuiſſet, *Hoc tempore Rex Hungariæ admonitiones plurimas per literas ſuas Domino Papæ ſcribens, renunciauit inueſtituris Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, quas vſque ad illa tempora Reges Hungariæ facere conſueuerunt.*

At Leopoldus, & Illyricus, poſt eum, in Catalogo pag. 509. qui epiſtolam Eduardi Regis Angliæ aduerſus Pontificem adeò extollunt, hæc ſilentio prætererunt, & cur ſanctionem illam reticuerũt, qua Henricus I. Angliæ Rex in Synodo Londini habita anno 1106. inueſtituras, quas prædeceſſoribus eius ſibi arrogauerant interdixit, ſuaq; ditione eliminauit, poſtquam tot excitaſſent turbas inter ipſum & S. Anſelmum Cantuariæ Archiepiſcopum, totque in ſuo Regno mala peperiſſe animaduerterat, & cur tandem epiſtolam reſponſiuam ipſius Clementis ad Eduardum, quæ eſt 622. non recenſuit, vt altera etiam parte audita, æquum eſſet de eis cuiuſque iudicium.

Perperam denique prohibitionem inueſtituræ, ad

ius patronatus trahit, quæ toto, vt aiunt, diſtant Cælo, profecto ſua huiuſmodi iura nedum Imperatoribus & Regibus, cæteriſque Principibus, ſed cuique etiam è plebecula minimo iuxta prę ſcriptum, tamen ſacrorum Canonum Pontifices Romani ſeruant illæſa.

N. Claudit tandem hanc ſuam mendaciorum cōſarcinationem, concluſione Marſilij Patauini p. 2. cap. 26. defenſorij pacis inſcriptio ſane rebus vndique conſona, ſi Gallico idiomate, defenſoriū interpreteris, nempè prohibitionem: *Ergo* inquiens, *Henricus ſucceſſoribus praiudicare non potuit, vnde poſtea renunciationem hanc ex cauſa legitima reuocare voluerunt, ſeu potius reuocarunt, Otho IV. & Fridericus II.*

AT falſis ex aſſertionibus, non poterat niſi falſa elici cōcluſio; præiudiciū nullum ex hoc ſucceſſoribus ab Henrico illatum ſupra probauimus, in reliquis Marſilius temere quidem mentitur. Mendacium.

Quoniam tranſeamus quod ineptè Othonem IV. recenſet, cum tamen vltra tertium nullus illius ſtemmatis Imperator numeretur, quamuis Othonem primum reſpectu Othonis eius aui, ſecundum male appellarint, ſed apud quem reperit authorem tribus hiſce Othonibus controuerſiam cum Romano aliquo Pontifice de inueſtituris aliquando fuiſſe; Otho IV. inueſtituram cōceſſit Herberto Maguntiæ Archiepiſcopo deſignato, ſed Feudorum, quæ ex fiſco Regio Eccleſia illa poſſidebat, teſtis eſt Rupertus Abbas in vita Huberti apud C. Baron. tom. 10. anno 998. nunquam tamen inueſtituras, de quibus agimus ſibi vindicare tentauit. mendacium igitur pace Marſilij, hoc eſt turpiſſimum.

De Friderico ſatis eſt dictum ad cap. 4. neque tamen prætereundum eſt, vt Marſilius ſilentio obuoluit, edictum illud, quo Fridericus anno 1219. Pontifici Innocentio IV-ius illud iniurium, ac violentum, his verbis remiſit, *Illum abuſum abolere volentes, quem quidem prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, in electionibus Prælatorum concedimus, vt electiones libere fiant, & canonicè* &c. quod autem neque legitimam, neque iuſtam aduerſus tot Pontifices cauſam vnquam fouerit, exitus re ipſa probauit, profectò Marſilium Reipublicę Venetæ in ditione ortum, haud quidem latere potuerat, vti ipſe Fridericus ad pedes Alexandri III. Venetijs occidens tot facinorum ſuorum veniam humillimè rogauerit. Impium ſanè exultare, at non ſæuire Deus ſinit.

Digitized by Google

CAPITIS IX.

ASSERTIO.

OSTENDITVR PONTIFI- CEM ROMANVM NVLLO MODO IN REGES, ET PRINCIPES, EORVMQVE Subditos animaduertere poſſe. N.

ANIMADVERSIO.

TOT tantaque beneficia Deus Optimus Maximus homini contulit, tot virtutes, tot artes, animum denique ipſi tribuit, cui nihil non eodem, quo intendit momento peruium eſt; circumeas licet cuncta, ex omnibus ſingula excerpas, quæ potiſſimum expeteres, & nihil totum inuenies, quod eſſe malles, quãobrem niſi diuinorum munerum iniqui iudices eſſe velimus, profectò bene æſtimata indulgentia, & liberalitate ipſius, fateamur neceſſe eſt, hominem in delicijs

Digitized by Google

illi fuiſſe, cætera tamen, quamuis maxima, longe antecellit libera illa facultas, qua eum ſibi ſimillimum, & à ſe proximum effecit, vt natura bonum expeteret, illo traheretur, & nullo cogente, ſuo deligeret, vel reſpueret arbitrio.

Quoniam verò omnia ſuo bono conſtant, & in homine optimum propenſio illa ad cognoſcendam veritatem ratio eſt, qua animalia præcellit, & Deum ſequitur, hanc liberæ voluntati moderatricem dedit, cuius regeretur ac dirigeretur imperio, non quod vllo modo cogeretur, aut neceſſitate aliqua præpediretur, quoniam nihil difficile ab ea exigit ratio, ſed rem facillimam ſecundum naturam ſuam viuere; eſt enim voluntas ſolius boni appetitus, non quidem vt peculiare, ſed in vniuerſum conſideratum, ad quod, veluti in proprium obiectum, poſtquam illud cognouit, natura fertur, malumque ſuapte exhorret: atque ideò libera eſt quoniam ſuæ moderatrici obtemperando id appetit quod ipſa bonum eſſe eidem perſuadet; hoc verò à Belluis diſtat quarum appetitus non ratione, ſed inſtinctu mouetur, atque in vnum dumtaxat determinatum obiectum vltro fertur, non igitur voluntas humana adeò libera eſt, vt etiam malum poſſit expetere, eligere, & inſequi, vnum eſt bonum, quod honeſtum, libertas eſt nec turpia velle, nec nimia, virtutes ſecundum naturam ſunt, vitia inimica, & infenſa, inter varios igitur affectus diſtrahi, atque diſcerpi, iniuſtiſque parere cupiditatibus ſeruitus maxima eſt, naturæ libertati omnino repugnans, quãobrem veluti legem voluntati Deus præſcripſit regulam, certam, vniformem, infallibilem, neceſſariam

Digitized by Google

noſtrarum operationum, ſiquidem licet ratio ab omni ſit coactione immunis, vt plura ſimul cognoſcere, & iudicare poſſit, nam verum vero non repugnat, ne vnum quod determinate cognouerit, voluntati proponere cogatur, ipſa verò voluntas non electione ſed neceſſitate in illud eat, non tamen eo vſque ſoluta eſt, quin conſilio, & perſuaſionibus ad veritati aſſentiendum non compellatur; effingere enim quodcunque lubet nobis ipſis poſſumus, opinari autem nequaquam: cum itaque bonum inter, & malum ſecernere, voluntati vtrumque obiectare, ac ipſi quid expetendum, quid fugiendum dictare, prauoſque coërcere appetitus, vbi in deterius propenſiores animaduertit, præcipuum ſit rationis munus in ea vis omnis liberi arbitrij ſita eſt, non quidem vt formam inde ſuſcipiat facultas, namq; hoc vel illud eligendi, aut reſpuendi, libertas eſt, actus autem ſolius voluntatis electio, verum quia dumtaxat liberum dicitur quatenus ratione ducitur, & flectitur, cum enim agat propter finem, medium ad finem præuio rationis iudicio deligit, ſine quo nihil velle poteſt, cum eius non ſit iudicare, ſed deliberare, in hoc inquit Cicero, ſapientes ſumus quia naturam optimam viuendi ducem, tamquã Deum ſequimur, &c. eſt quidem Deus in nobis vnde illud, ſequere Deum.

Quamuis autem legitimum iſtud rationis Imperium facile admodum ſit, tamquam naturæ conſentaneum, difficile tamen effecit cõmunis inſania, qua in vitia alter alterum trudimus, equidem voluntas primorum parentum culpa deprauata, licet ratio eidem ob oculos ponat, quod optimum iudicat, ipſa tamen dum voluptate tra-

Digitized by Google

hitur, ſpecie boni decepta, conſilio, ac perſuaſione ſuæ moderatricis poſthabitis, diuino illo libertatis munere, veluti ignara, plerumque abutitur, quapropter in licentiam immoderatè prolapſam, legis præcepto arctius deuincenda fuit, quæ tamen liberam illius facultate mnulla ex parte ſubſtulit, quum lex iuſti, iniuſtique regula ſit, eaque præcipiat, quę ſecundum naturam ſunt, quæ autem naturę aduerſantur prohibeat, vt ſaltem formidine pœnæ; ſi non virtutis amore oderint peccaſſe mali, *Sic igitur Deus hominem libero munerauit arbitrio, vt tamen regeret imperio, terreret exitio.*

Auguſt. in Enchirid c. 25.

Quamobrem ſicuti homo ſocietatis appetens, animo, & corpore conſtat, quorum alter diuinus, immortalis, æternus; alterum verò terrenum corruptioni & interitui obnoxium eſt, ita duplicem expetit felicitatem, & animi quæ vera & perennis; & corporis, quæ ciuilis, & ad tempus eſt: ad vtramque igitur aſſequendam medijs indiget.

Quoniam verò felicitas amitti, & comparari æque poteſt, voluntas eligens media, ad vtrumque finem ſibi propoſita, ſemper eadem eſt, quæ vti deprauata, in electione ſepenumerò decipitur, duplici quoque Moderatore, & Duce non ſecus ac cœcus, eadem ratione eget, quorum conſilio, iudicio, & imperio dirigatur, gubernetur, & coërceatur. Neque enim aliter erunt iuſtitia, & concordia, quibus cōnectitur humana Societas, quibuſque ſublatis reſoluitur, ſiquidem cuique inſita dominandi libido, quæ vbi nullo compeſcitur fræno, eſt pro ratione voluntas. Hinc igitur ſpiritualis & Ciuilis poteſtas vt omnes ad æternam felicitatem vitam hác

ſecundum

ſecundùm virtutem ducant.

Porrò Eccleſia non ſecus ac Reſpublica, aut Regnum, eſt & ipſa hominum cætus vnus, licet toto Orbe diffuſa, imo Regnum Chriſti dicitur, ea igitur ratione, qua Ciuilis poteſtas homines dirigit, & moderatur, vt per concordiam, & iuſtitiam ſocietas inter eos ſeruetur, atque ad propoſitum felicitatis finem perueniant: ſpiritualis etiam poteſtas fidelibus imperat, vt vinculo charitatis, & pacis, vna Religione deuincti, vno ſpiritu viuant, vnam afferant fidem, æternamque beatitudinem ſimul adipiſcantur.

Vtriuſque tamen diuerſus eſt finis, Ciuilis namque pacem, & moralem honeſtatem in Republica ſeruanda ſibi proponit: ſpiritualis verò, in æternam, veramque animarum ſalutem tota incumbit, & quoniam finis in actibus humanis, veluti forma eſt, qua res conſtant, & ſunt, vtramque ergo ab inuicem diſtingui neceſſum eſt fateri.

Verùm quia animus præeſt corpori, hoc ſubſeruit, ille verò informat, vtique propter illum neceſſe exiſtit, finis igitur Ciuilis poteſtatis, qui ad bonum externum & temporale hominis interituri præcipuè dirigitur, in eum collimari finem oportet in quem animus numquam interiturus tendit, rationem igitur medij habet, ad perennem illam felicitatem, quæ finis vltimus, & præcipuus hominis eſt, quemadmodum ergo naturę diſpoſitioni, noſtrorum actuum fines ſubordinantur, vt vnus ab altero pēdeat donec ad ſupremum perueniatur, cui cæteri inſeruiunt, neque tamen ſimul confunduntur, ſed ab inuicem diſtincti ſemper ſunt, quod in

Digitized by Google

artibus,& ſcientijs,imo in ipſis animæ facultatibus, omnes experimur, eodem pacto, & poteſtates ſubordinari, & connecti neceſſe erit.

Ciuilis autem poteſtas ſuprema eſt, quæ nulli ſubijcitur, ſed ab ea magiſtratuũ omnis pendet authoritas, ad eamq; tota redigitur, atque hæc ſummi dumtaxat Principatus eſt, quę licet ſuprema in ſuo ordine dicatur, quod alterius non ſubdatur imperio, ratione tamen excellentioris boni, veluti ſubordinata ad finem ſuperiorem illius æternæ beatitudinis comparandæ, quam omnes natura expetimus, ſpirituali ſubeſt, obtemperatque poteſtati, atque hac ratione Eccleſiæ ſuæ Hierarchiam Chriſtus diſpoſuit, cui Petrum vnum viſibile caput, & Principem præfecit, auctoritate Ampliſſima, in omnes qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, à qua nec exemit Imperatores, Reges, aut quoſuis alios ſupremos Principes, cum omnes Agni illius Gregis ſint, cuius intra vnius Ouilis ſepta, eidem Petro regimen demandauit.

Quæ quidem ſuprema ſpiritualis poteſtas ordinis & iuriſdictionis dicitur, iuriſdictionis autẽ ſubiectum vniuerſus fidelium cœtus eſt, quos duplici in foro iudicat, interno, & externo: de prima iuriſdictionis ſpecie magna nobis cum Sectarijs inter ſe diſſidentibus, exiſtit quæſtio, cuius explicationi non eſt hic locus, ſecundam omnino ſuſtulere Marcilius Patauinus Atheopoliticorum Anteſignanus qui Hierarchicum ordinem vndique peruertens, preſbyteros Epiſcopis, & Epiſcopos Papæ pares omnino cenſuit, Chriſtumq; Eccleſiæ & Romano Pontifici, cæteriſque Epiſcopis nullam, vel ad pręcipiendum, ſeu obligandum, vel ad cogendum reli-

Digitized by Google

quiſſe iuriſdictionem aſſeruit, vixque relicta Sacerdotibus facultate ſacramenta conferendi, & verbi Dei explicandi, temporalium Principum poteſtati ipſum ſummum Pontificem, Epiſcopos, & Clericos impiè ſubiecit, in eandem iuere iniquam ſententiam Lutherus & Caluinus, cæterique poſt eos Errones, ſed diuerſa ſemita, quippe qui falsò opinantes, nullum eſſe in Eccleſia verum, ac proprium Sacrificium, & propterea, neque verùm ac proprium Sacerdotium, ſed dumtaxat ſpiritiuale, & metaphoricum, omnibus Chriſticolis æquè cõmune, diſtinctione inter Clerum, & Populum ſublata, omnes dignitate, & poteſtate æquales promiſcuè fecerunt.

Quorum impium nefariumque errorem apertè reuincunt ipſius Chriſti verba, apud Math. vbi Apoſtolis ius ſummum tribuit diræ anathematis ſententiæ in illum ferendæ, qui monita, obiurgationeſque Sanctæ Matris Eccleſiæ aſpernaretur, neque Petrum abſque pedo; coërcitionis ſupremum Chriſtiani Gregis Paſtorem conſtituit, ſed aberrantes commonendi, redarguendi, ac compeſcendi, in præfractos autem, & rebelles animaduertendi, & ſcabie deniq; obſitos morbidoſque Ouili excludendi authoritatem omnem contulit, Paſtoris enim, & Regis idem videtur eſſe munus, eademque coërcendi facultas, vnde Regem Agamenonem Diuinus Homerus Paſtorem appellauit, Pontificis igitur Maieſtas non ficta ſed vera eſt, potẽtia non inanis, ſed omnem inobedientiam vlciſci potens, cui enim iuriſdictio tribuitur, ea quoque conceſſa videntur ſine quibus exerceri non poteſt, & ſicuti actus ita Principa-

Cap. 16. & 18. vbi Chryſ. & Theophil.

Iliad. 2.

L. 1. ff. d. iuriſ. omn. iud.

Digitized by Google

Ariſt. 3. P. lit. cap. 4. tus & munera ex finibus præcipuè diſtinguntur, quamobrem & in media ipſa ad fines ius habent ne eorum inanis, & imminuta ſit poteſtas.

Atque Impios hoſce damnat ipſius Eccleſiæ vſus, quæ & leges præſcribere, eaſque ad ſeruandum cogere, refractarioſque grauiſſimè punire ſemper conſueuit, & merito, qui enim eius obſiſtit imperio, Deo reſiſtit, ac damnationem ſibi parat, eademque vſus eſt Petrus in Ananiam & Zapphiram, agnouit Paulus hanc animaduerſionis virgam, Corinthios increpans, eamque ſuo periculo expertus eſt Elimas. Et quid exempla recenſeam tot Imperatorum, tot Regum, totque Principum, quibus ab ipſis Eccleſiæ initijs forum iſtud externum, & bonis, & malis ſemper patuiſſe oſtendam? dicat Bernardus, vti gladius apud pijſſimum Patrem parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis vagina reconditus, imo & lenitate conſtrictus ſit. *Quid tu denuo vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam, quem tamen qui tuum negat non ſatis mihi videtur attendere verba Domini dicentis ſic, Conuerte gladium tuum in vaginam, tuus ergo & ipſe tuo forſitan nutu, & ſi non tua manu euaginandus, alioquin ſi nullo alio modo ad te pertineret, & is dicentibus Apoſtolis, ecce gladij duo, hæc non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt; vterque ergo Eccleſiæ & ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exerendus eſt.* Audi Epiphanium, *Thronus Dauid, & Regia Sedes eſt Sacerdotium in Sancta Eccleſia, quam dignitatem Regiam, ſimulque Pontificiam ſimul coniunctim largitus eſt Dominus Sanctæ Eccleſiæ, tranſlato in ipſam Throno Dauid, non deficiente in æternum*, &c. Regiam igitur Maieſtatem coactiua

Corinth. 1.

Bern. de conſid. c. 3. lib. 4.

Hæreſ. 29.

poteſtate deſtitutam, quis dixerit? non quidem Ethnici, qui ſuis Imperatoribus ſemper tribuerunt ampliſſimam: At hi dumtaxat aſſeruere, qui ius omne Ciuilis etiam Principatus reſoluunt.

Et quoniam eamdem ipſam ſupremam iuriſdictionẽ, quam Chriſtus Dominus vni dedit Petro, in quo vnitatis originẽ, ſua authoritate diſpoſuit, vt quemadmodũ ipſe vnus eſt, itidẽ vnã Eccleſiã, vnamq; veritatis Cathedrã, vnius Imperio moderandam conſtituiſſe demonſtraret, in omnes viciſſim eius ſucceſſores, eodem iure pertranſit, cui enim muneris defertur ſucceſſio, & poteſtatem muneri annexam deferri ſimul neceſſe eſt, *Inde enim*, inquit Cypran. *per temporum, & ſucceſſionum vices, Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit*, nulla certè alia de cauſa idem Pientiſſimus Seruator noſter ſanguinẽ ſuum fudit, ait Chryſoſtomus, Διὰ τί καὶ τὸ αἷμα Χριστὸς ἐξέχεεν· ἵνα τὰ πρόβατα κτήσηται ταῦτα, ἃ τῷ Πέτρῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἐνεχείρισεν. *Niſi vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat*: vides igitur cum Auguſtino dicam, *quid in hac re Eccleſiæ Catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem, ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot conſenſione firmatur.* &c. Quamobrem fideles quoſcunque, Romani Pontificis ſpirituali imperio promiſcuè ſubiacere, nullus inficias negabit, qui Chriſti è Grege ſit, neque ſuo Paſtori ſubici, eiuſque obtemperare mandatis Catholici Principes ægrè ferre, aut detrectare iuſtè quidem poſſunt, poſtquam nulla ex parte eorum dignitas & poteſtas; ex hoc imminuitur, aut remittitur, ſed augentur potius; alioquin Chriſtia-

Cyprian. d. vnit. Eccl.

Epiſt. 27

Lib. 1. de Sacerd.

Lib. 11. contr. Fauſt. cap. 2.

Digitized by Google

næ fidei repugnaret, huiuſmodi obedientia, quam Chriſtus ab ipſis nedum ſibi, ſed eius quoque Vicario rependendam exigit; equidem voluntas licet rationi ſubiecta, non minus eſt libera, cui niſi pareat voluntas, propriè dici nequit, quia rationalis non eſt, iniuſtum inhoneſtumque natura exhorret, quod ſi in illud aliquando fertur ſpecie fucata decipitur, admonet tunc ratio ſi obſiſtit compeſcit, niſi recipiſcat, ſuadendo inſtat, deteſtando coercet, vbi autem peruicax falſa voluptate trahitur, ſui iuris non eſt, quæ noxium ſelegit, ſed neque dimittit impunem, in ipſo namque ſcelere, ſceleris pœnam inuenit, quod conſcientiam flagellat, & quo grauius peccauit, acrius verberat, donec ad pœnitentiam redigat, ſicuti ergo voluntas ſemper libera, omnique neceſſitate ſoluta eſt, dum & malum deuitare, & bonum inſequi iubetur, præceptoque legis compellitur, itidem nullo pacto ſupremæ poteſtati detrahitur, vbi Principibus ſpiritualis iuriſdictio dominatur, quandoquidem ſupremæ poteſtatis eſt non poſſe quantum velis, ſed velle quantum poſſis, non igitur ſubiectio iſta aliquid exigit, quod liberi Principatus iura lædat, vel maieſtati officiat. In omni Reſpublica præcipua eſt curatio diuinorum, ſpiritualis poteſtas hoc potiſſimum à Principe expetit, vt Deum omnimodo, omni tempore ipſe colat, & vt alij colant efficiat; Sacroſanctam tueatur Eccleſiam, eos verò qui in diuinis aliquid innouant odio habeat, & coerceat, propriæ eorum incumbat ſaluti, qui eius ſunt regimini concrediti, quoniam Rex eligitur non vt ſe molliter curet, ſed per ipſum, ij qui elegerunt, bene beateque agant, atque ex proprio munere

Dio lib. 52.

Xenoph. in memo. Socrat. lib. 3.

Digitized by Google

cunɫta ipſis præſtet, quæ ad præſtitutum æternæ felicitatis finem eos perducant: at non ne hoc proprium legitimi Principis eſt? quod ſi iuſtitia omni, & honeſtate poſthabitis, impia trahatur dominandi libidine, ſuumque ipſius commodum ſpectans & quærens, ciuium ſeruitutem, non tutelam ſibi traditam, ſuamque eſſe Rempublicam, non ſe Reipublicæ falsò exiſtimet, & humana ſimul, ac diuina confundat, atque peruertat, non liber ſed ſeruus iniuſtiſſimæ cupiditatis, non Princeps, ſed Tyrannus, non homo ſed bellua immanis eſt, poteſtas namque Principibus decori, gloriæque fit: ſi illis quos regunt ſalutaris potentia ſit, peſtifera verò res eſt valere ad nocendũ. At quis tunc admonebit, quis redarguet, compeſcet? nullius ſane ciuilis dominatio, par in parem non habet imperium, ſpiritualis igitur fateri cogeris, neque enim Deus, cuius omnia perfecta sũt opera, in hoc defecit, aut nos opportuno deſtituit auxilio. Senec. d. Clem.

Vna profecto eſt Christiana Reſpublica vnitate fidei deuincta, vnum igitur caput huius myſtici corporis erit, cuius Principes membra præcipua ſunt, quemadmodum autem totum corpus animo deſeruit, cui nedum pedes & manus, ſed oculi etiam negocium gerunt, illius iuſſu iacemus, aut inquieti diſcurrimus, cũ ille imperauit, ita hæc immenſa multitudo, vnius ſpiritualis poteſtatis, veluti animæ circundata, ſpiritu regitur, & ratione flectitur preſſura ſe ac fractura viribus ſuis, niſi eius conſilio ſuſtineretur, ſuam itaq; incolumitatem ament Principes, ſummi Pontificis Maieſtatem venerando, timendo, eique vt par eſt obſequendo, hoc enim vinculum per quod Chriſtiana Reſpublica cohæret, ni- Senec. d. Clem.

Digitized by Google

hil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur, tamdiu ab iſto periculo aberunt, quã-diu ſcient hos ferre rationis, & iuſtitiæ frenos, quos non Tyrannus moderatur ſed Pater, cuius dominatum ipſa natura appetit, quæ filios ad parentibus obtemperandũ ſuo inſtinctu impulit. At huiuſmodi firma charitatis vincula ſi quando abruperint, hæc vnitas diſſoluetur, & in partes multas diſſiliet, ipſiſque idem dominandi finis erit, qui parendi fuerit; aut igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ ſpirituali Monarchę tanquam membra capiti ſubdãtur, aut tot in Eccleſia ſpirituales Principes erunt, quot Catholici Dominatores in toto orbe exiſtunt, qui nullius hominis imperio ſubiacent, quid Catholicos dixerim? ſi Regia poteſtas prout Proteſtantes Angli falsò exiſtimant, ab ipſo Deo non rationis inſtinctu, ſed immediate eſt, cui veluti neceſſarium cõſequens ſpiritualis ineſt, nonne ipſi etiam Ethnici Principes, ac Turcarum Tyrannus, eodem iure inter Eccleſiæ Præſules recenſere cogemur, quod Ciuilem & ſupremam poteſtatem, verè, & propriè habeant, & quoniam abſoluti imperij poſſe quod vult, peculiare eſt priuilegium, nuſquam vna fides, ſed quot capita, tot erunt de ea ſententiæ, totidem ergo Eccleſiæ diuerſitate fidei diſtinctæ, neque nouum, aut quod fieri nequit ipſe effingo; Gallia, Germania, Anglia, Polonia, & quam plures aliæ Prouinciæ teſtantur. Atquis monſtrum hoc fœdius, & abſurdum deterius excogitare poterit? vnius non plurium dominatum Chriſtus inſtituit, qui ſapientiſſime nouerat, vt Regni Societas cum fide numquam cępit, aut ſine cruore deſijt, & in hac Sacra Spiritali Monarchia fundamentum

Seneca. ibid.

Cyprian. d. vanit. Idolor.

tum legitimæ poteſtatis Chriſtiani Principis omne ſi-
tum videtur, non vt ius inde accipiat, liberam enim à
Deo conſenſu populi habet, ſed ne lege diuina & natu-
rali ſoluta minus libera ſit, quemadmodum volũtas po-
tius famulatur quam libere agit, vbi rationi obſiſtendo
proprijs cupiditatibus trahitur; eia vos, qui ad turbas ex-
citandas impie clamitatis, reddenda eſſe Cæſari, quæ
ſua ſunt, illa dici non dubitamus, Chryſoſtomus reſpõ- Homil. 17. in Matth.
det. τὰ μηδὲν τὴν εὐσέβειαν παραβλάπτοντα, ὡς ἐάν τι τοιοῦτον ᾖ οὐ-
κέτι Καίσαρος, ἀλλὰ τοῦ διαβόλου φόρος ἐστὶ καὶ τέλος. *Quæ pietati
ac Religioni nihil officiunt, nam quod fidei, ac virtuti obeſt, non
Cæſaris, ſed Diaboli tributum, ac vectigal eſt &c. Allegatur,* per-
git Ambroſius, *Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa,* Epiſt. 14. alias 33.
*reſpondeo, noli te grauare Imperator, vt putes, te in ea, quæ diui-
na ſunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, ſed ſi vis* d. vnit.
diuinitus imperare, eſto Deo ſubditus, ſcriptum eſt, quæ Dei Deo, Eccl.
*quæ Cæſaris Cæſari: ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sa-
cerdotem Eccleſiæ, publicorum tibi munus commiſſum eſt, non ſa-
crorum &c. hinc nec aliunde,* inquit Cyprianus, *Schiſmata* Epiſt. 55.
oriuntur, niſi quod Epiſcopus, qui vnus Eccleſiæ præeſt, ſu- ad Cornel.
*perba quorumdam præſumptione contemnitur, neque vnus ad
tempus in Eccleſia Sacerdos, & vnus ad tempus vice Chriſti iu-
dex cogitatur, nec ei ſecundum magiſteria diuina obedit frater-
nitas vniuerſa.*

Ne libertas ſoluta imperio legiſque metu in pernicio-
ſam dilaberetur licentiam, ius quoddam peculiare ſibi
homines præſcripſere, quod gẽtium eſt appellatum, cu-
ius ſalus populi prima lex: eadẽ igitur ratione inter Chri-
ſtianos ius proprium conſtituendum pariter fuit, quo fi-
deles moderarentur, cuius duo ſunt capita quibus cæte-

Senec. epiſt. 76. ra omnia complectitur Religio, & mores, quorum vtriuſque eadem eſt coniunctiſſima cauſa, virum namque bonum concedas ſummæ pietatis erga Deum eſſe, quoniam inter bonos, ac Deum amicitia, & neceſſitudo eſt conciliante virtute: at non miſcentur contraria. Quare bonis mala Senec.

Ab huius verò Iuris Imperio nullus neque ipſi ſupremi Principes, qui Chriſtianam profitetur fidem reperiuntur immunes, eiuſque ſalus animæ prima lex eſt.

Alex. ab Alex. genial. lib. 2 cap. 8. Pontificis Maximi apud Romanos tanta fuit poteſtas vt nedum res ſacræ & diuinæ eius committerentur arbitrio, ſed quæcunque ad Religionem quoquomodo pertinentia ipſe interpretaretur, de fide & iureiurando iudicium ferret, quæ ſacra, quæ prophana ſecerneret, & ne praua Religione Populus alligaretur, ſuo munere caueret, tandem inquit Cicero, Religionis iudex eſſet, legis Senatus. Cicer. ad Atic. lib. 4.

Bod. d. Rep. lib. 6. Et Galli Druidas Religionũ ac iudiciorum arbitros, & iudices eſſe voluerunt, quorum ea fuit auctoritas, vt cum rebus iudicatis Reguli ac Principes parere nollent, ipſis igni, & aqua deuotionibus execrandis interdiceretur.

Ælian. d. var. hiſtor. lib. 14. Ægyptij quoque eoſdem, qui Sacerdotes erant, iudices conſtituebant.

Cur igitur nos quoque tantundem, & longe plus non tribuemus vniuerſæ Eccleſiæ Capiti, & Sacerdotũ Principi, qui poteſtate ſibi à Chriſto tradita iuris omnis quo in Eccleſia regimur ſolus eſt Arbiter, omneſque ſuo iudicio deuincit, & ſoluit, quod ad vnitatem ſeruandam, cuius bono omnia conſtant, ſapientiſſimus Deus inſtituit: omne Regnum, in ſe ipſum diuiſum ſuo pondere in præcipitium fertur.

Digitized by Google

Sciant quanta fuerit Pontificis Hæbreorum auctoritas apud Principes, etiam exteros, imo hoſtes, vt in eorum ditionibus ius ſibi vindicarit, non ſolum decimarum, ſed Imperij; ortis inter Aretam Regem Damaſci, & Herodem diſſidijs, vnde & bellum atrox, ſummus Iudæorum Sacerdos, pace adhuc inter hos Reges haud compoſita, literas Saulo dedit ad Synagogas Damaſci, vt quos reperiret Chriſtianos, Hieroſolymam vinctos adduceret.

Ioſeph. antiq lib. 18. c. 7.

Henricum IV. Galliarum Regem, inter magnos iure habendum, piè ſane prudenterque dixiſſe accepi, Papam, niſi eſſet, vt verè eſt Principum Arbiter, conſtituendum ab eis omnino fore, ne perpetuis diſſidijs, mutuiſque bellis conficerentur.

Hic ames dici Pater atque Princeps.

Horat.

Quod de Romano Pontifice aptius, veriuſque dicetur, vtrumque enim ſimul gerit, nec vnum ab altero ſeiungi vmquam ſinit, licet enim ex omnibus mortalibus Deo placuerit, electuſque ſit, qui in terris eius vice fungeretur, in hac tamen tanta poteſtate non ira ad iniqua ſupplicia compulit, non impetus, non temeritas hominum & contumacia, quæ ſæpe tranquilliſſimis pectoribus quoque patientiam extorſit, non ipſa oſtentandæ per terrores potentiæ dira, quoniam eſſe Patrem obliuiſci nequit, ſeueritatem abditam, clementiam in promptu habet, in aliquos tamen aliquando ſeuerus, ne diſcrimine inter bonos, maloſque ſublato, confuſio ſequatur, & vitiorum eruptio. Tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli alium dignitati donat, alium humilitati, & quoties nullam inuenit miſericordiæ cau-

Senec. d Clem.

Digitized by Google

ſam, ſibi parcit, filios namque ſic regit, atque ita diuini illius numinis afflatu ducitur, & gubernatur, vt ſi Deús hodie rationem ab eo repetat, eos qui curæ ipſius crediti ſunt annumerare paratus ſit: quid igitur ſuſurrones iſti muſſitant? quid impoſtores blacterant? qui Catholicis Principibus, veluti pueris, terrorem incutere contendunt; ac ſi Romanus Pontifex efferum dirumque monſtrum ſit, Antropophagis, ac Liſtrigonibus immanius, qui per vim, & iniuriam nedum aliena inuadat, ſurripiatque Regna, ſed Principum dumtaxat carnibus veſcatur, ſanguinem ebibat, prout Angli & Confœderati Belgij, varijs, ijſdemque turpiſſimis, atque horrendis imaginibus, ſanctiſſimum Dei Vicarium, proh nefas! proh pudor! depictum effingendo, apud rudem plebeculam, quam deterrent, pientiſſimum nomen in odium trahant; ſane Principibus qui in eius tutela, fideque ſunt, nihil per eum neque vi, neque clam ereptũ: Regna omnia Chriſtiani Orbis cogitatione percurrito, & quæ Imperia, quæ Regna dicito Summi Pontifices armis ſollicitarint, aut ſuis edictis Romanæ Eccleſię ditioni addiderint, vel vnam dumtaxat prouinciam ſeu vrbem vſurparint; an vllius iuriſdictionem inuaſerint, ac de iuribus vnquam detraxerint; numquid Galliarum Hiſpaniarumq; Reges, aut Italiæ ſupremi Principes queruntur quod eos vſurpatis Imperijs ſuperent aut ęquent? exigua ſane ſunt quę hodie poſſident, & longe anguſtiora quam à Principibus olim acceperant, quæ Eccleſię ſurrepta neq; diris neque vi repetere cõtendunt, ſiquidẽ Imperia veteri iure à Sacerdotibus donantur, non vſurpantur. Imperium Occidentis à Græcis ad Germanos tranſlatum, donata

Senec. d. Clem.

Senec. d. Clem.

Ambros. epiſt. 33.

Siciliæ & Neapolis Regna non recenſeo, Iura quoque Principum nedum Apoſtolica Sedes illæſa ſeruat, ſed tuetur, ne ab alijs lædantur curat, & priuilegijs auget eoſdem. Chriſtianiſſimum, & Catholicum Reges teſtes potiſſimum aduoco, conferas rogo Maieſtatem & potentiam illorum cum his qui à Romani Pontificis obedientia deſciuere, & diſcrimen comperies maximum. Nullus ſanè Papa ab ipſius Eccleſiæ initijs hactenus fuit, qui in corpora aut fortunas aliorum graſſatus ſit, vel Principem vllum quamuis Hæreticum, quamuis Ethnicum, impiumque Chriſtianę Religionis perduellem, & hoſtē interimi aliquomodo curauerit, vel cædem alicuius probauerit; Eccleſiaſtica namque lenitas cruentas refugit vltiones; At qui impia facinora ſtatim in prōptu habentes, Hēricorum, vtriuſq; Friderici, Bauari, aliorumque Schiſmaticorū Principum exēpla veluti regulas viuendi proponūt, fractā verò ſuperbiam, edomitam audaciā, humillimam pœnitentiā eorum, vel infelix excidiū reticent, quod non ad virtutes quibus dumtaxat Regna ſeruātur, & tuentur, prouocare, ſed ad vitia cūcta quibus Imperia peſſundantur, Principū animos illicere ſtudeant. Quamobrē prçclara, piaque geſta ſilētio inuoluunt tot Imperatorum, & Regum, qui huic Sanctæ obediētię leuiſſimo Iugo ſpōte ſubdidere ſupremi Principatus Faſtigium, en Philippus I. qui ob ſcelus patratę in Gordianum proditionis, Sacra communione à Fabiano Rom. Pontifice prohibitus, niſi ante in Chriſtiana Eccleſia, cum cæteris, qui ſcelerum pœnitentia agebantur, crimen emendaſſet, humiliter Pontifici paruit, nihil de Imperij Maieſtate deperire arbitratus, vbi Religionis

Leo epiſt. ad Turbid.

Euſeb. Hiſt lib. 6 c. 25. ſeu 27. Nicephor. lib. 5. c. 25. alias 27.

Digitized by Google

Ruff. lib. 1. cap. 2. habita ratio videretur, trita eſt Magni Conſtantini ſententia, qui in Synodo, Epiſcopos iudicare recuſauit, quod ſe eorum ſubiacere iudicio prudens aſſeruit: en Iuſtinus, qui Apoſtolicæ Sedi, & Sanctiſſimo Patri debitum exhibere honorem, vt filium decet verbis, & re ipſa profeſſus eſt, dum Eccleſiaſtica negotia ad Summum Pontificem ſemper retulit, Carolus Magnus, qui Romanam, & Apoſtolicam Sedem, Sacerdotalis dignitatis Matrem, & Magiſtram Eccleſiaſticæ rationis adeò agnouit, vt cum manſuetudine, & humilitate ſeruandã eſſe, & licet vix ferendum ab illa Sancta Sede imponeretur Iugum, tamen tolerandum dixit, Valentinianus, Theodoſius, Iuſtinianus, Fridericus I. Carolus V. Ferdinandus, & plures alij, qui Cathedram Petri, in Pontifice Romano, eiuſque vniuerſam iuriſdictionem in totam Eccleſiam, ſe ſeque illi ſubeſſe aſſeruere, Carolum prætereo, Hugonem, Ludouicum Sanctum, qui obedientiam erga Romanum Pontificem Philippo Filio præcipuè commendauit, alioſque Franciæ Reges. Alphonſi Hiſpaniarum Regis vide ſanctiones, vbi Hæreticum dicit, qui Pontificis in omnes Chriſtianos ſpiritualem poteſtatem negauerit; Auſtriacæ ſanè Familiæ pietas erga Deum, & obſequium erga Summum Pontificem veluti hæreditarium ius eſt.

Lib. 3. c. d. Summ. trinit. Can. 3. diſt 19. Naucler. generat. vol. 2. c. 28. Epiſt. ad Theod. in Concil. Chalced. act. 2. Auth. Iuſtin. & eius epiſt. ad Boniſ. II. epiſt. ad Eman. Imp. Epiſt. ad Adrian. II. epiſt. ad Ioann. XV. Nangius. d. geſt. S. Ludou. Edict. Vuorm. Concil.

At non reticebo Lucium Britãniæ Regem, qui mandato Eleutherij inter Chriſtianos adſciſci rogauit, ipſum veluti Eccleſiæ Caput agnoſcens, non Oſuuium, qui vt audiuit Cœlorum Claues Petro datas, ſtatim numine actus, eidem in omnibus obtemperaturum obtulit, nõ Eduardum I. qui Ioannis Papæ monita, vti filius ſemper

Later. ſeſſ. 2. P. p. tit. 5. l. 2. 3. 4. & 5. Beda. lib. 3. cap. 25. Polid. l. 6. Hiſtor. Anglic. C. Baron.

pluriмi fecit, & Nicolao II. ſubiectionem, & obedientiam detulit, non Richardum II. qui iuſtiorem exitum facta Principum ſortiri dicit, vbi à Sede Apoſtolica robur, & fauorem accipiunt, & Sanctæ Romanæ Eccleſię colloquio diriguntur, non denique omittam Ioannem XIII. qui Innocentio III. iurauit, *Tactis SacroSanctis Euangelijs in præſentia Legati, ſe iudicio Eccleſiæ pariturum & Sexdecim cum eo Comites, & Barones, ex potentioribus Regni, in animam ipſius Regis Iureiurando confirmarunt*, tantaque fuit eorum Religio, vt Romanæ Eccleſię annuum penſitare tributum, ab Ina Rege inceperint, quam piam conſuetudinem Vuillelmus cognomento Conquiſtor, ea lege confirmauit, & auxit, quæ de Denario Petri inſcribitur, *Et Ioannes antedictus*, refert S. Antoninus, *De Conſilio ſuorum Principum denuo obtulit, ac liberè conceſſit Deo, & Apoſtolis eius Sanctiſſimis Petro, & Paulo, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domino Papæ Innocentio III. totum Angliæ Regnum, Hiberniæ pariter, cum omnibus Iuribus, & pertinentijs ſuis, & eouſque viguit, donec Henricus VIII. eam Apoſtatando infregit.*

tom 11. anno. 1060. Epiſt ad Clem. III. apud C. Bar. tom. 12. anno. 1190. Math. Paris. inuit. Ioann. anno. 1213. Polid. lib. & 1. 5. Hiſt. 3 p. t. 19 cap. 1. § 5. Plat. in Innoc.

Neque Poloniæ debitus ſubtrahatur honos, Sigiſmundus quoque Rex, ſua epiſtola Leoni X. humillimam exhibuit obedientiam, Italos recenſere Principes, ſuperuacaneum, quod plurimum dignitatis, & gloriæ ſibi addere exiſtiment, vbi Sanctiſſimi Patris nutui omnimodo pareant, cuius iuſſa detrectare nefas, impiumq; ducunt; ſupremam verò poteſtatem nulla ex parte imminui cum ſpirituali ſubicitur, diſcant Catholici Reges ab Ethnico Imperatore Alexandro Seuero, apud quem tanti Religionis authoritas, ac reuerentia valuit, vt iudi-

Concil. Later. act. 7.

Digitized by Google

catas à ſe cauſas, à Pontificibus, atque Auguribus retractari, atque aliter quam ipſe iudicaſſet terminari pateretur, minime dedecori ſibi arbitratus in ijs, quæ ad Religionem pertinent, Imperatoriam Maieſtatem Sacerdotũ authoritati cedere. Suſcipiant igitur hi qui alijs imperant, liberiorem Nazianzeni vocem, quam ſeruiles, infidaſque Aſſentatorum adulationes; & ſciant, Oues illius Gregis eſſe, cuius Papa eſt Paſtor, cuiuſque non imperium, ſed inuidiam, & rabiem Hæreticorum timeant, qui ſicuti fidei, & religionis iugum excuſſêre, itidem humani Principatus imperium non ferunt, vt prolapſa licentiæ libido omni ſoluta lege ſit, qua coërceri timet. Quamobrem dominationis omnis fundamenta concutientes, vt eam pœnitus euertant, populos ad libertatem reuocant, quorum in legitimos Principes odium excitant, hic Reges Catholici arrigite aures, Lutherus in vos; *Nulla alia eſt remedij ſpes, niſi reuocato libertatis Euangelio, ſecundum ipſum ſemel extinctis omnium hominum omnibus legibus, omnia iudicemus, & regamus,* &c. *Inter Chriſtianos nulla poteſt eſſe ſuperioritas, Princeps eſt caro ferina in Cælo, ideſt rara auis, ſunt enim Principes apparitores, Lictores, Carnifices Dei,* &c. Fatui, peſſimi nebulones, ac Tyranni, imo Turca decies probior, & prudentior eſt, &c. omitto Vualdenſes, Begardos, Vuicleſum, Monetarium, Melanctonem, & Libertinos, qui authoritatem, & obedientiam omnem vobis pœnitus adimunt, ſiquidem Caluinum validius hæc clamitantem audio, *Principes terreni ſe contra Deum extollunt, ſua ſe ipſi potentia priuant, imo verò indigniſſimi ſunt, qui hominum cætu, ac numero reponantur, potius illis eſt facies conſpuenda*

Orat. ad popul. tim. percul.

de captiu. Babyl.

de poteſt. ſecul.

Epiſt. contra duo Cæſar. manda.

in c. 6. Daniel.

quam

quam eorum Imperijs obtemperandum, niſi communem ſuperſtitionem extirpent, & funditus tollant, &c. Catholicam ſcilicet eliminent religionem, quapropter ad omnem euertendam Monarchiam veluti pedem inſtruxit illis præcipuè impijs diriſque blaſphemijs, omnium videlicet poteſtatem abſque ordinis diſtinctione æqualem eſſe.

Nulla quamuis grauiſſima peccata Sanctorum mortalia, ideo coram Deo ipſi non imputari, nullum ab hominibus cõmitti delictum, niſi Deo inſtigante, & impellente &c. Horret ſane animus tanti flagitij imagine. Nec minus in vos ſæuit Beza, immanius verò eorum ſectarius Dauid Paræus, qui ſuper iactis à Præceptore ſuo fundamentis hæc diſertis conſtruxit verbis, licere ſubiectis, eorum Principes è ſolio deturbare, parum dico, etiam interficere vbi à Principatu in Tyrannidem degenerant, vel populos ad Idolatrandum compellunt, Idolatriã verò Catholicam religionem falsò appellat, eorumque conſcientiam cogunt, vbi religionis, ac iuſtitiæ prætextu propria ſpectant commoda, vel denique vti Athalia homicidæ, & ſanguinarij ſunt, ita vindicem iuſtitiæ gladium veſtræ extorquet dexteræ; nimia hæc quidem ſunt, late admodum patent, quandoquidem vel à patria veraque religione deficiendum, vtque alij ſua libidine deficiant, & noua in diuinis comminiſcantur indulgendum erit, poteſtate omni in hos facinoroſos animaduertendi vobis ſublata, aut in vos veluti in Tyrannos irruere cuique licebit impune, quamuis iure ille à Deo proximus habeatur, per quem Dei Maieſtas vindicatur, quæ negocium haud ſanè exiguum faceſſerent, niſi Deus, in cuius manu cor Regis eſt, quique ci-

Inſt. lib. 2. c. 8. §. 59. lib. 3. c. 4. §. 28. Lib. 1. c. 17. §. 5. c. 18. §. 1. & 2. Epiſt. 41. in cap. 13. epiſt. ad Rom. Inſtit. l. 1.

Digitized by Google

uitatem cuſtodit, non Angelum dumtaxat, vt ſingulis hominibus, verùm ſuperioris ordinis Principes, potentioreſque ſpiritus cuique veſtrum tutores dediſſet, quorum excubare curam pro ſalute ſingulorum, atque vniuerſorum quotidie experimur.

Germaniam olim vnius imperio obtemperantem, in tot Reſpublicas diſcidit hæreſis, quot in ea ſunt, vt vocant, diſſidentes circuli, quibus quot turbas, quot bella, quot vſtiones viciſſim intulerit nemo eſt qui ignoret.

Idipſum molitur in Gallia, vbi circuli nomen haud peregrinum, & ignotum quam annos iam ſupra ſexaginta, ciuilibus diſſidijs, ſectionibus, combuſtionibus, direptionibus, mutuiſque cædibus miſerrimè conflictauit.

Belgium quoque non minori perfidia, & immanitate, vinculo pietatis, & charitatis, quo ſociabantur abrupto, furorem, & arma miniſtrando, filios in Parentes, fratres in fratres, conſanguineos in propinquos, ſæuire & inſanire coegit.

Plutar. in Themiſto. Tacit. in Agric.

Neque Britaniam ſinit immunem, quæ licet incolas ſicuti Perſia ad ſubiectionem magis quam ad libertatem gignat, vnde neque ſexum in Imperijs diſcernunt, nutat tamen inter Puritanorum, & Proteſtantium miniſtrorum inteſtina odia, perpetuaſque diſcordias, quorum faſtus, & ambitio haud faſces ſubmittit.

Alia vero ſeptentrionalium Regna, eo redegit vt vt oligarchiæ potius, quam Monarchiæ ſpeciem retineant.

Polib. lib. 6. d militia. ac domeſt. Rom. diſciplina

Religio ſiquidem ſicuti rerum omnium publicarum

Digitized by Google

firmiſſimum eſt fundamentum, ab eaque ſubditorum fides in Principes, obedientia erga Magiſtratus, pietas in Parentes, Charitas in ſingulos, iuſtitia in omnes pendet: quamobrẽ omnium ſocietatũ vinculum, & coagulum, iuſtitiæque firmamentum iure optimo dicitur, itidem eam ſi tollas, vita hominum ſtultitia, ſcelere, & immanitate replebitur, quia noua in diuinis introducentes multos impellunt ad mutationem rerum, vnde coniurationes, ſeditiones, conciliabula exiſtunt minime conducibiles Principatui: à nulla igitur re maius periculum, quam ab innouata, aut inſidioſe ſimulata Religione. Plut. contra Colot Lactan. de ira li. 1. Dio lib. 2.

At ſacroſancta Catholica Romana Eccleſia Principes tanquam à Deo proximos habet, quorum Maieſtatem diuini numinis vicem veneratur, Iuriſdictioni propter conſcientiam homines ſubicit; Poteſtatem, quam vitæ neciſque in ſubditos habent, impijs ad terrorem, bonis ad tutelam commendat, eorumque imperium detrectare, & legibus non parere, niſi diuinis contrariæ ſint, nõ ſinit, ſeditiones, rebelliones, cõiurationes, bella, & cædes & parricidia exhorreſcit, execratur, diriſq; deuouet, *Quia Mater eſt fœcunditatis ſucceſſibus copioſa, cuius fœtu naſcimur, cuius lacte nutrimur, & Spiritu animamur, nunquid Mater infantes ſuos obliuiſci poterit? & ſi Matres obliuiſcantur, Eccleſia nunquam, cui nihil magis eſt cordi, quam filiorum ſalus*; eodem pietatis affectu ſanctiſſimus Pontifex Principum ſuorum ſedulo curam gerit, pro ipſis continue vigilat, tamquam pro ipſis rationem Deo redditurus; Obedientiam, & fidem in ſubditis erga ſuos Dominos, tanquam Diuino iure Cyprian. d. vnit. Eccleſ.

Digitized by Google

debitam, inter ipſos verò Principes pacem, ſumma prudentia nutrit, & ſeruat, ſi quæ autem diſſidia, ſi quæ bella oriuntur, ad incendiũ extinguendum promptus aduolat, authoritatem ſuam interponit, vt ab armis diſcedatur, de odijs ſopiendis, animiſque conciliandis ſemper anxius, in eius mente nihil hoſtile, nihil efferum eſt, vt Sectarij malo more imponunt, ſed potentiam ſuam placide, & ſalubriter exercet, æquis deſiderijs propenſus, iniquis acerbus, & quoniam Pater eſt, obiurgat liberos nonnumquam blande, nonnunquam minaciter, aliquando admonet, etiam verberibus, & niſi plus ſit, quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium ſtilum, multa ante tentat quibus peiori loco poſitũ reuocet, vbi deploratus eſt, vltima experitur, quidquid igitur ei præſtant Principes, etiam ſi magnum ipſis videretur, infra æſtimationem paterni muneris eſt, id enim potiſſimum diuina lex ſpectauit, quæ eos ſumma obſeruatione coli iuſſit, quibus religionis curam dedit, illos verò qui ſummi Sacerdotis iuſſa reſpuerent, lapidibus obrui mandauit, vt Dei præpotentis adminiſtros reuereri, & obſeruare condiſcamus: nam qui ordinem ſacrum poteſtate ſpoliant, ijdem certè contemptui vt ſit præcipuè quærunt, omnemque diuini numinis metum, & cultum, omnemque religionem peſſum ire deſiderant, quamobrem de ſapientiſſimis Romanis, inquit Maximus, omnia namque poſt Religionem ponenda ſemper noſtra ciuitas duxit, etiã in quibus ſummæ Maieſtatis conſpici decus voluit, quapropter non dubitauerunt Sacris Imperia ſeruire, ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ bene,

Senec. d. Clem.

Senec. d. benefic. lib. 1.

Deuter. c. 17.

Lib. 1. c. 1.

Digitized by Google

atque conſtanter fuiſſent famulata.

Quoniam verò Principibus ſub Romano Pontifice
ad ſummam libertatem nihil deeſt niſi pereundi licen- Senec.d.
tia, hoc vno claudam deterrimam eius Principis condi- Clem.
tionem eſſe, qui neminem habet quem vereatur: homi-
num profectò naturam numquam ita bonam eſſe vt
recta ad virtutis, & honeſtatis opera pergat, niſi adſtet
aliquid quod ipſos quodammodo in officio contineat,
poterit vnuſquiſque Neronis, & Tiberij exemplo cog-
noſcere, quorum de altero inquit Tacitus, ſeque in
omnes libidines effudit, quas male coercitas, qualiſcun- 14. annal.
que Matris reuerentia retardauerat, de altero verò po- 6 annal.
ſtremo in ſcelera ſimul, ac dedecora prorupit, poſtquam in fin.
remoto pudore, & metu ſuo tantum ingenio vtebatur.

Digitized by Google

CAPITIS IX.

EXPVNCTIO.

QVONIAM dato vno inconueni-entí, plura inde ſequi neceſſum eſt, Author, cuius impia Chimæra vno præcipuè innititur falſiſſimo fundamento, paritatis ſcilicet inter Apoſtolos, Primatu omni Petro adépto, ſicuti Romanum Pontificem cæteris Epiſcopis iuriſdi-ctione æqualem mendaciſſime aſſeruit, ita nunc, vt omni poteſtate deſtitutum oſtendat, ineptè ratiocinatur.

N Romanus Pontifex à Concilio Nicęno in ſuo Patriarchatu reſtrictus fuit, nec plus authoritatis, quam cęteri Epiſcopi habet, quo igitur iure hanc in Reges, & Principes eorumque ſubditos poteſtatem habet?

IMpijſſimā ineptiſſimamq; hanc eſſe hæreſim retroactis expunctionibus demonſtrauimus, eam namque Summo Pontifici adimit poteſtatem, quam Chriſtus ipſi in omnes contulit qui eius profitentur fidem, præcipuam verò illam ligandi quodcunque & ſoluendi in terra, & in Cœlo ſupremam auctoritatem, qua diris

quoſcunque deuouere, & omni alio Cenſuræ genere in cunctos animaduertere, benedictionis Sacramento exauctorando, ab Eccleſia eierando, Sacraque interdicendo omnes fideles deuincire, & vinctos ſoluere, demandare, & in Eccleſiam rurſus reuocare proprio iure & arbitrio poteſt.

Eamque inde vſque ab initio agnoſcere, acerrime tueri, & vbi opus fuit, exercere Romani Pontifices, ne proprio deeſſent muneri, ſemper conſueuiſſe. Audi Liberium epiſt. ad Anaſtaſium, *Olim & ab initio tantam percepimus à B. Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem pro vniuerſali Eccleſia, ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat ſtatum Eccleſiæ commouere, ad leſionem recte credentium abſq; ſui periculo honoris* &c.

Et ad Conſtantium, *Et numquã mea ſtatuta ſed Apoſtolica vt eſſent firmata, & cuſtodita perfeci, ſecutus morem, ordinemque maiorum, nihil addidi Epiſcopatui Vrbis Romæ, nihil minui paſſus ſum.*

Audi Innocentium I. epiſt. 17. ad Archadium, qui Chryſoſtomum expulerat, *Itaque ego minimus, & peccator cui Thronus Magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego, & reiicio te, & Vxorem à perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei Noſtri, Epiſcopum etiam omnem, aut Clericum ordinis S. Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare, aut exhibere ea vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentes vinculi mei legeretis literas, dignitate ſua excidiſſe decerno.*

Lege epiſt. 10. Gelaſij ad Anaſtaſium Auguſt. & aduerſus eumdem Symmachi Apologeticã, *At quia Imperatores, diuinum putas*, inquit, *contemnendum eſſe iudicium? An quia Imperator es contra Petri inniteris poteſtatem? Conferamus*

Digitized by Google

autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iſte diuinarum.

Romanæ Sedis priuilegia, ſcribit Nicolaus I. ad Carolum Regem, *Vſque ad mortem ope freti diuina, prædeceſſorum meorum veſtigia ſequendo, caſſari taliter minime patiemur, priuilegia namque Chriſti ſunt, vt ita dicamus remedia Eccleſiæ Catholicæ, Priuilegia inquam Petri arma ſunt, contra omnes impetus prauitatum, & munimenta.*

Perlege comminatoriam Leonis IX. ad Michaëlem Conſtantinopolitanum Imperatorem, Leonem, & Archadium.

Euolue cæteras Pontificum epiſtolas decretales, & Sanctiones, luſtra Eccleſiaſticos Annales Magni illius Baronij, cuius ſolus nomen vos terret, & rem omnem comperies.

Neque verè Catholici, optimique Imperatores, & Reges, aliquid eorum Maieſtatis ſibi deperire rati, Sanctiſſimi Patris Imperio ſubmittere faſces vnquam recuſarunt, Philippus I. Conſtantinus Magnus, Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, Honorius Auguſtus, Valentinianus III. Valentinianus, & Martianus, Baſilius, Anaſtaſius, Iuſtinus, Iuſtinianus I. & II. Carolus Magnus, & quam plures alij, quorum percenſet ſeriem eruditiſſimus Coccius p. p. Theſaur. lib. 7. art. 8.

Non ergo deterrimi Aſſentatores, ſed Catholici Patres audiendi ſunt.

Legi, inquit Bernardus epiſt. ad Conradum Imperatorem, *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, quam ſententiam cupio vos cuſtodire, in exhibenda reuerentia Petri*

Digitized by Google

Petri Vicario, ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio, &c. At non ne vulgatiſſima ſunt, quæ geſſerunt Innocentius I. in Archadium, & Eudoxiam, Nicephor. lib. 13. cap. 34. Gregorius II. in Leonem Iconomachũ, Glycas, Theophanes, Cædrenus, & Zonaras in vita Leonis, Gregorius VII. Calliſtus II. Alexander III. Innocentius III. & Innocentius IV. in Henricos III. & IIII. in Fridericum II. & Ludouicum Bauarum, extant de his Conciliorum acta, quatuor Romanorum anni 726. 1076. 1080. Beneuentani anni 1087. Placentini 1095. alterius Romani anni 1102. Lateranenſis 1116. Colonienſis 1118. Remenſis 1119. Claramontani anni 1095. Pictauenſis 1110. Lateranenſis anno. 1215. Lugdunenſis 1245.

Quanta verò ſit poteſtas illius qui vices Chriſti gerit in terra, ex eo deprehendi facile poterit, quod ſola Maieſtate deterret, & imperata facere cogit. Deſiderio Longobardorum Regi, Romam ante Carolum à Pontifice in ſe vocatũ, inire ſimulato voti prætextu feſtinanti miſit Adrianus, qui ei ſub Anathematis pœna imperarent ne propius ad Vrbem accederet, incredibile forſan videtur, & tamen verum eſt, barbarum Regem, ſuperbiaque efferum, quem arma non mouerent, eo nuncio ſtatim territum retro exercitum conuertiſſe: quod ſi eadem ab Epiſcopis exantlata quoq; exigis: ſcias magnam quidem eſſe Epiſcoporum authoritatem, quia & præcipua eorum eſt dignitas, qua loco Apoſtolorum ſuffecti ſunt, fuerunt. *O Eccleſia*, inquit Hieronymus Pſal. 44. *Apoſtoli Patres tui quia ipſi te genuerunt, nunc autem quia illi receſſerunt à Mundo, habes pro his Epiſcopos Filios, Prin-*

Xx

cipes conſtitutos, &c. Merito ipſis Regibus præferendi, teſte Damaſceno orat. 2. pro imaginib. *Nihil enim honorabilius in Eccleſia, quibus ante Reges honor debetur*, inquit Ignat. epiſt. 7. ad Smirnon. & Chryſoſt. lib. 3. d. Sacerd. pluresque alios adducit Patres C. Bellar. d. Rom. Pontific. lib. 1. cap. 7. quid igitur mirum, poſtquam de hoc quoque exempla quæris, ſi Babilas Decium, vt mancipium vile, eiecit Eccleſia, Ambroſ. Theodoſio Theſſalonicæ cædis ſanguine fædato, Eccleſiæ interdixit ingreſſum, Moguntinus Epiſcopus Othonem Patrem piorum conſortio mouit, ne innumera de re vulgatiſſi- congeram.

N. Hinc in ius Canonicum inuehens, Ideo inquit, falſus eſt Canon Alius 15. q. 6. falſitas verò oſtenditur, quia à Gratiano Zachariæ adſcribitur, & illius temporis ſcriptores Stephanum II. fuiſſe dicunt, qui Pipinum in Italiam contra Longobardos vocauit, atque venientem abſoluit à iuramento præſtito Regi ſuo Chilperico, ipſo non vocato, non audito, non defenſo, non accuſato, aut delato Abbas Vſpergenſ. Eutropius lib. 22. Eginardus de vita Caroli Magni.

Mendacium Illyric.

EX Illyrici prolegomenis impudentiſſimum hauſit mendacium, quod refellunt Hiſtorici omnes, & fere innumerabiles illius temporis, qui rem hanc literis conſignarunt, eoſdemque aduerſus ipſum Illyricum recenſet C. Bellar. d. tranſlat. Imper. lib. 1. cap. 2. ibique & cap. præcedenti Gretſ. aduerſus Iunium, remque totam reperies apud Phiteum Francor. Annal. quos auctores Freherus edidit, tom. p. Illuſtr. ſcript. German. ad annum 751. & 752. & apud Coqueum in Cenſura ad reſ-

Digitized by Google

ponſum examinis Sauaronis pag. 59. & 60. Impreſſ. Lutetiæ anno. 1617.

Licet igitur tot, tantique ponderis teſtes, ad obruendum mendaciſſimum Impoſtorem ſufficerent, addã tamen hunc Canonem Alius, receptum, & promulgatum fuiſſe in Gallia, authoritate Regij Conſilij die 14. Martij anno. 1583. prout teſtatur Ioannes Coqueus in Cenſura aduerſus Reſponſa Sauaronij, pag. 49. & 50. ſed quoniam blactero iſte fidem huic veritati abrogare conatur, quod ſcriptores de ea ab inuicem diſcrepantes, à Stephano. II. non Zachariæ authoritate Pipinum electum aſſerunt: verba Tilleti, in compendio ſuæ Chronicæ, anno 751. & 752. referre haud è re duxi, ex quibus res omnis, vt verè ſe hãbet liquido deprehenditur, inquit igitur, *Ledit Pepin enuoya Bonhard Eueſque de Virtzbourg deuers le Pape Zacharie pour luy faire donner la ſentence contre le Roy Childeric comme indigne du tiltre de Roy & adminiſtration du Royaume, le Pape luy accorda ce qu'il demandoit, toutefois ſelon aucuns, il morut deuant que la ſentence fuſt executée, le Pape Eſtiene luy ſucceda qui confirma le tout, & luy meſme vint en France, pour Sacrer le Roy, & pour rendre Childeric Moine.*

Imò Abbas Vſpergenſis in Chronicon, ad annum 750. contrarium omnino dicit, *Pipinus*, inquit, *per authoritatem Zachariæ Papæ, more Francorum electus, ad Regnum per manus S. Bonifacij eleuatus eſt in Regni ſolio.* Falsò.

Eutropius adducto lib. 22. nihil noui dicit quo ab alijs diſcrepet Hiſtoricis, ſed Pipinum dumtaxat à Stephano Pontifice in Regem prouectum ſcilicet Corona redimitum quod & cæteri aſſerunt, defuncto namque

Digitized by Google

Zacharia cuius auctoritate & mandato renunciatus inauguratuſque eſt Rex à Stephano Corona donatur.

Falsò. Eginardus itidem, de hoc verbum nullum. ſed, *Pipinus autem per authoritatem Romani Pontificis, ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus*, nec plura habet.

N. Secundò falſum eundem Canonem probat, quod Carolus Martellus Pipini pater, ante Zachariam I. & Stephanum II. Regnum in Gallia vſurpauerat, prout ſcribere dicit Aimoin. lib. 4. cap. 54. 55. 56. & 58.

QVamobrem Zacharias conſultus, qui mereretur Regis nomen, pro Pipino reſpondit, ſed reſponſio conſequta eſt quæſtionem propoſitam, de Regno controuerſo, non inter Pipinum & Chilpericum, ſed inter Pipinum, & Grifonem eius fratrem, Aimoin. eod. lib. cap. 61. nam Grifo Regnum, quod pater vſurpauerat, habere volebat, vt ſcribit Aimoin. d. lib. cap. 58.

Falsò. At idem Aimoinus lib. 4. cap. 57. Carolum Martellum Pipini Patrem, ita Principatum ab eo adeptum, inter filios diuiſiſſe refert, *Carolo Magno Auſtraſiam, & Loringiam; Pipino verò Burgundiam, Neuſtriam, & Prouinciam permiſit.*

Cap. verò 61. narrat vti Grifo ægrè ferens Pipino ſubdi, collecta manu in Saxoniam profugit, in quem Pipinus per Loringiam, cum exercitu in Saxoniam profectus eſt, vnde Grifo Saxonum fidei diffidens, Baioariam petijt, & copijs, quæ ad ipſum è Francia confluebant Ducatum illum in ſuam redegit poteſtatem, his autem ad Pipinum perlatis, ipſe magno cum exercitu, eo aduolans Grifonem omneſque Socios cepit, Taſſilonem à Grifone expulſum in Ducatum reſtituit, do-

m u mque reuerſus, Grifonem more Ducum, duodecim Comitatibus donauit, ſed ipſe hoc fratris beneficio contempto, eodem anno ad Vuaifariam Ducem Aquitaniæ confugit, vbi ſequenti anno deceſſit, vt ipſe refert Aimoin. cap. 62. idem ſcripſit Author Annalium nomine Aſtronomus ad annum 748.

Pergit, eodem cap. 61. legationem Epiſcopi Vuiziſburgenſis, & Fullardi Capellani, qui ad Zachariam Pontificem miſſi ſunt, vt ipſum de cauſa Regum, tunc in Francia exiſtentium conſulerent, qui Regis dumtaxat, nudum omni poteſtate nomen retinentes, vix ſemel in anno, quadriga vecti, quā boues trahebant, ad aulā accedere cōſueuerant, apud eos verò, quos Palatij Magiſtros appellabant, omnis erat auctoritas, quorū vnus Pipinus, tunc dicebatur: legati igitur narrato Pontificis reſponſo, ac mandato, Pipinum Regem eligendi, *Protinus*, inquit, *hoc anno, ſecundum Romani Pontificis ſanctionem, Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus Sacra vnctione, manu Sanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi, & Martyris, & more Francorum eleuatus in ſolium Regni, Hildericus verò, qui falſò Regis nomine fungebatur, tonſo capite, in Monaſterium miſſus eſt.*

Ex quibus has conſtituo animaduerſiones, Quarum prima eſt, Regnum Franciæ, cui Chilperico amoto, Pipinus præficitur, longe omnino diuerſum eſſe à Principatu, quem Carolus Martellus adeptus eſt, Prouincias enim quas inter filios partitas Aimoinus ſcribit, Germaniæ ſuperioris eſſe nemo eſt qui ignoret, Burgundia excepta, quæ Francia dici nullatenus poteſt. Altera, quod inter Pipinum, & Grifonem nulla de Regno Franciæ

Digitized by Google

controuerſia extitit, quæ ad Pontificem Zachariam delata fuerit, licet ipſe fratrem ſibi ſuperiorem non ferens ab eo receſſerit, quãobrem legationem hanc ob cauſam ad Pontificem amandatam non eſſe neceſſariò ſequitur.

Tertia, quod mandato, & authoritate Zachariæ Pipinus, poſt reditum legatorum, è Rege Auſtraſiæ, quę Carolo Manno Cœnobitarum inſtituta profeſſo, eidem acceſſerat, Franciæ Rex creatur, & Hildericus imperio abdicatur, & in Monaſterium detruſus.

Hinc tu mi homo, qui Canones nimium temere falſos dicis, ipſo Aimoino Iudice neceſſum eſt falſitatis indelebilem tibi notam inuri merito patiaris.

Hinc digreditur & aduerſus Franciſcum Suarez virũ ſane pręſtantiſſimum, & noſtræ tempeſtatis Scriptorum eruditiſſimum quod contra sereniſſimum Regem Iacobum diuiſionem Regni adduxerit, inter Ludouicum, & Carolum, poſt fugã impij Lotharij, iudicio Epiſcoporum factam, & C. Baroniũ ab ipſo Suarez teſtẽ inductũ, nihil prorſus de hac diuiſione, ſed vti ducebant Francorũ Reges in expeditione ſecũ Epiſcopos cõplures, quorum conſilijs ac precibus iuuarẽtur dumtaxat ſcripſiſſe, & huic aliud non minus turpe connectit mendacium.

Mendacium.

Mendacium.

N. Et ipſa inquit extrauagans vnam Sanctam Bonifacij VIII. à Martino V. ſucceſſore reuocata eſt, atque iuſſum, vt contra Regnum Frãciæ vlterius non allegaretur.

PRimum mendacium idem refellat C. Bar. qui tom. 9. ad annũ 842. ex lib. 2. Nitardi huius diuiſionis Hiſtoriam ita ſcripſit, *Omnibus Epiſcopis vnanimiter viſum eſſe, Lotharium ira Dei eiectum, fratribus ſe melioribus Regnum iuſte ad regendum tradidiſſe, veruntamen haudquaquam illis*

Digitized by Google

hanc licentiam Regni diuidendi dediſſe, donec illi palam percunctati vtrum illud pro veſtigio fratris eiecti, an ſecundum Dei voluntatem regere voluiſſent, reſponderunt in quantum noſſe, & poſſe Deus illis concederet, & auctoritate Diuina, vt illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus.

Secundùm cum ex eo detegitur eſſe cōmentum impudentiſſimum, quod nullum ipſius profert Authorem, tum etiam quoniam in dicta Extrauag. Bonifac. vnam dumtaxat eſſe Eccleſiam, vnum eius caput, & quæ & quanta ſit eius poteſtas, generaliter explicatur, verbis iiſdem quibus de ea Bernardus diſſerit lib. 3. d. conſ. c. 4. quorſum igitur hæc ad Francos; vel quo pacto in eorum Regnum poſſunt referri, nullæ profecto hac de re Martini V. extant literæ, nullus hoc dicit Hiſtoricus, mendacium ergo concludas frigidiſſimum.

N. Idem obicit cap. Grandi d. ſupplem. negl. prælat. in 6. Nam inquit, cum Magnates Regni Luſitanię Alfonſum coadiutorem Regi Sancio II. elegerint, & ſubditi, qui Sancio eiuſque filio iurauerant, valde dubitarent an ſi coadiutori obediuiſſent, periuri eſſent, Pontificem Innocentium IV. conſuluerunt, ſed quod per modum conſulti, quibuſdam literis ſcriptum eſt, vt Hieron. Bardus in ſua Chronolog. anno. 1247. §. de Regno Portugalliæ, Bonifacius VIII. iuriſdictionis auidus, tanquam authoritate Pontificia factum in 6. lib. decret. compilauit, quod ſi authoritate Pontificia factū eſſet, neque Antoninus Florentinus, neq; cæteri Hiſtorici, qui Innocentij geſta annotarunt tacuiſſent, ipſa verò Epiſtola Innocentij ad Alphonſum ſcripta ſuppreſ-

Digitized by Google

ſa eſt. Decretalis autem inde compilata, multa tacuit, multaque addidit, veritas vnde colligi poſſet.

SAncius ſiue Coniugis Menicę captus amore, ſiue maleficijs in amentiam iniectus è Rege in viliſſimum Vxoris mancipium degenerans, ius omne imperij eius libidini ceſſerat, apud quam ignauiſſimi quique, gratia & authoritate plurimum valebant. Quamobrem Proceres Regni, quoniam Regina infœcunda erat, coniugium diuellere fruſtra curabant, reque ad Pontificem delata, viri pietate, & prudentia præſtantes, ad Regis mentem reuocandam adhibiti ſunt, & cum nihil profici, publicaſque res vnius feminæ arbitrio peſſundari, Eccleſiæ bona diripi, diſciplinam prolabi, & libertatem omnem violari animaduertentes, ad Innocentium Pontificem Lugduni agentem, legationem decernunt, ac Sancium veluti tantæ moli imparem Regno moueri curant, *Sancius*, inquit Vaſeus in Chronic. cap. 19. *ſed duobus poſtremis rexit, pro illo Portugalliam, Alfonſus Comes Bononienſis, frater ipſius, iuſſu Innocentij IIII. Summi Pontificis, apud quem Sancius delatus fuit, quod animo eſſet nimis omiſſo in adminiſtratione Regni.* Eadem ſcripſere Garibaius Hiſt. Hiſpan. lib. 34. & refert Vigner. in Bibliotheca Hiſtor. ad annum eundem.

Non igitur Conſilium, ſed facultatem ab Innocentio popoſcêre, eiuſque authoritate Alphonſus Prorex eligitur, neque Bardus probat Pontificem vt Conſultorem additum, imo verba ipſius cõtrarium omnino præſe ferũt, inquit enim, *Alfonſo fratello di Sancio raffrenò i tumultuarij è neceſſitato dal' Papa preſe il gouerno del' Regno.* fatere itaque rogo, totidem, & hic, mendaciſſimas te com-

Falſo.

commentum impoſturas, & Bonifacium VIII. non ad iuriſdictionem vſurpandam, verùm ad Eccleſiæ iura ſeruanda, inter cæteras Canonicas Sanctiones, Innocentij epiſtolam redegiſſe, quę non ad Sancium, vt ipſe conſueto more oſcitanter ſcripſiſti, ſed ad Luſitaniæ Proceres data eſt, vt ex eodem cap. grandi, & ſcriptoribus adductis cognoſcere poteris. At quis tibi ſuggeſſit eamdem epiſtolam ſuppreſſam eſſe, quo Authore didiciſti? nullum profectò edis, tuo igitur capite depromis, & vnde noſti Decretalis illius compilatorem, multa huius epiſtolæ reticuiſſe, & plura addidiſſe; ſi epiſtola non extat? denique ea verba, *Veritas vnde colligi poſſet*, an ad ea quæ præterita, vel ad quę addita ſunt referre mauis, ænigma explices neceſſum eſt, ſi enim ad poſteriora retuleris, veritas ex ipſa epiſtola aliter deprehendi non potuiſſe dicis, quid igitur redarguis factum benè? ſi ad priora, meminiſſe oportebat epiſtolam eſſe ſuppreſſam, ne tam temere diuinares.

At de hoc forſan exempla deſunt ſub anno. 820. mortuo Sancio, Garſia Principe Nauarrę quatuor annis interregnum fuit donec à Pontifice Romano decretum allatum eſt, quo Eunicus Ariſta primus Nauarrę Rex appellatus, & vnctus eſt.

Gregorius VII. Demetrium Regem Croatiæ inſtituit, ſceptrumque, Coronam, & vexillum dono miſit. C. Baron. anno. 1075. tom. 11. Stephanus Hungariæ Princeps anno 980. legatos ad Pontificem Benedictum VII. miſit, vt ab eo Regium nomen acciperet, quod ei datum eſt. Mieceſlao Polonorum Duci flagitanti negatum Cromer. lib. 3. Polon. C. Bar. tom. 10. ſub eodem

Digitized by Google

anno; Alexander III. Alphonſo I. Luſitaniæ Regi Coronam indulſit C. Bar. tom. 12. anno. 1144.

r. Euſtachius Stephani Angliæ Regis filius à Corona arcetur iuſſu Eugenij III. Card. Baron. tom. 12. anno 1148.

Et ne plura commemorem Imperatorum & Principum, iure ſuo in his vtitur Papa, cum à Deo tuendæ pietati accepto, tum ab ipſis Imperatoribus & Regibus iam ſeculis tam diuturno vſu probato, vt in controuerſiam illud vocare vbi ſalus Eccleſiæ agitur, nefas ſit.

Modo eadem ipſa recudit, quæ Sereniſſimus Magnæ Britaniæ Rex pro ſuo nouo, & hactenus inaudito iureiurando adduxit, reticet autem quæ C. Bellarminus, Suarez & Beccanus, & quam plures alij grauiſſimi Authores eruditiſſimè in ipſum ſcripſere, quibus adeò perſpicuè Regis argumenta refellunt, vt ipſe cæterique Sectarij cauſa iam cecidiſſe animaduertentes, ſilentio diſſimulare, quam noua ex diſceptatione, nouum & maius referre dedecus ſatius duxerint: quoniam verò hæc ab impijs veteratoribus dedita opera, ſemper refricantur, vt Sanctiſſimum Chriſti Vicarium, non Principem Paſtorem fidelium, ſed Lupum immanem, dirumque Tyrannum eſſe omnibus perſuadeant, populique odium, præcipuè verò Principum prouocent, & veritas vna eſt tot diuinæ ſcripturæ locis munita, tot Conciliorum Sanctionibus aſſerta, tot Patrum ſententijs explicata, tot Theologorum, Canoniſtarumque raciocinationibus probata, tot denique Hiſtoricorum teſtimonijs confirmata, vt neque tergiuerſari, neque falſitatibus prætendi, aut commentis vellicari amplius poſſit, ſilentio

Digitized by Google

præterire operæpretium eſſe duxi quæ mendaciſſimus in hoc capite callidè, ſed ineptè retulit: at olim dictis olim reſponſa ſufficiant. Neque tamen pauca hæc prætermittam craſſæ imperitiæ noua commenta, quorum altero fatetur.

N. Pontifices inquit aliquando Imperatores Regno priuarunt, ſed quatenus priuatum homagium fidelitatis Pontifici fecerant, Anton. Roſell. in tract. d. poteſt. Imperat. & Papæ §. Decimæ rationi reſpondetur, &c. Mendacium.

AT quis vnquam audiuit Imperatorem aliquem priuatum fidelitatis homagium præſtitiſſe Pontifici, homagium profecto eſt veneratio, quam vaſſallus propter beneficium acceptum tribuit, cum ſe eo nomine hominem ideſt Clientem ipſius profitetur, Hottoman. d. Feud. cap. 24. at iuriſiurandi formula, qua Imperator ſe ſe deuincit, cum initiatur, huiuſmodi homagij nec verbum continet, ſed dumtaxat Pontificis Maximi Maieſtatem comiter obſeruaturum, Romanam Religionem Summa Pietate defenſurum, &c. extat apud Bodin. lib. 1. reipubl. cap. 9.

Conſtantinum VI. & Hirenem Occidentis Imperio abdicauit, eoque Carolum Magnum inauguratum donauit Leo IIII. & alij Imperatores, quos à Romanis Pontificibus depoſitos ſupra recenſui, apud quem legitur, eodem homagij vinculo fuiſſe obſtrictos: vnde ergo fabulam hauſit, cuius authoritate eam obtrudere vult? Neque Antonius de Roſellis loco adducto p. p. Monarch. cap. 48. aliquid de hoc pœnitus dicit. Falsò.

N. Pergit Neque exemplum Gregorij VII. Henricum Imperatorem priuare attentantis, neque aliud Ioã-

Digitized by Google

nis XXII. excomunicantis Lotharium, ipſam veritatem impugnare poſſunt: Nam quoad Henricum, omnia per Baron. pro Gregorio ſcripta, tomo 11. anno. 1077. falſa eſſe probat Melchior. Hainminsfeldius Goldaſtus in Conſtitut. Imperial par p. fol. 43. & ſeq.

Quamuis impia, turpiſſimaque Henrici IV. facinora ob quæ ipſum à Gregorio VII. diris Eccleſia eieratum, Imperioque motum, tot tantique Hiſtorici literis conſignarint, quos C. Bellarm. d. Rom. Pontific. lib. 4. c. 13. & d. tranſl. Imper. lib. p. cap. 2. Coccius p. p. Theſau. lib. 7. art. 17. Gretſ. in Apologia pro eodem Gregor. congeſſêre, vt abſque turpiſſima impudentiæ nota, tritiſſimam Hiſtoriam in controuerſiam vocari non poſſit, Sectarij tamen nouis ſemper mendacijs & impoſturis ea obnubere contendunt.

Quorum vnus Goldaſtus, qui Summi viri C. Baron. magnitudinem adlatrans, ſcriptaque eius canino dente temerè lacerans, magna inimicitia famam adſciſcere ſibi perſuadet, quam aliter comparare poſſe diffidit tot paginis, quas tam facile quotidie illinit primo iuſtiſſima illa, licet ſubdolæ pœnitentiæ argumenta, ab Henrico IV. exhibita, vbi Caniſium ad Gregorij VII. pedes ve-
N. niam rogans ſupplex occidit, extorta & coacta dicit, Authore tamen vno Bennone Schiſmatico, & Gregorij VII. hoſte acerrimo, pro quo in Cardinalem Baron. impudentiſſimè inuehit, quod Bennonem mendacem, & impoſtorem appellarit.

Sed Hiſtorici omnes, qui rē hanc ſcripſere de extorſione, & coactione iſta nil prorſus dicũt, imo Lambertus, qui tunc vixit, factum ita narrat anno. 1077. *Sed dies an-*

Digitized by Google

niuerſarius, quo Rex in excõmunicationem deuenerat à vicino imminens, nullas non accelerandi itineris moras patiebatur, quia niſi ante diem Anathemate abſolueretur, decretum nouerat cõmuni Principum ſententia, ac & cauſa in perpetuum cecidiſſet, & Regnum ſine vllo deinceps reſtitutionis remedio amiſiſſet, &c. prout ei intimarunt Proceres qui Vlmam conuenerant.

Neceſſitas quidem hæc, non facto Pontificis, ſed culpa ſua, Henricum vrgebat, cuius flagitia Papam, licet inuitum, ad ipſum extra Eccleſiam proijciendum impulere, legat M. Scotum ad annum 1075. & Stephani Haberſtatenſis epiſtolam, ad Vualramum, apud Dodechinum, in append. ad eandem Scotam anno 1090. Abba. Vſpergenſem anno. 1068. Lambert. anno. 1073. Krantium lib. 5. Saxon. cap. 24. euoluat ſuum Auentinum lib. 5. annalium, Paulum Langium anno 1073. & ſeqq. & cur literas encyclicas reticet, quas Gregorius deterrimam Henrici conditionem miſeratus, poſt latam in eum Anathematis ſententiam, ad omnes Epiſcopos, & Principes ſcripſit, vt ipſum ad pœnitentiam hortarentur, cupiens, vti Pater filium, diro nexu ſoluere, extant lib. 4. epiſt. Gregor. n. 31.

Quod ſi coactionem dici, iuſtiſſimã Pontificis ſeueritatem, qui vt idem Lambertus refert, veritus in Rege iuuenilis animi inconſtantiam, & procliue quocunque aſſentatores impuliſſent ingenium, Henrici precibus flecti ſtatim noluit, quamobrem prudens diſtulit donec Henricus pœnitens ad tres dies ieiunus, & nudis pedibus veniam præſtolaretur, adeò quod recedere etiam cogitarit, Mathildemque, & Hugonem Abbatem rogauerit, vt ex Domnizo refert, quod haud ſanè nouum, idem namque Lambertus anno. 1077. ſcribit. Yy iij

Seu vim appellat aſſiduam pœnitentis præſtolationem, humillimaſque preces, quibus facinorum ſuorum veniam rogans ad poſtliminium Eccleſiaſticæ pacis, à piëtiſſimo Patre excipi tandem meruit, iniuſte non minus agit quam ægrotãs qui de Medico quereretur, quod vlcus putreſcẽs leuioribus remedijs, acrius ſerpens aſperioribus curauit; adhibenda eſt moderatio, cum Seneca dicam d. Clem. quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat, nec promiſcuam habere, ac vulgarem clementiam oportet, nam tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli: at neq; hæc ſatis, poſtquam vulnus impij animi grauius recrudeſcere Germania poſtmodum vidit, Bennon. igitur, non Cardinalis Baronius, mendax & impoſtor, & Goldaſtus impudẽs, quam par eſt haud iniuriâ habendi.

Secundo obijcit geſta in Conciliabulo Vuormatiam aduerſus Gregorium ab Henrico coactum, eiuſdemq; Henrici epiſtolam ;. ad Hannonem Colonienſem Archiepiſcopum, & quoniam C. Baronius ſcribit ex Alberto Stadenſi, Saxonicos Epiſcopos nequaquam aſſenſos inaudito facinori, & epiſtolam prædictam à Schiſmaticis commentam, & à Rainerio Reinnecio, poſt vitam Henrici appoſitam dicit.

In eum Goldaſtus clamitat quod totum Ciſalpinum Imperium pro Henrico fuit, Saxonibus exceptis, quibus Henricus inuiſus erat.

At Marianus Scotus anno. 1077. vix Epiſcopos 4. huic Conciliabulo interfuiſſe ſcribit, non ergo plures in toto Ciſalpino Imperio tunc reperiebantur Epiſcopi? vel oblitus eſt Goldaſtus eorum quæ ex Brunone de

bello Saxonico adduxerat, audi, *Hoc inito confirmatoque conſilio habendi ſcilicet Conciliabuli, fecit omnes ſuos Epiſcopos conuenire, & coëgit eos Hildebrando ſubiectionem, & obedientiam interdicere, & hoc, vt poſtea nullus eorum poſſet negare, fecit vnumquemque eorum, nomine ſuo prænotato, manu propria abnegationem Hildebrandi, chartis ſingulis inſcribere, quod quidem pauci fecerunt ex animo, plures verò literas abrenunciationis metu mortis ſcripſere*: addit etiam, quòd hi, qui iniquæ abnegationi ſubſcripſerant, poſtmodum ad Pontificem literas dederunt, quibus pœnitentes veniam rogabant, quod in vita Gregorij recenſetur apud C. Bar. eodem anno. 1076. hanc Henrici violentiam eamdemque Epiſcopis vim illatam innuit Lambert. dum Vuitzaburgenſi, & Metenſi Epiſcopis ſubſcribere recuſantibus Traiectenſem refert vehementer imminentem, vt aut cæteris in dãnationem Papæ aſſentirentur, aut Regi, cui fidem iureiurando ſpoponderant, protinus renunciarent.

Eſt ne hæc, rogo, coactio? eſt ne hic metus, qui conſtanti etiam viro poſſit incuti? Goldaſtus igitur, qui totum Ciſalpinum Imperium Henrico adhæſiſſe dicit, an Card. Baron. mentitur? At quis non videt quanti facienda ſint huiuſmodi Schiſmaticorum hæc acta omni fide & authoritate prorſus deſtituta impoſturis, & commentis vnius Blanci exauctorati innixa, pro Schiſmatico Rege allata, quo cogente, non libere, ſed per ſummam iniuriam geſta fuere.

Reinecium verò, ſicuti vitam Gregorij VII. à Schiſmatico Bennone odio, & inuidia, falſitatibus, & impoſturis refertam ediderat, ita commentam dicit epiſto-

Digitized by Google

lam Henrici ad Annonem Archiepiſcopum Colonienſem; de indictione Conciliabuli Vuormaticenſis, ſed non ſatis animaduertiſſe, vti Anno longe ante dictam Curiam prædeceſſerat, quæ non ad Pentecoſten vt in ficta epiſtola dicitur, ſed ad Septuageſimæ Dominicam indicta fuit.

N. Atque hæc irridens, impudentiſſime garrit, Epiſtolam hanc, inter opera Vuitichindi, de geſtis Henrici, & Othonis I. longe ante impreſſam.

AT C. Baron. non aſſerit à Rainecio commentam, verum poſt vitam Henrici poſitam, & ab aliquo Schiſmatico confictam, legat ad annum 1076. n. 8. & 11. conuicium igitur Cardinali haud iure illatum, iuſte in conuiciatorem retorqueatur.

N. Præterea ad illud euitandum quod de Annone Baronius animaduertit, error, inquit nominis partim à Librario eſt, partim ab editore, erat hoc in more poſitũ Librarijs, vt nomina propria, compendij faciendi, numquam integrarent, ſed initiali tantùm litera notarent, id ita eſſe ſciunt, qui libros veteres terunt, quorum penes mecum, infeſtiua copia, editor cum in ſuo exemplari H. reperiſſet, coniecit eſſe Hannonem, ſed erat Hidolphus, qui ab Henrico Annoni ſucceſſor eſt datus, Abb. Vſpergenſ. &c.

Qui & Concilio interfuiſſe ex Lamberto non obſcure colligitur, &c.

AVdiſti ridiculum reſponſum, frigidamque diuinationẽ, cui antiqua Romanorum cõſuetudo commenti præbuit anſam. Sed Vſpergenſ. Hidolphum Annoni ſucceſſiſſe, at non ante vel poſt Conciliabulum dicit,

Digitized by Google

dicit, ſicuti Scot. anno. 1076. & ſeq. & Sigibert. anno. 1075. mortuum Annonem ſcribit, nihil verò de Hidolpho.

Ipſo igitur Lamberto Iudice mendax deprehenderis, qui ad annum 1076. n. 20. hæc ſcribit, *Colonienſis etiam Clerus, & Populus ad eligendum ſibi Antiſtitem frequens confluxerat, quibus Rex Hidolphum quendam Goſlarienſem Canonicum offerebat, atque vt eligerent dedita opera inſiſtebat, illi contra ſumma ope nitebantur, obiicientes quod homo ſtaturæ puſillus, vultu deſpicabilis, genere obſcurus, nec animi, nec corporis virtutibus quicquam tanto Sacerdotio dignum prætenderet*, &c. *Sed Rex recolens Annonis Archiepiſcopi conſtantiam, & inuictum aduerſus omnes nefarios ſuos conatus ſpiritum, conſulto talem ei ſucceſſorem ordinari ſatagebat, cuius facilitate ad omnia, quæ vellet, pro libito ſuo abuti poſſet, cumque diu multumque conatus nulla ratione, vt eligeretur obtinere potuiſſet, Colonienſes infecto negocio in ſua remiſſi, iterumque in media quadrageſima ſi fieri poſſet conſultos præſto eſſe præcepit, conteſtatus quàm ſanctè ſe viuo, aut nullum eos, aut hunc habituros eſſe Pontificem. Aderant præterea Hildebrandi Papæ legati*, &c. vides igitur quod re infecta diſceſſerint Colonienſes, & negocium ad mediam quadrageſimam fuerit dilatum, interim ad proximam Septuageſimam habita ſunt Comitia, non ergo tunc Hidolpho vti Archiepiſcopo ſcribi potuit epiſtola, de qua eſt quæſtio, & pergit Lambertus narrare, quod Henricus furore percitus, poſtquam legati ei denunciarunt *vt ſecunda feria ſecundæ Hebdomadæ in quadrageſima, ad Synodum Romæ occurreret, ſtatim cum contumelia abiectis legatis, omnes in Regno ſuo Epiſcopos, & Abbates, Vuormatiæ, dominica ſeptuageſimæ con-*

Digitized by Google

uenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem; &c. atque ipſius Conciliabuli acta, & impiam, iniuſtam, & inanem in Gregorium ſententiam percenſet, neque tamen de Hidolpho Archiepiſcopo verbum vllum facit.

Ipſum tandem Cardinalem veluti Græcarum literarum imperitum irridet, ſus Mineruam, quo loco ἑβδομηκοστῆς. ſcilicet Septuageſimæ πεντηκοστὴν legerit.

Verum quid Græchizat hic Goldaſtus, epiſtola Latinè eſt conſcripta, nullum in ea verbum Græcis notis legitur, & Pentecoſtem vox eſt, quæ à Latinis non amplius vti peregrina, ſed tanquam materna vſurpatur, alium quærat cuniculum neceſſe erit.

N. Confugit igitur ad teſtes, ſcilicet domeſticos, eiuſdem cum ipſo cenſuræ, Auentinum, & Illyricum, pares cum paribus, vt eſt in adagio, qui alias Hērici literas commentitias referunt, quibus ipſe de Pontifice queritur quod legatos ab eo Romā miſſos nedū contumelijs affecerit, ſed contra ius gentiū, etiā carcere manciparit.

SEd rogo poſtquam Henrici propugnatores haſce literas tanti faciunt, quas ab eo ad Annonem, ad Pontificem, & alios Principes datas, Reineccius edidit, quod Henrici cauſam plurimum iuuarent, ſi Pontifices ius gentium impiè violaſſe demonſtrant, cur tot Hiſtorici Theutonici eas prætermiſerunt, ſi res omnes inter Gregorium, & Henricum geſtas digeſſere, præſertim qui in Henricum, vltra quam par eſt, propenſi, vitam ipſius ſcripſere? profectò ſiue à Reineccio, ſiue ab alio Schiſmatico in odium Gregorij commentas poſtmodum fuiſſe, ratio ipſa ſuadet, ſciat nunc Goldaſtus

qui Italici ingenij acumen irridet, nos plus olei quam vini conſummare, & Card. Baronium cuius memoriam omnes venerantur, & ſcripta ſuſpiciunt, ad famam, non ad famem explendam tanta ſcripſiſſe; quantum verò ſua de ſe æſtimatio ipſum decipiat, ex eruditiſſimo Sciopio cognoſcat.

N. Poſtmodum, & Ludouicum Bauarum à Ioanne XXII. Sacramento benedictionis haud rite exauctoratum, probare contendit.

ET in Summum Pontificem, turbam illam viliſſimam Apoſtatarum excitat, qui mercede, & promiſſis à Bauaro pellecti, pro eo cõtra Chriſtum ſtrinxere calamũ, Schiſmaticorumq; Teutonicorũ nonnullos adducit, quorũ Anteſignanus eſt Auentinus, qui dignitatem Imperij putantes imminui, niſi Pontificis Romani ſacroſanctam Maieſtatem ei ſubiiciant, geſta, & ſcripta ab ipſo Bauaro aduerſus Ioannem XXII. & Benedictum III. recenſent, ac ſi, quæ Reus conuicia, & impoſturas iactauit in Iudicem, cuius ſententiã, ſcelerum ſuorum meritas retulit pœnas, loco teſtium habenda ſint, quorum fide damnetur, ipſiſque Eccleſiæ Perduellibus impijs, Planis mendaciſſimis potius quam alijs longè pluribus, grauiſſimiſque Scriptoribus credendum ſit. Nota ſunt Bauari flagitia, ob quæ Ioannes Pontifex, petitam confirmationem ipſi denegauit, vnde Mutius lib. 24. Chron. German. pag. 223. & 224. *Pontificem in eum ob quædam delicta parum æquum dicit*, & infra &c. *Quod Principes, & Eccleſiaſtici à Ludouico receſſere cognitis cauſis, quibus Pontifex, ad preces eius reſpuendas, motus fuerat.*

Tritiſſima quoque ſunt, ex omnibus Germanicis

Digitized by Google

Hiſtoricis, quæcumque impie in Eccleſiam Dei, ſæuiſſimè in omnes, ignauiſſimè in ſe ipſum geſſit, qualiſque fuerit, Mutius lib. I. Chronici compendio deſcribit, *Fuit homo* inquit, *rerum negligens, & prodigalitate luxuque ſuum pene totum perdiderat patrimonium, nam aluit magnum hominum inutilium numerum*, &c. Neque ſententia Summorum Pontificum ab vniuerſali Eccleſia tunc probata, ab omnibus Catholicis Principibus laudata, & portentoſo ipſius Bauari caſu confirmata, qui Diuino correptus numine ſubito interijt, paucorum Apoſtatarum Schiſmaticorumque inſani iudicij examini committenda videtur, de quo iam ſatis eſt dictum.

Digitized by Google

CAPITIS X. N. DE PAPATVS DIMINVTIONE, ET EXTINCTIONE

ANIMADVERSIO.

QVVM inimicus aduentu Chriſti proſtratus, derelicta Idola, ſuaque templa deſerta vidiſſet, nouam excogitauit fraudem vt ipſo Chriſtiani nominis titulo incautos falleret. Hæreſes inuenit, & Schiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circunſcribit & decipit noui itineris errore, rapit de ipſa Eccleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctẽ videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes

Cyprian. d. vnit. Eccleſ.

in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur, &c.

Ezech. cap. 13. Veh prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident.

Scripſit Lutherus anno. MDXXI. Monitoriam Epiſtolam ad omnes Chriſtianos, qua Romanam Eccleſiã, cum Summo Pontifice, ſacroue Senatu ſe euerſurum pollicebatur, neque vllus vnquam fuit Hæreſiarcha, qui eo ſpiritu vertiginis, de quo præſagitum legitur, *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius*, vaticinium idem ſtatim non exploſerit, verum ſectę eorũ, vti ea quæ violentiâ incipiunt, ſenſim deficiunt, breuî euanuêre, & Romana Eccleſia ſtat adhuc ſtabitque firma, & immobilis ſemper, quia fides Petri cuius ipſa fundamento innititur, non deficiet.

Paralip. 2 c. 18.

Hieron. Bolſec. in vita Calu. Caluinus itidem, *Ego Propheta ſum, ego ſpiritum Dei habeo*, in concionando iactari ſolitus, & ne ſuis mendacibus poſtea irrideretur præſagijs, culpam omnem in Deum reiciebat, *Ego*, inquiens, *ſi erro, tu es Deus, qui me propter peccatum huiuſce populi, in errorem mittis, & decipis, ego errare non poſſum.*

En alter Balaam, qui vt falſas viſiones obtrudat, tumidus, glorioſus, ventoſus, videntem ſe iactat, maloque Dæmone actus, Aſinam propriæ ignorantiæ conſcendens, ambitio, & impotentia ſcenam deſiderant, eam furens impulit ad comminiſcendum inane quidem, & plane ridiculum, ſed dirum vaticinium, quod

Digitized by Google

eius fuit impudens votum, ac ſi Deus mendax, qui Eccleſiæ ſuæ Monarchiam, ad excidium vſque mundi duraturam edixit, homo autem verax eſſet, qui eam omni ex parte imminui, & ad interitum feſtinè prolabi temerè mentitur.

Hinc eorum querens irritamentum, in quæ inſanit, vitiorum omnium apparatum, pro modo turbę ſpectantis expandit, extremo hoc capite, fœnum in cornu gerens, non quod iniuriam acceperit nocere contendit, ſed quia paratus eſt dum noceat velle accipere, conuiciorum, impoſturarum, & mendaciorum in Sanctam Dei Eccleſiam, Sanctiſſimumque Chriſti Vicarium, lacerationes in voluptatem expetens, impiam, trucem, probroſam, ſed falſiſſimam iactat Satyram M. Antonij iram & rabiem redolentem, eandem ſcilicet cantilenã, quam olim veteres Apoſtatæ, Perduelles, transfugæ cecinêre.

Cicurata Bellua, vbi feritatis oblitæ reminiſcitur, & naturalem reuocat ſæuitiam, nulla immanior: facinoroſi homines quâvis efferâ, noxiâque bellua deteriores ſunt, quod non inſtinctu, veluti pecora trahantur, ſed electione, & voluntate noceant, omnibus verò ſæuiores ij qui ingenij acumine, cæteriſque animi viribus magis pollent, quibus veluti armis, ad aliorum perniciem validius vtuntur: hinc eos, qui à Chriſtiana Religione, ad Turcicam Sectam defecêre, Turcis ipſis immaniores experimur. At omnium ſæuiſſimum animal Hæreticus, qui poſtquam vel ira, vel ambitione, vel alia effreni, iniuſtaque libidine actus, honeſtatis & iuſtitiæ frænum abrumpit, nullum eſt tam nefarium, tam impium, di-

Digitized by Google

rumque ſcelus, in quod ſua ſponte ſe ſe non effundat.

Morbus eſt rabies ab ipſa hæreſi, quæ atra gignitur bile, eoq; non vti leones interpolata febri, ſed continua tabe roditur, & angitur, in verborum maledictorumq; amaritudinem effuſa, qua propter ſicuti Canes, qui eius æſtu aguntur, ſe ſe mutuo diſcerpunt, itidẽ Hæretici, nec ſibi ipſis parcunt, ſed Lutherani Caluiniſtas, Caluiniſtæ Proteſtantes, imo, & eiuſdem erroris Sectarij ſe ſe canis conuicijs lacerant, quamobrem Caluinus, *abſurdum eſt*, inquit, *nos cum diſceſſionem à toto fere orbe fecerimus, inter nos diſſidere*, &c. qui vbi frequenti exercitatione in obliuionem clementiæ venerint, omne fœdus humanum eiiciunt animo, & nouiſſime in crudelitatem tranſeunt, & feritatem animi exuperantes, audaces, torui, minaces, inquieti ad nocendum exurgunt, & quum veterum Hæreſiarcharum inſanias, pro nouis obtrudi amplius non poſſe cognouerint, quod refricatæ, exagitatę, & confutatæ ad nauſeam vſque, etiam pueris innotuerint, nec alia ſuppetant ad veritatem obnubendam, quæ ſolis ad inſtar inter nebulas ſemper clarior emicat, calumnijs, impoſturis, mendacijſque nos impetunt, quod vitium infixum, ingenitumque cum ſit, natura vim ſuã exercet, inimici ſunt, faciunt vt inimici, agitur animus in noctẽ, & veluti euerſis virtutibus vitiorum tenebræ oboriuntur, quorum impetu obruti, neque quid agant diſcernunt, neque ſui iuris ſunt: æque igitur animo ferenda, & ad honeſta vadentibus contemnenda, quia furentium ſunt, prudentiori cedendum, ſtultiori remittendum. Piſiſtratus cum multa in crudelitatem eius ebrius conuiua dixiſſet, irritantibus reſpondit, non magis illi ſe ſuccen-

Epiſt. 141.

Senec. 1. d. ira.

Senec. 3. d. ira.

Senec 3. d. ira.

ſuccenſere, quam ſi quis obligatis oculis, in ſe occurriſſet, nulla eſt tanta potentia, in quam non incurrat iniuria, proprium eſt magnitudinis verè non ſe ſentire percuſſum, immanis fera adlatratum Canum lenta reſpexit, ſic irritus ingenti ſcopulo fluctus aſſultat. Senec.1. d.ira.

Quoniam verò non errore, ſed peruicaci voluntate delirant, ad authoritatem, & gratiam ſibi comparandam ſpecie Religionis ſcelus prętendunt, Catholicotum prolapſam vt aiunt ſuperſtitionem ad primam reuocare cenſuram profitentes.

Ac ne propriæ turpitudinis fœdiſſimis vileſcant maculis, ſed aliorum exemplo peccent impunes, omnique lege Diuina, & humana ſe ſe exſoluant, otij, & libertatis dulcedine imperitos pelliciunt, & luxuriæ, crapulæ, auaritiæ, cæteriſque vitijs, quibus pudore, & metu excuſſis, miſerrime inſeruiunt, Deum ipſum auctorem inſcribunt, & dant morbo diuinitatis teſtimonio, excuſatam licentiam, ſcripturas, ſine quibus hæreſes eſſe non poſſunt, callide inuertendo, & corrumpendo, ſuggerēte Diabolo, qui vt Lutherus ipſe fatetur, *Venenata & ignea tela, vndique ipſis immittit, quæ nihil aliud ſunt, quam cogitationes pulcherrimæ ſcripturarum teſtimonijs adornatæ, ita vt latentem ſub eis fraudem veneni, animaduertere miſeri nequeant*, &c. *quos libet errores*, inquit August. *fucari poſſe, vt imperitorum animis per ornatam ianuam libenter obrepant.* Tertull. de præſ. cap.39. Luth. tom 1. Vittemb. impreſſ. pag.122. art. 52. Luth. d. capt. Babyl. ad Epiſcop. Eccl. Vittemb. Calu. l. 4. inſt. cap. 13. §. 7. Contr. epiſt. fundam. c 3.

Sed in callidos hoſce Nouatores, & Chriſtianæ pacis impios turbatores iure optimo inuehentem Eraſmum audiant. *Quod ſi in æſtimandis rebus, ſiniſtrum dumtaxat oculum intenderit, occluſo dextero, ea quoque quæ rectiſſima ſunt,* Epiſt. in pſeudo. euangelis.

videbuntur peſſima? Porrò cùm Eccleſia, quemadmodum res cæteræ mortalium omnes, habeat rudimenta, progreſſum & ſummam, nunc ſubito illam ad primordia reuocare, nihilo ſit abſurdius, quam virum adultum ad cunas & infantiam velle retrahere. Multa ſecum defert tempus & rerum ſtatus, multa commutauit in melius. Olim clanculum in ædes priuatas conueniebant pauci Chriſtiani, nunc in templum publicum, & conſecratum congregantur omnes., vtrum decentius? Nimirum hoc; Olim in cœnis ſumebatur Euchariſtia, in quibus teſte Paulo, alius eſuriebat, alius ebrius erat: nunc à ieiunis ſumitur ad Sacram menſam, vtrum religioſius? Olim in Eccleſia alius habebat hymnum, alius Apocalypſim, alius Pſalmum, alius loquebatur linguis, alius Prophetabat, & interim garriebant mulierculæ; nunc certis hominibus diſtributa ſunt officia, cæteri taciti, compoſitique auſcultant, aut orant; vtrum religioſius? Olim in nocturnis vigilijs curſitabatur ad Sepulchra Martyrum, à pueris, puellis, viris, Monachis, vxoribus, ſacris Virginibus, atqui flagitia, quæ ſub vmbra pietatis admittebantur, perſuaſerunt vt hoc vigiliarum genus tolleretur. Noctu populus obambulabat cum crucibus argenteis, canens hymnos, & interdum diuerſæ profeſſionis ſibi occurrebant chori, hymni verſi ſunt in rixam, cruces in arma: An non igitur & hoc rectè ſublatum? Olim corpus domini dabatur in manum, vt domi quum vellēt ſumerent, qui accepiſſent; at quum exiſterent qui tractarent indignè, qui ad artes magicas abuterentur, mutata eſt in melius conſuetudo. Olim populi ſuffragijs creabantur Epiſcopi, eiuſdem libidine deijciebantur, interdum lapidabantur, res erat plena tumultus, interdum & cædis. Itaque res ipſa perſuaſit, vt penes paucos ac certos homines eſſet ius deſignandi Epiſcopos aut etiam ſubmouendi: Olim Epiſcopi apud populum loquentes, cogebantur ſcenicum quiddam exhibere, non aliter quam hyſtriones, quorum actio niſi

Digitized by Google

placeat populo non optimo iudici, ſibilis eijciebantur è proſcenio. Atque interdum audiebantur indedecoræ acclamationes, incompoſitæ manuum iactationes, alijque turbulenti geſtus, ſibili, cachinni, ſi quid diſplicuiſſet, aliaque quæ vulgus è theatris ac circis ſecum ferebat in Eccleſiam Dei. Queritur hoc frequenter Ioannes Chryſoſtomus, nonnunquam & Hieronymus. Nunc è ſuggeſto dicentem taciti, multaque cum reuerentia auſcultant omnes; vtrum, quæſo, templo dignius? Olim totus populus canebat, & Sacerdoti reſpondebat Amen. Ibi ſtrepitus tonitruo non abſimilis, & ridicula vocum confuſio ſpectaculum exhibebat indignum cultu diuino, nunc deſignati ſunt qui canant decenter, cæteri pſallunt in cordibus ſuis domino. Recens Eccleſia nullam ſpeciem muſices recipiebat, nec ſine reclamatione recepta eſt, ſed modulatæ recitationi ſimilior quam cantui, primum apud Græcos, deinde apud Latinos, cuius ſpecimen adhuc videre licet in precatione dominica, aut ſi quid aliud eſt eius generis: nunc vt eſt natura rerum humanarum, eo degenerauit vſus, vt in multis templis fere nihil audiatur præter immanem boatum, aut ineptum vocum garritum, qui citius inuitet ad laſciuiam, quam ad pietatis affectum. At non ideo muſica omnino ſubmouenda è templis, ſed quod praue irrepſit, arte corrigendum eſt; ſeculis aliquot abominabile cenſebatur in templis Chriſtianorum videri pictam, aut ſculptam imaginem. Id iuxta illorum temporum rationem ſuadebat pietas, partim ob Iudæos, qui ex præcepto Dei deteſtabantur omnia ſimulachra, alioqui procliues ad idololatriã, partim ob eós qui ex gentibus venerant ad Euangelium, in quibus probabile eſt aliquandiu reſediſſe veteris inſtituti reliquias. Nunc imaginum vſus eò proceſſit vt non ſolum modum exceſſerit, verum etiam à decoro receſſerit. Videmus in templis, quæ parum decore pingerentur in porticibus, aut popinis. Nihil tamen neceſſe eſt in to-

Digitized by Google

tum ſubmouere picturas, quæ plurimũ habent & voluptatis, & ornamenti, & vtilitatis, ſed quod eſt vitij corrigendum erat. Olim Eccleſia nullas habebat Scholas publicas, dumtaxat in re Theologica, ſolus Epiſcopus erat doctor omnium, ſed quanto res Chriſtianæ bono inſtitutæ ſunt Scholæ, præſertim apud nationes barbaras? Nunc quæſtus & ambitio vitiauit hoc bonum quæſtiunculis ad oſtentationem magis quam ad pietatem facientibus: An ideo tollende Scholæ? Nequaquam, ſed ad Chriſtianam ſobrietatem reuocanda ſunt ſtudia. At qui ex iſto ſodalitio extiterunt, qui priuatim ac publice docuerunt diſciplinas humanas nihil aliud eſſe, quam retia dæmonum, tantumque profecerunt vt perquam raros in iſto grege conſpicias, qui ſeriò dent operam literis vel ſacris, vel prophanis: quæſtui, voluptati ſtudetur affatim. Olim liberum erat Monachorum genus, ſed quum increſcens turba ſe per Orbem ſpargeret, exordijs ab Ægypto profectis, multaque flagitia ſub obtentu pietatis committerentur, iamque per hos metueretur totius Eccleſiæ confuſio, neceſſario redacti ſunt in vitæ genus aſtrictius, & huc certe conducunt veſtium diſcrimina, quo vitentur facilius ſi mali ſint. Olim aduerſus hæreticos non pugnabatur, niſi gladio ſpiritus: verum poſteaquam eò peruicacia ſtudiorum efferbuiſſet, vt res ad cruentum orbis tumultum ſpectare videretur, coacta eſt Cæſarum poteſtas, legibus & armis publico occurrere diſcrimini. Olim Eccleſiæ præſides alebantur his quæ ſponte deferebat populus, nec alijs armabantur præſidijs, quam doctrina, precibus & lacrymis: atqui apud nationes efferas ipſa perſuaſit neceſſitas, vt aduerſus populares incurſus, opibus, ædificijs, & miniſterijs munirentur. Quid multis? ſi Paulus hodie viueret, non improbaret, opinor, præſentem Eccleſiæ ſtatum, in hominum vitia clamaret, & quibuſdam nihil vſquam placet niſi quod ipſi inſtituerunt, quanquam ne in

Digitized by Google

his quidem conſtantes, &c.

Vnum autem eorum conatibus præcipuè aduerſum habere cognoſcunt, Romanum Pontificem, qui tamquam vniuerſæ Eccleſiæ Caput, Iudexque ſupremus, eorum damnat errores, petulantiam retundit, & peruicaciam grauiſſimis coërcet pœnis, & in hunc, mirum ſane dictu! Sectarij omnes, qui in reliquis ab inuicem diſſident, vnanimi cuneo irruunt, *pacemque paſſim*, vt Tertullianus ait; *cum omnibus miſcent, nec intereſt quamuis diuerſa tractantibus, dũmodo ad vnius veritatis euerſionem conſpirent*; quoniam licet diuerſæ ritibus, moribus, & erroribus, diſſitæq; Hæreſes ſint, ſorores tamen ſunt, eadem genitæ ſuperbia; Monarchiam igitur, veluti Eccleſiæ Arcem, conſerto agmine impetunt, vt capite ſublato, vnitas illa, qua Eccleſia conſtat, reſoluatur, neque aliunde Schiſmata ſecuta, neque aliam eſſe extinguendarum hæreſum viam, Cyprianus admonet, *Quam vt ad vnitatis originem redeatur, amplectaturque probatio Catholica facili ad fidem compendio veritatis, quam Dominus inſtituit ad Petrum loquens, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, &c. Et cum duo potiſſimum, Regnis euertendis, vitia ſint, beneuolentiæ, & auctoritati oppoſita, odium, & contemptus, quorum alteri ex metu, eique ex Tyrannide, alteri verò ex moribus, origo eſt, ignauiſſimi Plani hoc vnũ præcipuè curant, vt Romani Pontif[illegible] nomen, eorum impoſturis, odio, & contemptui omnibus fiat, ad vtrumq; enim non minus opinione, quam certa aliqua ratione mouemur, odium autem tardum, & inaudax, metus enim ſæpè retinet, contemptus verò ferox, & preceps, nam ſolutè viuentes deſpi-

Preſc. cap. 41.

Auguſt. de paſt. cap. 8.

Epiſt. 55. ad Corn. & d. vnit. Eccleſ.

Cicer. proleg. Manli

Ariſt. 5. polit. 2. cap. 11.

cabiles ſunt. Quod ſi vilis, abiectaque Summi Sacerdotij opinio, ſemel animis irrepſerit, niſi principijs obſtes, ſenſim augetur, & contumacia graſſante, reuerentia minuitur, Religionis vigor paulatim deferuet, & timor audaciæ cedit, quę tandem in impietatem deuoluitur. Scio cunctis, Deum eſſe, opinionem inſitam, nec vllam, gentem vſquam reperiri, adeò extra leges, moreſque proiectam, vt non aliquem Deum credat, verum quia, ſua cuique optima Religio, non ratione, ſed affectu iudicatur à ſingulis, Donum Dei fides eſt cuius perſuaſione excitamur, & ducimur, eadem nobis erga Diuinum eius nomen cultum, erga Sacerdotes verò vti Dei adminiſtros, reuerentiam ingerit, quorum imperio in officio continemur: vides igitur quam tenui filo regatur animal omnium ferociſſimum, quo abrupto, & Deum infra ſe habet, & cum pietate omnem exuit humanitatem: quamobrem ſapientiſſimè Romani Pontificem Maximum aſpernari, probriſque impetere piaculum ducebant, vndè Tremolius Tribunusplebis, cum M. Emilium Lepidum, Pontificem, contumelijs affeciſſet, vt contemptor Religionis, damnatus eſt.

Phil. Iud. ad Caium

Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1.

Neque ſolius Eccleſiæ Monarchiam euertere, eorum furori ſatis videtur, niſi totius Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum inuertant, & pacem vniuerſam perturbent, *Orbẽ Catholicum*, inquit Auguſtinus *Quem, Domino ipſis reſiſtente, peruertere non poſſunt ſaltem confundere conant*[illegible]*c.* Eadem itaque rabie, vt nullus ſit, quem amplius timeant, in omnes quoque Principes, & Ciuiles Magiſtratus, inſanientes, nullius hominum dominationem, etiam temporalem à fidelibus agnoſcendam, *Primamque liber-*

Lib. 4. aduerſ. epiſt. Pelagij cap. 23.

Luth. d. ſec. poteſt d. Capt. Babyl. & epiſt.

Digitized by Google

tatis partem, qua Chriſtus nos donauit, hanc eſſe prædicant, vt fidelium conſcientiæ, dum fiducia ſuæ coram Deo iuſtificationis, quærenda eſt, ſeſe ſupra legem erigant, & efferant: Conſcientiæ inquiunt, *liberæ ſunt ab omni iugo legis*, &c. Atque ita Regnorum & Magiſtratuum imperia reſoluentes, in turpiſſimam omnium facinorum licentiam homines trahunt prætextu libertatis, quam ſibi vindicant, dũ hominibus libertatem omnem adimunt, quod cum originali Iuſtitia, liberam arbitrij facultatem amiſerint, eamque Euangelicam appellant, quemadmodum ſe ſe Euangélicos iactant, vt flagitiorum ſuorum culpam omnem in Deum refundant, & ſe non homines, ſed bruta fateantur, quia nimirum, vt in ipſos feſtiuè ludit eruditiſſimus Beccanus, *Legunt in Euangelio Chriſtum iuiſſe ad nuptias, & bibiſſe vinum, Iudam habuiſſe loculos, & prodidiſſe ſuum Dominum, Mulierem in adulterio deprehenſam, pœnam euaſiſſe, Herodis filiam ſaltaſſe in conuiuio, hæc & ſimilia ex Euangelijs exempla excerpunt, vt pro diuinis dogmatibus obtrudant, at vbi legunt Chriſtum ieiunaſſe, lauiſſe pedes Apoſtolorum, pernoctaſſe in oratione, Crucem ſubſtinuiſſe, hic libertini ſunt.*

contr. Cæſar. mand. Calu. inſt. lib 4. cap. 20. §. 1. l. 3. cap. 19. Zuinglus epiſt. 186. lib 4. Melanct. ad cap. 13. epiſt. ad Rom.

de priuil. Caluin. priuil. II.

At dum inter ſe diſſidentes, alij Ariſtocratiam, alij verò Democratiam commendant, omnes in hoc concordes, dominationem appetunt, quam Miniſtri omnimodam vbiq; vſurpãt: Nonne in Germania Lutherus, Papa Saxonicus dictus eſt? Zuinglius Turingi? Caluinus autem & poſt eum Beza Geneuæ, non ne ſacras, & publicas res ſuo geſſerunt arbitrio?

Hinc Sarauia paritatem illam, quam Miniſtri verbis extollunt, re autem exhorrent, aduerſus Bezam irridet

Apolog. contra Bezã. c. 3.

Digitized by Google

Tanta inquit, *eſt Naturæ vis, vt vincat etiam eos, à quibus impugnatur, æqualitatem inter Eccleſiæ Paſtores, qui Apoſtolis ſucceſſerunt: D. Bezã eſſe oportere, alijq; plures, cum eo hodie cõtendunt, & eminentiam Epiſcoporum dãnante Tyrannidis, cũ ipſi interim æqualitatem, quam profitentur minime obſeruent, conſtat enim D. Bezam collegis ſuis eſſe longe ſuperiorem. Et Ioannes Caluinus dum vixit plus auctoritatis in ſuos collegas habuit, quam hodie Angliæ Primas in Coëpiſcopos exerceat, nota loquor, vt impudentis fuerit negare quod res ipſa clamat, & ſcripta eorum teſtantur.* Eandem ſibi vindicare Tyrannidem cæteri quoque Miniſtri, horum exemplo, vbiq; edocti, vt cuncta ex eorũ libidine pendeant, primo nobiliũ infringere potentiã, nomenq; Nobilitatis pœnitus ſupprimere ſtudent, quorum vel paululum efferre caput, nullum vnquam ſinunt, diſſidia inter vtrumque ordinem perpetua fouent, populi æmulationem in Nobiles prouocant, quorum maximam eis ſuſpicionem continuo incutiunt, vt pauidum vulgus quo quo lubet vertere poſſint, ſummos denique honores tribui plebeijs curant, quos artibus hiſce, ad ſuam auctoritatem tuendam Clientes ſibi conciliant, quamobrem pax eorum comprimitur arbitrio, arma nutu eorum ſtringuntur, neque ipſorum detrectare iuſſa, aut ſententiæ obſiſtere vllus audet, ſed inter eos vnus dumtaxat, qui loquentia, fraude, arrogantia, audacia, & gratia apud potentiores valet, is in alios vſurpat imperium, cui cæteri inferioris ſubſellij Miniſtri, vel etiam inuiti, ſubiacere cogantur, omnes tamen quamuis vnius dominatus, cæteris inuiſus, veluti membra tuendo capiti conſpirantes, arreptam in cæcos illos Tyrannidem qui cæcos hoſce ſectantur du-

ces,

Duces, acerrime aſſerunt, atque in hoc omni ſtudio concordes incumbũt, ne grauiſſimum iugum populus excutiant, adeò quod, tot ferant neceſſe eſt Tyrannos, quot Miniſtros alunt, ac re ipſa experiantur, ſi fateri velint, vt nullius ſæuior eſt dominatio, quam eorum, quos natura ad ſeruiendum creauit; cum Auraicus Princeps à Catholica Religione deficiens vniuerſam Belgiam ad rebellionem excitaſſet qui eius erat à Secretis, cuidam amico ſcripſit, Principem ſuum libertate cum ditione amiſſa, ignauæ multitudinis factum eſſe mancipium, & fore aliquando, vt viliſſimo Miniſtro authore, ipſe vel filij eius, turpiſſimè eijcèrentur.

Eandem gubernationis formam apud Anglos reperies, quamuis in ipſo ſchiſmatis initio, omnem auctoritatem & Iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem deriuari, & deduci à Regia Maieſtate, tanquam ſupremo Eccleſiarum Anglicanarum capite, ſtatutum ſit: at quo iure? indignum ſane facinus, neque Turcarum Tyrannus hoc ſibi arrogat, pſeudo tamen Epiſcoporum magna eſt auctoritas, maximam autem Cantuarienſis veteris iure Primatus habet, id ægrè ferentibus Puritanis Miniſtris, quorum in eo Regno maior eſt numerus, haud ſanè impono, tritiſſima refero. Caluino turciſm. l. 2. c. 16.

At nonne hæc ſumma, diraque Tyrannis? his igitur illud iure impingimus, quod monenti, vt populare imperium Spartæ inſtitueret, Lycurgus reſpondit, fac prius Domi tuæ Democratiam, multi Duces Cariam perdiderunt, vrbs felix, quæ vnum præconem audit.

Quod ſi ad calculum hi vocarentur, qui doctrinam ex moribus iudicant, ac ſi veritas in ore facinoroſi

Digitized by Google

in mendacium degeneret, & ſol, quem pientiſſimus Pater, nedum ſuper bonos, verùm & ſuper malos æquè facit oriri, eorum flagitijs inficiatur, dum cæno in quod radios effundit, minime fœdatur, ſuæ profectò prauæ doctrinæ ipſos forſan puderet, quamuis deprauatis animis, nulla ſit formoſior effigies, quam deformis & horrida, nemo enim vitia ſua deteſtatur, ſed amat, dum in illis eſt. Incipe à ſuperba mentis elatione, vitiorum omnium capitalium, præſertim verò Hæreſum, parente,
Greg. lib. 3. Mora. cap. 17. *Quia niſi prius in corde intumeſcerent, ad prauæ aſſertionis certamina non peruenirent*, &c. *Initium enim hæreticorum eſt, ſibi placere, Præpoſitos ſuperbo tumore contemnere, vnde proſilitur*
Cyprian. lib. 1. epiſt. 9. *ad Schiſmata, inde foris nouum altare collocatur, atque hinc tot ex vna eademque ſuperbia genitæ, diuerſæ, & diſſidentes ſorores,*
Aug. d. paſt. c. 8. *quibus cognata ambitio, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris genitrix, vitiorum origo,*
Bern in Pſal. 90. *criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrixque mentium*, quæ vno nomine occupare faſtos vult, nec
Sen. d. ira lib. 1 & d. beneſ. 2. patitur quenquam in menſura honorum conquieſcere, vltra ſe cupiditas porrigit, quia ſicuti à fine incipit, non
Epiſt. 94. vnde venerit reſpicit, ſed quo tendat.

Inſpice quam grauis, & intollerabilis arrogantia eorum ſit, quæ veluti ſuo iure prærogatiuam, & auctoritatem omnem ſibi tribuendo, omnes deſpicit, cunctaque infra ſe ponit, legito obſecro, Lutheri, Melanctonis, Caluini, Bezæ, aliorumque Sectariorum libros, & audies, vt Dei gratia Eccleſiaſtes Chriſti, Euangeliſtas, Prophetas, Apoſtolos, ſe ipſos magnificentiſſime apellant, Doctrinam eorum à Deo eſſe certo ſcire, arcanum Sancti Spiritus teſtimonium habere, ne poſſint errare,

& Patres irridere, & contemnere, Concilia flocci pendere, Papam, Cardinales, Epiſcopos, atque adeò Principes omnes aſpernari profitentur, & non ſolumhomines, ſed ipſos Angelos ſe iudicaturos impudentiſſimè iactãt. Et dum noſtra execrantes ieiunia, quæ humana vocant commenta, ad conſcientias obligandas, *Quid tentatis iugum imponere?* clamitant, & maiori ſanè auctoritate quam Petrus, quem ipſorũ figuram geſſiſſe dicunt, ſemina futuræ libidinis ſerunt, vndè illa ſalacitas, quam neceſſitatem vocant, quam effugere nequeat qui homo ſit, ac ſi Deus liberam nobis voluntatem largitus non eſſet, quæ ſuo regeretur arbitrio, & Chriſtus beatos non dixiſſet illos, qui proprio conſilio, eunuchi, cælibem duxerint vitam. Paulus quoque Virginalem pudicitiam tantopere non commendarit, ſed eorum turpitudines ſilentio præterire ſatius erit, ne ſatyram rependere videamur, quamuis laceſſiti, & vim vi repellere ius non iniuria ſit, *Quoniam puſilli hominis & miſeri eſt repetere mordentem vt mures, & formicæ, ad quas ſi manum admoueris ora conuertunt imbecillia, ſe lædi putant ſi tanguntur.*

Luth. in colloq. Latin. c. d. morb. & pericul.

1. ad Corinth.

Atque hi, proh dolor! qui vino & luxuriæ vacant, in venerem, & libidinem perditiſſimè proiecti, Angeli ſunt? Apoſtoli dicuntur, & veluti Euangeliſtæ è cœlo delapſi, ita excipiuntur, venerantur, ſuſpiciuntur, vt eorum mẽdacijs, delirijs, imò blaſphemijs plus fidei habeatur, quam Hieronymis, Ambroſijs, Auguſtinis, vniuerſiſque Græcis, ac Latinis Patribus, quorum bene actæ vitæ innocentiam laudauit, memoriam recolit, & doctrinam ſectatur ſacroſancta Eccleſia Dei, quæ nec

Senec. d. ira. 2.

Digitized by Google

falli nec fallere poteſt, quia ſpiritu veritatis docetur & dirigitur.

Hi inquam ô tempora! ô mores! Sanctiſſimum Chriſti Vicarium, Purpuratos Patres, Sacros Epiſcopos, Venerabiles Sacerdotes omnes falsò, impudenterque inſectantur: debet carere omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere, & duriores, quam in ſeipſos non ſunt arctioribus nos deuincunt legibus, vt ne homines quidem eſſe velint, ijſdem ſenſibus, ijſdem affectibus obnoxios quorum libidinibus ipſi vehementius trahuntur, & longe turpius aguntur, quapropter dum ſua, & maiora diſſimulant deterrima vitia, malaque facinora, aliorum minima exaggerãdo indigitant, virtutes autem prætereunt; Muſca ſi circum aliquod pannum ſerico, auroque contextum, floribus, violiſque varie depictum volitauerit, non ad hæc deſcendit, neque eorum pulcritudinem admirata immoratur, ſed ipſa contempta, ſtatim fertur olfactu ad extremam anguli partem, vbi vix puncti ad inſtar, labefactatum eſt, quo lapſa ſordem detegit, quam nemo animaduerterat, *Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt*: Imò vbi nullum eſt vitium, falsò comminiſcuntur, nihilominus obſcuri & ſordidi generis detractorum ſcommata, & conuicia pronis auribus accipiuntur.

Senec. 1. d. ira.

Epiſt. ad n pſeud. Euang.

At quinam fuerint, & quales modò hi ſint, qui Cenſorium iſtud in Eccleſia munus ſibi tam audacter arrogant, & temere vſurpant, quantumue in Eccleſiaſtica diſciplina profecerint, idem aperiat Eraſmus quem ipſi Sectarij plurimi nedum faciunt, ſed veluti Idolum venerantur: ipſe igitur de eis ſententiam proferat. *Vos ſtrenue clamatis in luxum Sacerdotum, in ambitionem Epiſcoporum, in*

Tyrannidem Romani Pontificis, in garrulitatem Sophiſtarum, in preces, ieiunia, & Miſſas; Nec iſta purgari vultis, ſed tolli, nec omnino quicquam in receptis placet, ſed zizaniam euellitis cum tritico, aut vt melius dicam, triticum euellitis pro Zizania. At quid interim nobis profertis melius, & Euangelio dignius, vt ab aſſuetis recedamus? Circumſpice populum iſtum Euangelicum, & obſerua num minus illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quam faciunt ij, quos deteſtamini. Profer mihi quem iſtud Euangelium ex comeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtēdam, qui facti ſunt ſe ipſis deteriores. Excuſſæ ſunt è Templis ſtatuæ, ſed quid refert, ſi nihilo ſecius in animo colantur idola vitiorum? Nec video quo conſilio quidam tanto ſtudio demoliti ſint imagines, niſi vt eſſet conſpirationis Symbolum. Interim obtenditur horrendum idolatriæ crimen. Sed quis nunc eſt tam lapis, vt putet lapidibus ac lignis ineſſe ſenſum? Et ſi qui tales ſint, quantulum erat negotij docere populum, imagines ad hoc tantum repertas, vt imperitis memoriam adiuuent? Excuſſæ ſunt preces ſolennes, ſed iam plurimi ſunt, qui nihil prorſus orant, quum frequens pluraque oratio ſit Sacrificium maxime proprium Chriſtianis. Abrogata eſt Miſſa, ſed quid illi ſucceſſit ſacratius? Non enim iam confero ritus cum [illegible]ibus, inductos cum relictis. Numquam illorum Eccleſias ſum ingreſſus, ſed aliquando vidi redeuntes à concione veluti malo ſpiritu afflatos, vultibus omnium iracundiam ac ferociam miram præſe ferentibus, neq; quiſquam erat omnium, qui mihi viris aliquot honeſtis comitato deferret honorem, quem exhibemus quibuslibet, præter vnum ſeniculum ſic opinor diſcedunt milites à concione ducis ad prælium, & ad θούριν ἀλκὴν exhortati. Quis vnquam vidit in illorum concionibus, quemquā pro peccatis ſuis

fundentem lachrymas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem? Iam quanta pars ibi conſumitur, in laceranda Sacerdotum vita, ac ſi verum narrant, frequenter in ijs ſermonibus, qui magis faciunt ad ſeditiones quam ad pietatem. Abrogata eſt confeßio, ſed interim ne Deo quidem confitentur plurimi; Abiectus eſt cum ieiunijs ciborum delectus, ſed interim gnauiter indulgetur crapulæ: Et ita quidam effugerunt Iudaiſmum, vt cæperint eſſe Epicurei: Protritæ ſunt cerimoniæ, ſed nihil acceßit ſpiritui, imo multum deceßit, meo quidem iudicio. Ceremonias quaſdam Iudaicas obſeruauit Paulus, ne Iudæos alienaret ab Euangelio, ſaltem hoc animo non erant omnes ceremoniæ reijciendæ. Neſciebant Apoſtoli præſcriptos ieiuniorum dies, verum: ſed vltro iniußique ieiunabant quotidie. Neſciebant ciborum diſcrimina, ſed ſponte vilißimis vtebantur, ſummamque in omnibus frugalitatem obtinebant. Nemini præſcribebatur leguminum eſus, ſed vltro leguminibus erant contenti, ſi res ita tuliſſet. Nulli interdicebatur vſus vini, ſed Timotheus volens tam viuebat abſtemius, vt Paulo monitore eſſet opus, qui præſcriberet modicum vini vſum ad fulciendam corpuſculi imbecillitatem. Paula mater Euſtochij, nec Hieronymi, nec Epiſcopi ſenis auctoritate perpelli potuit, vt anus, vel in morbo guſtaret vinum. Si libertatem Euangelicam amplectimur, ſic excutiamus legis iugum, vt charitas plus vltro præſtet, quam lex imperabat. Excuſſum eſt iugum humanarum conſtitutionum, ſed vbi ſunt qui ſubmiſerunt ceruicem ſuaui iugo Domini? Et interim conſtitutiones humanæ, conſtitutionibus humanis, imò parum humanis mutantur. Titulus modo mutatus eſt, vocatur enim verbum Dei; cæterum res adeo nihilo eſt mitior, vt complures boni viri præferant vltroneum exilium iſti magnificæ decantatæ libertati. Atque adeo proceres quidam, & Anteſignani iſtius factionis, quum nondum

Digitized by Google

ad Epiſcoporum dignitatem, opes, ac ditionem peruenerint, tamen eiuſmodi ſpecimen de ſe præbent, vt ego me malim in Epiſcoporum, quam in horum poteſtatem tradere, ſi detur optio: malimque Cæſaris potentiſſimi ferre iugum, quam quorundam magiſtratuum, Euangelicorum, quamuis humili ſorte. ſic excutiunt iugum hominum, qui veſtro Euangelio ſubmittunt ceruicem. Magis vereor ne plerique pro graui iugo hominum portent grauius iugum diaboli, excuſſa eſt obedientia Epiſcoporum, ſed ita, vt ne prophanis quidem magiſtratibus pareatur. Olim Chriſtiani ſub ethnicis principibus quiete viuebant, ſtudioſe cauentes, ne quam ſeditionis occaſionem darent, exhibentes honorem cui debebatur honor, vectigal cui vectigal, tributum cui tributum: hortabantur Chriſto initiatos, vt idolatris etiam magiſtratibus obtemperarent, pro illorum incolumitate quotidie Deum orabant; At iſte populus tam Euangelicus, etiam Turcarum Principi dicitur deteſtabilis, quem ait ſeditioni natum. Quos ſubinde tumultus excitat? quoties quam leuibus de cauſis procurrit ad arma? ne ſuis quidem Eccleſiaſtis ſatis obtemperans; niſi dicant blanda auribus profligandi etiam, ſi liberius in vitam illorum inuehantur, aut ab opinione diſſentiant. Initio tantum non Deus erat illis Lutherus, nunc iiſdem prorſus delirat, quod nouum de Euchariſtia dogma non recipiat. Nouam vero libertatem Euangelicam, impune facere, ſentireque quod cuique libitum eſt. Paulus iubet tradi ſatanæ eum, qui contra naturæ pudorem nouercam duxerat vxorem, hortaturq; diſcipulos, vt ſubtrahant ſeſe à conſuetudine fratris inordinate ambulantis. Cum his vero qui manifeſtis vitiis infames ſunt, ne menſam quidem vult haberi communem. Nunc circumſpice mihi ſodalitatem iſtam Euangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot aliis vitiis infames? Et hos quidam habent

Digitized by Google

etiam in delitijs, tantum abeſt vt vitent. Apoſtoli quo magis vacarent Euangelio, aut abſtinebant ab vxoribus quas ducere tum licebat, aut legitime ductas vertebant in ſorores. Nunc floret Euangelium, quod Sacerdotes, & Monachi contra leges certe humanas, contra profeßionem ſuam ducunt vxores. Condonetur hoc, circunſpice num caſtiora ſint eorum coniugia, quam aliorum quos ducunt pro ethnicis. Agnoſcis opinor, quas hic fabulas tibi poſſum referre ſi libeat. Neque enim neceſſe eſt vt notiſſima referam, quæ vel magiſtratus, vel plebes reclamante aut conniuente magiſtratu publicitus deſignauit. Profligatus eſt Monachiſmus, ſed vtinam cũ cuculla ſimul excuſſiſſent vitia, quæ huic hominũ generi dicunt eſſe peculiaria. Quid refert poſuiſſe cucullum, ſi manet obtrectandi morbus, ſi inuidentia, ſi impudentia, ſi philautia, ſi fucus & ſimulatio, ſi otium, ſi cibus alienus, ſi petacitas, & oberrandi libido, ſi rerum alienarum curioſitas, ſi vindictæ cupiditas, ſi animus ad iracundiam præceps? Mihi videtur nouum Monachorum exoriri genus, altero ſceleratius, de malis loquor Monachis. Nota mala, mala non ſunt, inquit ille; ſtultum eſt igitur mala mutare malis, dementis etiam mala mutare deterioribus. Atque interim dum neminem amant præter ſe ſe, dum nec Deo, nec Epiſcopis, nec principibus ac magiſtratibus obtemperant, dum mamonæ, gulæ, ventri & inguini ſeruiunt, poſtulant haberi pro Euangelicis, & Lutherum magiſtrum proferunt. At qua fronte Lutherum, &c.

ô vtinam Principes illi, quorum inter epulas pſeudo Epiſcopi, & iniquitatis Miniſtri huiuſmodi Scommata & dicteria in ſacroſanctam Pontificis Maieſtatem, Curiamque Romanam ſcurriliter ingerunt, hinc proprijs oculis aſpicerent quanta ſit illius Curiæ modeſtia, & pietas, vtque ſanctiſſimi Capitis ſui exemplo forma Chriſtia-

Chriſtiani Gregis ſit, hinc vero mores eorum, quos habent animarum Paſtores, æqua lance penſitarent, vt re ipſa diſcere poſſent quod, Nemo ſine crimine viuit. Optimus ille eſt qui minimis vrgetur.

At quid moribus cum doctrina? ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum opera eorum nolite facere, admonet Chriſtus. Quod ſi doctrina ex moribus diiudicanda ſit, ſententiam in ſe ipſos iam protulerunt. Math. cap. 23.

Quam verò dedeceat bonum & prudentem virum viliſſimis hiſce Impoſtoribus, ignauiſſimiſque Planis aures præbendo conniuere, dum exiſtimationem, & dignitatem alienam immaniter carpunt, & lacerant, non diſſero, ſatis enim ipſa Natura admonet, quæ ius idem, quod in nos ipſos ſtatuimus, in alios quoque ſtatuere præcipit, virtus vt honeſtis rebus propitia eſt, ita turpibus irata eſſe debet. *Remoue à te os prauum*, inquit Salomon, *& detrahentia labia procul ſint à te*, &c. Et ſi ſapientis eſt peccatis iraſci, & turpia exhorrere, magis grauioribus iraſci & turpiora vehementius execrari debet: quid autẽ fœdius, quid indecentius quam impuriſſimũ funeſtiſſimũq; omnium vitiorum mancipium ſacroſanctę Pontificis Maieſtati turpiſſimè detrahere? Balaã, & ſi ſceleſtiſſimus, populo tamen dira imprecari noluit, cui benedixerat Deus: Cenſorum verò poteſtatem, ab omnibus iudicijs, & accuſationibus, liberam eſſe Romani cenſuere, ne ij qui omnium iudicio ſapientiſſimi, ac integerrimi habiti fuiſſent, aut calumnijs obtrectatorum, aut ſordidorum hominum ſententijs opprimerentur; & iure Liu.l.35.

Digitized by Google

ſane optimo laudata eſt Conſtantini magnificentia, qui accuſatorios libellos à preſbyteris, & Epiſcopis ſe ipſos inuicem accuſantibus, propoſitos lacerari mandauit, cum diceret, iniquum videri, vt qui omnium Ciuium mores, ac famam iudicarent, aliorum ipſi ſententijs, ac iudicijs caderent; ab eodem Conſtantino quoque legem editam tradunt, qua Sacerdotibus longe plus honoris quàm Regibus deberi mandauit, in illis enim Chriſtus venerari qui vicem eius in terra gererent, non in illis, qui terræ imperant. Alexander Magnus vrbe Thebanorum ſubacta liberos omnes homines ſub haſtam captiuos redegit, Sacerdotibus dumtaxat exceptis, cuique igitur licebit impune ſacro ordini ſanctęque ſummi Sacerdotis Maieſtati, cui & Regia ineſt dignitas, & poteſtas, mendaciſſimè detrahere, *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari, qui vos tangit inquit Chriſtus, pupillam oculi mei tangit*, ſed quā bene de his, qui veluti canes ad latrandum & mordendum nati, vſum in Naturam vertunt ſcripſit Nicephorus. Καὶ τούτων μᾶλλον ἐθαύμασα, τοὺς ὁπόσοι ψευδεῖς κατὰ βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν βλασφημίας συρράπτειν καὶ ἀνασχύντως προφέρειν τολμῶσι. καὶ πάντων ἐθαύμασα μάλιστα, τοὺς ὅσοι γραφῇ παραπέμπεσθαι τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας αὐτῶν οὐκ ὀκνοῦσι. αἱ γὰρ ἀπὸ μόνης τῆς γλώττης προϊούσας χιδδείας, αὖραι λαβοῦσαι, ἐς αἰθέρος ἀβύσσοις διασκεδάζουσιν. αἱ δὲ γραφαῖς καὶ βίβλοις ἐντυπούμεναι, μονιμώτεροι καὶ τυραννικώτεροι κατὰ τῶν ὑβριζομένων τὸ κράτος ἐσχήκασι, τὴν ἡγεμονίαν τῆς γραφῆς λαμβανούσης, καὶ διὰ μακροῦ πομπευούσης τοῦ χρόνου. οὐκ οἶδα δ' ὁπότερον, οὐδ' ἔχω ῥαδίως ἐπιγινώσκειν οὗ χάριν ταῦτα ἐπείγονται δρᾶν, καὶ τίνος ἕνεκα κέρδους ἐς τοιούτους κρημνοὺς ἑαυτοὺς συνωθοῦσιν. εἶτα γὰρ ἰδιότητά τινα κακίας ἀποπιμπλάντες ἑαυτῶν ἐπι-

Marc. Marul. l.3 cap.5.

Aelian. d. var. hiſt. lib.13.

Lib.9. Hiſt. Rom in Concion Androni.

τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας χωροῦσι, κακῶς τοῦτο δρῶσι, καὶ λίαν αἰ-
σχρῶς κατὰ τῆς ἑαυτῶν, ὡς εἰπεῖν, κεφαλῆς. στήλην τε γὰρ τῆς σφῶν
κακίας τῷ χρόνῳ παρέχουσιν, ὅτι ἐξὸν ἐκ τοῦ λέγειν εὔφημα καὶ πρεσ-
βεύειν ἀλήθειαν, γνωρίζεσθαι τοῖς ἀκούουσιν· οἱ δ᾽ ἐκ τοῦ πλύνειν ἁμά-
ξαις ὕβρεων τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας, δημοσιεύειν εἵλοντο ἑαυτούς, πα-
ραπλησίως ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐξὸν ἠπειρώτης εἶναι, καὶ βίον ἐπικερδέστερον
καὶ ἀκίνδυνον ζῆν, ὁ δ᾽, ἐς ἀτλαντικοῦ πελάγους χειμῶνας καὶ κλύδωνας φέ-
ρων ἐμβέβληκεν ἑαυτόν. τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα τοῖς ἑξῆς εἰς μί-
μησιν προτιθέναι τὰ γράμματα, καὶ εἰκῇ καθιστᾶν ἑαυτοὺς αἰτίους τῆς
ἐκείνων ἀπωλείας, τοῦτο δὲ ποίων κρημνῶν οὐκ ἐπάξιον, δίδυμα καὶ τρι-
πλᾶ προτείνον τ᾽ ἀδικήματα. *Illos verò magis etiam ſum miratus, qui Imperatores ſimul, & Patriarchas falſis maledictis inceſſere, ac impudenter proſcindere audent. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt, qui tam falſa maledicta ſua mandare literis non dubitarunt. Nam conuicia, quæ lingua proferuntur, ſtatim aura diſſipat. Quæ verò ſcribuntur, & libris imprimuntur, diutius, & grauius eos, quos læſere iniuria, premunt, auctoritate à ſcriptura petita, & longo tempore ſe iactante. Ignoro autem vtrum, nec ſcio qua gratia hæc facere ſtudeant, aut cuius lucri ſpe in talia præcipitia incurrant. Nam ſiue vt ſingularem ſuam improbitatem expleant, adeò falſa maledicta congerunt, male faciunt, ac turpiter admodum, ſuoque (quod aiunt) capiti nocent. Nam improbitatis ſuæ monimentum produnt poſteris, quod cùm bene dicendo & celebranda veritate innoteſcere auditoribus licuiſſet, plauſtris conuiciorum in innocentes effundendis ſemet ipſos traducere publicè maluerunt: haud ſecus ac ſi is, cui liceret in terra continente beatè ſecureque viuere, in Athlantici maris tempeſtates ac fluctus vltro ſe conijceret. Scelerum porrò exempla ſcriptis ſuis proponere poſteris, & interitus eorum ſponte rerum fieri: id verò quæ præcipitia non meretur, cum dupli-*

Digitized by Google

cibus criminibus ſeſe obſtringant? At inſpice rogo, pie lector, & cogitatione intuitor, incertã multitudinem, diſcordẽ, ſeditioſam, impotentem in perniciem alienam, ſuamque pariter exultantem, poſtquam Sanctę obediẽtiæ iugum fregit, vti traditam à Deo poteſtatem ligandi, atque ſoluendi non metuens, Cruci nullum honorem habeat, Sanctorum cultum repudiet, ſacras imagines aduerſetur, Sacrificium Corporis Chriſti exhorreſcat, Miſſas refugiat, cælibatum, & Caſtitatem pro nihilo ducat, virtutes omnes eliminet, in cuncta dedecora ruat, Purgatorium ignoret, imaginarium Infernum ignem prædicet, donec ſuo periculo verum eſſe experiatur, Deum O. M. malorum omnium authorem ſibi effingat, imò nullum eſſe Deum operibus aſſerat: & boni, & æqui amans Iudex eſto.

Digitized by Google

CAPITIS X.

EXPVNCTIO.

NVLLVS hîc locus, expungendus, aut reſtituendus erit poſtquam Momus rapſodiam conuiciorum concinnauit, & ſatyram impudentiſſimam, hoc poſtremo capite, nullo auctore contexuit.

N. Primum itaque obicit, Papam libidine dominandi, in præceps abijſſe, & contra mores maiorum, contra leges, cóſtitutiones, condere exorſum, quibus Chriſtianos ligauit, vnde offendicula, & ſimultates inter æquè Chriſtianos.

MAgnam ſanè Romani Pontificis dominationem prædicas, ingens, & arduum potentiæ culmen eſt, idem, fateor, ſed Eccleſiæ, quæ terrenis Imperijs potior eſt, poteſtate ſibi à Deo tradita non prædatoria inuaſione vſurpata, neque vltra ſuos fines iniuſtè protracta: ditioni namque, cui Chriſtus vniuerſi Orbis fideles ſubiecit, & quoſcunque ligandi & ſoluendi auctoritatem contulit, nihil addi poteſt: non ergo dominan-

Digitized by Google

di libidine, ſed proprio iure, Pontifices Romani leges coactiuas, & pœnales condunt, prout neceſſitas exigit; mores non ſemper ijdem, temporum viciſſitudine mutantur, & quæ noua emergant, nouæ legis præſcripto indigent.

Nonne vos, qui in circuitu ſemper ambulatis, nunquam vobis ipſis conſtantes, ſanctiones veſtras quotidie editis, eaſdem abrogatis, abrogatas reuocatis; atque ad circunueniendam rudem plebeculam, noua in dies commenta excogitatis?

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Nullam tamen ex tot Pontificijs ſanctionibus, Maiorum moribus, aut diuinis pręceptis contrariam adferre poteris; Canonicum ius omne rimatione percurrito, literas Summorum Præſulum cunctas euoluito, concinnè ſibi vniuerſa congruere, & neminem niſi proprię ſalutis cauſa eis obligari comperies. Offendicula ex illis nemini pacta niſi ijs, quibus lapis ille angularis, electus, & precioſus, lapis offenſionis eſt.

Simultates inter ęquè Chriſtianos hinc obortas, adeò oculatus non ſum, vt inter fucos, & tenebras mendaciorum tuorum videam, ſed Pontifices conſtitutionibus ſuis paci, & incolumitati omnium fidelium conſulere, honorem & gloriam Dei ſpectare, Imperiorum, & Regnorum tranquillitatem, priuati otij, propriæ ilitatis incurioſi, intueri potius animaduerto, Sectarijs autem eadem ratione diſcordiæ, qua offendiculi cauſa ſunt.

Cur autem & eos, æquè ac nos, qui Catholici ſumus, Chriſtianos appellaueris, non ſatis percepi, quamuis

Digitized by Google

enim vno, eodemque baptiſmate omnes renaſcamur, atque Eccleſiæ aggregemur, Apoſtatæ tamen, perfugæ, & Hęretici non eodem pacto Chriſtiani poſſunt dici, poſtquam Chriſti non eſſe aperte profitentur, ideò non Chriſtiani, ſed hoc nomine repudiato, Lutherani, Zuingliani, Caluiniſtæ, Hugonotti, & Proteſtantes vocantur: vnde Hieronymus Dialog. contr. Luciferan. ad finem; *Si alicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, vt puta, Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campenſes, ſcito non Eccleſiam Chriſti ſed Antichriſti eſſe Synagogã*, &c. *ipſi enim ab Eccleſia ſponte ſe proijciunt*, inquit Ambroſ. ſerm. 50. *& de cœtu Sanctorũ nullo compellente euadunt recedendo à nobis, quia & ſi nobiſcum, ex nobis tamen non erant*. 1. Ioan. 2. *licet autem Eccleſiæ auctoritatem ſibi vindicent, dum extra Eccleſiam ſunt, ſimiæ ſunt*, ait Cyprian. epiſt. ad Iubaian. *& homines videri volunt*, erras igitur cum M. Antonio, cuius ore blaſphemas. *Nos qui apertioribus oculis obſeruaſſe dicit, doctrinã illarum Eccleſiarum, quas plurimas Roma ſibi excitat aduerſarius, & à nobis acriter reprehenduntur, à noſtris Theologis impugnantur, à vera primitiuæ Eccleſiæ doctrina, vel nihil, vel parum admodum aberrare, eaque non vt re vera hæretica ſint, aut falſa, ſed quia ſenſui, corruptiſque Romanæ Curiæ moribus, ipſiuſque humanis Conſilijs, & inuentis aduerſentur*, &c.

C. Bell. d. Eccl. milit. l. 3. c. 4.

In ſuo Conſilio profeſctionis

Verba impia, impijſſimo Hæretico digna: at quid hoc eſt, niſi Aſſertorem ſe exhibere earundem hæreſum quas vniuerſa Concilia ab ipſius Eccleſiæ ortu, ad hanc vſque diem, habita damnarunt? eadem enim à Luthero, Caluino cæteriſque Impietatis Magiſtris, è Cathedra peſtilentiæ renouantur, quæ iam cecidêre ni-

Digitized by Google

hil ergo vel parum admodum à verâ doctrina aberrant Anabaptiſtæ? Zuingliani, Huſcitæ, Lutherani, Puritani, Picarditæ, Genſij, Hugonotti, Enthuſiaſtici, Proteſtantes, cęteræque Sathanæ Synagogæ, quarum ſupra quingentæ octuaginta in hac veſtra Babylonia enumerantur? erraſſe ergo Concilia dicit, quæ nouam earum doctrinam falſam, & Hæreticam iudicarunt, cunctæ autem, præterquam in neganda Romani Pontificis poteſtate, in omnibus ab inuicem diſſident, quam igitur ex eis à primitiuæ Eccleſiæ ſenſu non diſcrepare oſtendet? vna eſt Eccleſia, in terra vnius labij, quæ ſemper idem docuit, & aſſeruit, qui vna dumtaxat in ea Cathedra, ſuper Petram fidei, vnius Petri fundata reperitur, à cuius doctrina nulla eſt ſecta, quæ non diſcrepet, in his, quæ noſtræ fidei præcipua ſunt; Vulpeculæ Sampſonis vos eſtis, quæ cauda tantum iungebantur, vix extrema hac parte cohęretis, vt omnes à Romanæ Eccleſię obedientia diſciſcatis: cæterum autem, tot ſententiæ, quot capita, vbi ergo vnitas illa ſpiritus, quæ vinculo pacis ſeruatur? cuius arcano teſtimonio corda veſtra obſignantur? quot igitur ſectæ, tot ſpiritus Dei, qui cuique diuerſa, & que ad inuicem repugnantia pro libita doceant Turris Babel diuerſitate linguarum confuſa, Bellua multorum capitum; quid mirum, ſi vbicunque nouum ſerpit veſtrum Euangelium, continuo diſſidiorum & ſeditionum flamma graſſatur, quæ ſanguine ingentis multitudinis vix ſedatur, dicat Germania, dicat Belgia, dicat Gallia, an à Pontificum legibus, vel à Lutheri, & Caluini nouitatibus, tot vſtiones, tot cædes, tot denique mala perpeſſæ ſint, quorum adhuc veſtigia manent.

N. Ma-

Digitized by Google

N. Matrimoniorum tam innumera excogitata obſtacula, affinitatis, publicæque honeſtatis, cognationis ſpiritualis, legalis, & conſanguinitatis, &c.

AT nonne has longe antè Lutherus, Melancton, Brentius, Chemitius, Caluinus, & Beza in nos iecêre calumnias? cur igitur pueriles eorum ratiocinationes, ab Illuſtriſſimo C. Bellarmino confutatas lib. p. d. matrim. non dicis? eiuſque reſponſa non refellis, ſi tantum tibi tribuis? Nonne eandem graduum prohibitionem, rationis inſtinctu, ipſa Natura perſuadet, atque lex honeſtatis omnibus præcipit, qui homines, & non bruta ſunt, in luxuriam proiecta, eamque nedum apud Hebræos viguiſſe in Leuitici cap. 18. legitur, vide C. Bellar. lib. 1. d. matrim. cap. 24. Verùm apud Romanos quoque, & arctius quidem ſeruatum teſtatur Plutarchus, quæſt. Rom. 6. q. *Antiquitùs enim ſanguine iunctas Romani non copulabant ſibi matrimonio, & ne nūc materteras, aut ſorores, ſero conceſſum fuit, vt ducere conſobrinas liceret, idque populari indulgentia, potius tolleratum fuiſſe, quam libere decernente Senatu.* idem Plutarchus ibi, *Vir quidam pecunia indigens, alias honeſtus, & gratiâ populari nemini inferior, conſobrinam habere putabatur, vxoris loco, ad quam hæreditate dos magna peruenerat, eaque ratione diues ipſe eſſe, cui cum eſſet eo nomine dies dicta, populus omiſſa cauſæ cognitione, eum abſoluit, decretoque facto, nuptias conſobrinarum permiſit publicè, coniugio autem ſuperiorum graduum interdixit.* Ius etiam Ciuile, quod naturali ratione dirigitur, idem ſtatuit, toto tit. ff. d. gradib. affinit. Ambroſ. epiſt. 66. ad Pater. neque ab eo diſſentit Ius Canonicum cap. ad Sedem 35. q. 5. diuerſa tamen graduum ſupputatione vtitur, in qua non per-

Digitized by Google

ſonarum conſiderat numerum, vt ius Ciuile, ſed diſtantiam graduum, ab ipſo ſtipite, quia cum perſonæ non coniungantur per lineam tranſuerſam, niſi ratione ſtipitis vndè originem ducunt, eodem gradu diſtare vel coniungi neceſſe eſt quo à ſtipite longe abſunt, vel ei propius accedunt c. quod dilectio, & c. fin. d. conſang. & affinit. vbi adnotant Canoniſtæ, atque hanc rationem egregiè tuetur Card. Bell. d. lib. 1. d. matrimon. cap. 26. Arctiſſimam verò olim de matrimonijs contrahendis fuiſſe Cenſuram, ex eo deprehendi poterit, quod vniuerſa Eccleſia commota fuerit, vbi Gregorium ad quartum gradum eam redegit, quæ ad ſeptimum vſque ſeruata hactenus fuerat C. Baron. tom. 8. anno. 604.

Idem quoque in cognatione ſpirituali non recens, ſed antiquiſſimum ius Eccleſia ſtatuit S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus meritò nuncupatus, anno. 734. Notholemum Epiſcopum Dorouenſem in Anglia, de hoc conſuluit C. Baro. tom. 9. eodem anno. Zacharias Papa in Synodo Romana eandem innouauit prohibitionem C. Baron. tomo. præd. ad eundem annum, legalis verò cognationis impedimenta addit Eccleſia, probauitque Tridentina Synodus ſeſſ. 24. quid igitur mãcipiorum Synagoga viliſſima redarguere audet? ſi rationem exigit à Theologis, & Canoniſtis addiſcet, ſi poteſtatem negat toto errat cœlo, conſulat C. Bellarm. lib. 1. de matrimon. cap. 21. 31. & 32. Matrimonium eſt contractus, verùm & Sacramẽtum à Deo inſtitutum, neque contractus à Sacramento apud Chriſtianos ſeiungi poteſt, plus igitur iuris in illud tribuit Imperatoribus, qui legibus ſuis ſimilia prohibuere, quam Eccleſiæ, & Sum-

Digitized by Google

mo Sacerdoti, cui vni, non Imperatori ampliſſimam Chriſtus dedit ligandi, & ſoluendi facultatem, impius es, reſipiſce.

Et quoniam eiuſdem eſt Imperij deuincire, & reſoluere, non Ciuilis Magiſtratus, non Imperatoris, aut cuiusvis Principis ſecularis, ſed Romani dumtaxat Pontificis erit, eadem ſubmouere impedimenta, & ſuper eis diſpenſare, quæ ius humanum ſtatuit, non quæ iure naturali ſunt interdicta, & quamuis Imperatores hac de re leges tulerint, eæ tamen vim nullam ex ſe habent, ſed à confirmatione Pontificis recipiunt, Theodoſius legem condidit, qua conſobrinarum vetuit coniugium l. 2. c. Theod. d. inceſt. nupt. Ambroſ. epiſt. 76. Aurel. Victor in Theod. filij ipſius contraria ſanctione, eam ſubrogarunt l. Celebrandis c. de nupt. & hanc noua conſtitutione, Iuſtinianus confirmauit §. duorum inſtitut. d. nupt. vtramque damnauit Gregorius Papa, ſtatuitque inter conſobrinos non eſſe licitum matrimonium, cap. quædam 35. q. 2. cuius decretum Imperialibus legibus prætulit vſus Card. Bellar. lib. d. matrim. cap. 32.

Neque reſpondeas Imperatores, & Principes inter conſobrinos diſpenſare olim conſueuiſſe, apud Caſſiodorum lib. 7. formul. 6. quoniam & alia per vim, & iniuriam vſurparunt, non enim ſat eſt aliquid geſtum adferre, vt in exemplum tranſeat, niſi legitime actum oſtendas, nam & Tyrannorum immanitatem, iniuſtitiam, cæteraque vitia, cuique imitari fas eſſet.

Hac verò diſpenſandi poteſtate ſemper vſos fuiſſe Romanos Pontifices, nemo eſt qui neget, Canones & Hiſtoriæ innumeris teſtantur exemplis, vetuſtiſſima

Digitized by Google

conſuetudo comprobat.

Quod ſi de hoc dubitas, ipſius Chriſti verbis non credis, quibus Claues Cœlorum, ac deuinciendi, & reſoluendi poteſtatem Petro, eiuſque in Eccleſia ſucceſſoribus contulit, At contra negantes principia diſceptandum non erit.

N. Cancellariæ regulas excogitarunt, vt beneficia cuncta Romam trahantur, &c. annatas etiam ab omnibus Eccleſiaſticis ſoluendas &c.

HInc pręfricta, ſcilicet hęretica fronte, durius furẽs, mẽdacia effutit, calumnias imponit, quæ rabiem inſani auctoris adeò apertam prę ſe ferunt, vt ſola earum immanitas fidem omnem ipſis adimat, quamobrem nec refellendæ, ne agnitæ videantur, ſed irridenda potius eſt Sectariorum proprietas carpendi, & lacerandi, qua veluti homo à brutis, ratione diſtinguitur, ipſi ab alijs hominibus ſecernuntur, generoſæ beſtiæ vrgere, & mordere non ſolent, ignobilium viliſſimarumque pertinacia eſt: pudeat igitur cum Cypriano epiſt. 73. ad Iubaian. *inſanias & ineptias hæreticorum noſſe.*

Romanum Pontificem in beneficia Eccleſiaſtica pleniſſimum ius habere, nemo dubitat, qui Chriſto vices ſuas Petro demandanti fidem habet, cum enim ipſum vniuerſæ Eccleſiæ Pręſulem ſummũ præfecerit, eidem quoque in ipſam Eccleſiam, eiuſque res, ſummam contuliſſe auctoritatem fateri cogimur, ſolus igitur Papa in beneficia Eccleſiaſtica iure proprio pleniſſimam habet poteſtatem c.2. d. præbend. in 6. Clem. 1. vt lite pend. Bald. in l. reſcripta C. d. precib. Imper. offeren. Cald. conſ. 12. d e reſcript.

Digitized by Google

Quamobrem ad aulam eius accedendum eſt his, qui beneficium ab illo conſequi deſiderant, quoniam gratiam rogant, neque tamen hoc ita ſimpliciter verum eſt, quin ordinarijs reſidentibus, alternatiua beneficiorum collatio non ſit conceſſa, patronorumque iura, ſiue fundatione, ſiue dotatione, aut conſtructione Eccleſiarum, vel ſacellorum adepta, cuique non ſeruentur, vt coram ſuis ordinarijs eligere, & pręſentare libere poſſint, quæ cum lippis, & tonſoribus pateant vides impoſturas.

Cancellariam verò, apud ſedem Apoſtolicam, citra omnem recordationem, ſemper extitiſſe conſtat, cap. ad hæc d. reſcript. cap. dura d. crim. falſit. cap. porrecta d. confirm. vtil. vel inutil. licet certis regulis, quæ notis non conſignatæ, ore tenus cõmunicabantur, primò per Præſidentem, deinde per Vicecancellarium regeretur: cuncta igitur mandatis, & formulis quibuſdam in ea gerebantur, quapropter cum nullus eſſet præſcriptus rerum ordo, veluti caſu negocia expediebantur, ipſæque regulæ fluxæ, & inconſtantes erant, hinc factum eſt, vt Ioannes Papa huius nominis XXII. primus omnium ſcriptis eas commendauerit, cæteri poſtea exactius abſoluerint, vide Polid. Virgil. d inuent. rerum lib. 8. cap. 11. & Gomeſ. ad Rubr. Regul. Cancell. q. 1. malo igitur more, rem bene actam redarguit, Præſtationum etiam, quas dicunt Annatas, iuſtiſſima pariter exactio eſt.

Sacerdotes Ægyptij diuites admodum erant, quorum ſinguli, vbi ſacris initiabantur, dimidiam redditeuũ partem ſummo Sacerdoti perſoluere tenebantur, Ferdinand. Cordubenſ. d. annat. in princ. Campeg. eod. tract. n. 3. & Pontifici Maximo apud Romanos cuncti

Digitized by Google

inferiores Sacerdotes, res ad victum, cultumque neceſſarias ſubminiſtrare conſueuiſſe, ſcribit Alex. lib. 2. genial. cap. 8. ſupremo Hebræorum Sacerdoti, ſingulis annis, Decimæ Decimarum debebantur.

Principes & milites publicis redditibus alendi ſunt, Pater compellit filium ad alimenta ſibi pręſtanda, Eccleſiarum ſtipendijs Clerici olim alebantur, ea de cauſa ſportulantes dicti, prout ex Cypriano animaduertit C. Baron. tom. 2. anno 257. quibus poſtea Eccleſiarum bona ad vtendum, earum morte ad Eccleſiam reuerſura, diſtributa ſunt, vnde beneficiorum origo, adnotat idem C. Baron. tom. 6. anno 502.

Cur igitur ſummo Sacerdoti, qui Eccleſiarum omnium gubernacula moderatur, animarumque noſtrarum curam gerit, & aduerſus nequiſſimos hoſtes pro nobis continuo excubat, & pugnat, cur & pientiſſimo Patri, qui filios verbis, & exemplis nutrit, & paſcit, decimas, & alimenta denegat impia Hæreticorum crudelitas?

Ad ſubſidium enim neceſſitatum ipſius Pontificis, egentiumque S. R. E. Cardinalium ſoluuntur Annatæ, Ferdinand. Corduben d. annat. Gomeſ. ad Regul. Cancell. d. exprim. valore in Imperator. benefic. iure igitur optimo ijs debentur, qui Eccleſiam regunt, boui trituranti os non eſt adligandum, quiſque ſtipendio militat, mercedem labor exigit, Eccleſiarum, & ſacellorum bona, quorum vſu fructu Clerici potiuntur, merito beneficia appellamus, quoniam à beneficentiſſimo Pontifice per beneficium, & gratiam conceduntur. Nō ergo licebit Donatori tenuiſſimam redditūum partem

Digitized by Google

ad proprium vſum aliquando retinere, & hac lege ipſa conferre, vt cum illo onere ſuſcipiantur; iniqua admodũ lex, & nimium iniuſta eſſet, quæ propria largienti, hãc facultatem adimeret, ingrati animi eſſet, beneficium pro beneficio libenter, & hilari animo non rependere.

Quamobrem annatas probauit Concilium Viennenſe, laudarunt S. Thom. 2. 2. q.88. art. 1. Ferdin. Cordubenſ. Campeſ. cæterique plures grauiſſimi ſcriptores, ſoli damnant Sectarij, quorum Anteſignanus impijſſimus eſt Carolus Molineus, qui non iuſtitiæ gratia, ſed odio Pontificum more conſueto mouentur.

N. Tandem vt nihil ſuperſit, quod cæca non rimetur furore percita inſania, ſacrum impetit ſupremæ pœnitentiæ Tribunal, & Pontifices grauiſſimorum ſibi reſeruantes peccatorum abſolutionem, carpit atque redarguit.

SEd quid mirum pœnitentiæ forum ab eis aſpernari, qui homines libero expoliantes arbitrio, Dei volũtate, in peccata neceſſe compelli blaſphemant? dirum ſanè auditu, ipſiſque Ethnicis intollerandum. Platonem audi de Republica dialog. *Modis omnibus pugnandum eſt, ne Deus, qui bonus eſt, dicatur eſſe malorum cauſa, nec qui iuſtis legibus victurus eſt, verba hæc dicat in ſua Ciuitate, nec alium loquentem audiat: eſt enim probitatis, & vitæ communis, & legum & Ciuitatum extrema corruptio.* Hinc Plutarchus aduerſus Stoicos: *Eos, qui Deum natura bonum, malorum cauſam ſtatuunt, contra cõmunes notitias loqui, & infinitis partibus eſſe tollerabilius, imbecillitatem Deo tribui, dicique multa, vi quadam, improbe fieri, contra eius naturam & voluntatem, quam nullam eſſe libidinem, nullum ſcelus, quod non Deo aucto-*

Luth. in aſſert. art. 36. & d. ſeru. arbit. Calu. inſtit. l. 1. c 17 & 18. l. 3. c. 2. §. 1. c 21. §. 4. & c. 22. §. 7 11. & in fin. & cap. 23.

ri imputandum ſit, &c. vndè ſicuti abyſſus abyſſum inuocat, peccatorum confeſſionem refugiunt, & exhorreſcunt, ipſorum enim, qui ſanctos ſe dicunt, quamuis capitalia, & enormia peccata, venialia tamen ſunt, quia Dei miſericordiam ſuo iure conſequuntur, vndè cum eis peccata non imputentur, ea confiteri non tenentur, ob impiam, ſed ridiculam arrogantiam.

Calu. inſt. l. 2. c. 8. §. 59. & l. 3. c. 4. §. 28.

Idipſum autem pœnitentiæ Tribunal, in primitiua Eccleſia antiquiſſimum eſſe, cui plures integerrimi, eruditiſſimique viri præfici conſueuerûnt, Caſſiodorus, Sozomenus & Socrates teſtantur, adnotat & refert Gomeſ. ad Rubr. Regul. Cancell. q. 1.

Grauiores verò & atrociores caſus, ne Epiſcopi abſoluerent, ſed primæ Sedis Antiſtiti deferrent antiquiſſimo Eccleſiæ more ſeruatum eſſe, diſertis probat verbis, epiſtola 59. Syneſij Epiſcopi Tholomaidæ, data ad Theophilum Alexãdriæ Epiſcopum, anno. 410. vbi de Lamponiano, ob illatas in Iaſonem iniurias ab Eccleſia eierato, inquit, *Quamquam & lacrymas ex pœnitentia effuderit, & populus ſupplex illum excuſarit, at ego in his quæ iſa ſunt perſeueraui, ſoluendi verò poteſtatem ad ſacram ſedem, tantùm igitur mihi ipſi permiſi, ſi appropinquaret Lamponiano debitum fatale, ipſe vitæ exitus, vti tunc ſane dies conſtituta adeſſe videretur, omnibus permiſi affuturis tum preſbyteris, vt cum ipſo cõmunionem participarent, nemo enim ligatus mihi moriatur, verum ſanitati reſtitutus, rurſus ob eadem reus fiat, & à diuina, ac benigna anima tua veniæ aſſenſum expectet*, &c.

Apud C. Baron. tom. 6. eod. anno.

Indignum igitur ſanè, ſummi vniuerſæ Eccleſiæ Pręſulis iura, longiſſima, & vltra memoriam, annorum ſerie firmata, cõmuni aſſenſu probata, & vſu præſcripta

à paucis

Digitized by Google

à paucis ſordidiſſimis, ac facinoroſiſſimis transfugis in controuerſiam vocari, ac de eis probationem exigi quaſi noua & vſurpata eſſent iura, quandoquidē diuturna præſcriptio, quemque è plebe viliſſimum, imo prædones ipſos in ſua poſſeſſione tueatur. Quod veluti ægrè ferens, Eraſmus ipſe inquit, *Caterum quod ludens ais, ab his qui aſſerunt exigi probationem, non ab his, qui negant, & rurſus adfers è Sophiſtarum aut iuriſperitorum Scholis prouerbium, Negatiua nihil probat; Primum reſpondeo, legem iſtam Sophiſticam in decretis Eccleſiæ nullum habere locum, niſi forte non compelleretur ab probationem, qui negaret Chriſtum natum ex Maria Virgine, aut negaret matrem eius fuiſſe perpetuo Virginem. Ad hæc tu non ſolum negas receptum dogma, ſed aſſeris tuum. Perinde quaſi quis ingreſſus fundum alienum, vi deiiciat eum, qui à tritauo poſſedit, ſic negans eſſe illius, vt aſſerat eſſe ſuum: an ab hoc non exigetur probatio? Imo iura fauebunt poſſeſſori titulo præſcriptionis, etiam ſi quid defecerit in probatione. Si præſcriptio quinquaginta annorum repellit vindicatorem, & conſtabilit ius poſſeſſoris: nos plus quam mille annis tenemus hoc dogma. Repellendus igitur eras etiam ſi tantùm negares noſtrum dogma; nunc tuum nouum ſic aſſeris, vt velis nos à tam vetuſta poſſeſſione depellere. Et quando videò te verſari in rethoricis, opinor te ſcire, in Anticategorijs, quoniā intentio coniecturalis à reo retorquetur in actorem, ab vtroque pariter requiri probationem, qualis eſt illa controuerſia inter cæcum, & nouercam, Occidiſti patrem, Non ego, ſed tu. Hic fit vterque reus ſimul, & actor, & ab vtroque Iudex expectat probationem. Itidem vos dicitis. Meum dogma pium eſt; veſtrum autem hæreticum. Nos totidem verbis regerimus intentionem. Vides quam ineptè tibi arriſerit prouerbium illud, Negatiua nihil probat. Denique ſic*

loqueris, &c.

N. Hinc concludit: à Papæ obedientia diſceſſere Anglia, Boëmia, Morauia, &c. Dania, Noruegia, Irlandia, Scotia, Magna pars Poloniæ, maxima Germaniæ & Franciæ, itemque Belgiæ, & Geneua Italiæ propinquior.

AT quam falsò, & temere hæc obiiciat nullo ſanè negocio demonſtrabo.

Nulla profectò ex his Prouincia eſt, in qua bona Catholicorum pars non ſit, qui auitum Romanæ Eccleſiæ cultum palam non exerceant, ijs exceptis, quæ Britaniæ Regis ditioni ſubiacent, ex quibus tamen ſi Angliæ dimidium, Scotiæ partem haud modicam, Iberniam verò totam Catholicam profiteri Religionem dixeris, à veritate non aberrabis. Quamuis immanius quam olim Chriſtiani ab Idololatris exagitentur, carceri mancipentur, & vno dumtaxat inſtigatore deferente, quod vel ſacris intereſſe cogitarint proprijs expolientur bonis, torqueantur, crucientur, dilanientur. Noua autem confœderati Belgij Reſpublica, quamuis omnium hæreſum Aſilum ſit, innumeros etiam Catholicos ſimul complectitur, Poloniæ, & Germaniæ Catholicorum longe maiorem eſſe numerum non dubito, in Gallia ſi immenſam illius Regni multitudinem numerabis, Catholicos centum pro ſingulo hæretico, certè reperies: ſed cogitatione totum Orientem percurrito, & vbique Catholicorum ingentem videbis plebem, ne te ad noui Orbis Regiones vaſtiſſimas longius protraham,

Epiſt. 55. *Et tamen reſpondet Cyprianus ad decipiendas aures ſimplicium & abſentium mendacio numerus inflatur, quaſi & ſi verus eſſet*

Digitized by Google

hic numerus, aut ab hæreticis Eccleſia, aut ab iniuſtis iuſtitia vincatur, Catholica dicitur, & eſt Romana Eccleſia, per vniuerſum Orbem, vnitate fidei, late diffuſa. At ſectariorum Synagoga, cancellis arctiſſimis concluſa, Gallia, Holandia, cæteræque Rebellantes Prouinciæ Puritanorum nomine cenſentur, Germani in Lutheri verba iurarunt, Bohemi Vſcitæ & Anabaptiſtæ dicuntur, Angli Proteſtantes, qui ne ab antiqua, & vera Religione deſciuiſſe videantur, ſimiæ Catholicorum ſunt, omnes tamē Religione diſſident, neque tamen vnitas inter eos reperitur, quorum maxima pars Puritani ſunt, ab ipſis Proteſtantibus omnino diſcrepantes.

Geneua ſi Italiæ proxima, certè in Italia non eſt, eaque corruptos noſtri corporis, pauciſſimos tamen Deo fauente, veluti ſentina excipiet humores. Vitia erunt donec homines, &c.

Ex Typographia FRANCISCI IACQVIN, in viâ Latomorum propè Sorbonam.
1618.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTATV
DIGNIORVM QVÆ IN HOC LIBRO
CONTINENTVR.

A

ABBAS Romanus. 87.
Actus & Principatus & munera ex finibus diſtinguntur. 323.
Adami Monarchia, & imperium. 31.
Adrianus I. quale pactum cum Carolo M. inierit. 280.
Adrianus III. quid ad Senatum populumque retulerit 281. quod ius Carolo M. conceſſerit. 286. & ſeq.
Adulari hæreticorum proprium 15. adulando decipiunt. 16.
Adulationis effectus. 19.
Ægyptiorum iudices ijdem qui Sacerdotes. 164.
Africanij ad Romanum Pontificem appellabant. 239. & ſeq.
Agamemnon Paſtor ab Homero appellatus. 223.
Agatho confirmauit Synodum 3. Conſtantinop. 231. & ſeq.
Agnorum nomine deſignantur Chriſti diſcipuli. 69.
Albertus Archiepiſc. Mogunt. 312.
Alexander & Octauianus ſimul Pontifices electi & à quibus 198. & ſeq. ille legitimus agnitus, hic verò tanquam inuaſor damnatus. 207.
Alexādrina Eccleſia Patriarchalium omnium prima. 226. 253.
Alexandri Seueri pietas & religio. 335.
Alexander Magnus quantum Sacerdotibus detulerit. 386.
Anacletus Lini ſucceſſor. 96. 110.
Anacleti II. ſanctiones. 111.
Anathematis ſententia ſemper pertimeſcenda. 308. duplici implicat vinculo. ibid.
Anatolius Primatum ſibi arrogauit ſupra cæteros Patriarchas 226. & ſeq. eius ſuperbia d.nata eſt à Cōcilio Chalc. 254.
Angli quingentis articulis à nobis diſſident 16. neque in temporali neque in Eccleſiaſtica Monarchia ſexum diſcernunt 172. quæ apud illos gubernationis forma. 377. Proteſtantes dicuntur 403. ſunt Simiæ Catholicorum ibid. omnes religione diſſident ibid.
Angliæ Rex apoſtatarum patronus ab hæreticis efficitur. 13.
Anima humana regimine alicuius indiget. 95.
Anima omnis poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubiecta eſt. 164.
Annatæ ſeu præſtationes. 397. cur ſoluantur. 398. quibus debeantur. ib.
Anthemius & Photius Conſtantinopolitani ſede expulſi & à Summis Pontificibus reſtituti. 38.
Antiochi arrogantia & exitium. 277.
Antiochenum Concilium. 77.
Antiſtites omnes sūt legati ipſius Chriſti 110. à Rom. Pontifice duplicem

poteſtatem accipiunt. ib.
Apis & hæretici antitheſis. 28.
Apoſtatæ cuiuſdam impietas & blaſphemia. 7.
Apoſtatæ & hæretici Chriſtianos ſe non profitentur. 391.
Apoſtoli æqualem cum Petro poteſtatem à Chriſto acceperunt & cur 35. Petro ſunt à Chriſto ſubiecti ad vnitatem ſeruandam ibid. & ſeq. illorum miſſio mera fuit delegatio. 36. Ouium nomine ſignificantur ibid. & 69. à Chriſto Sacerdotes tantùm, à Petro autem Epiſcopi conſecrati ſunt quando & cur ibid. & 77. illorū iuriſdictio ad ſucceſſores nō tranſit, ſed ad Summum Pontificem 37. 86. longè differt à ſumma Petri poteſtate 66. illorum firmitas in Petro fundata 41. 58. clauiū poteſtatem vt delegati ſunt aſſecuti 47. in vno Petro omnes continebantur 56. 78. ab eo vt à capite membra pendebant 57. omnes tentati ſunt à Diabolo ibid. Petri ditioni ſubiecti ſunt 69. in Grege Chriſti comprehenduntur 69. illorum poteſtas non ordinaria ſed delegata fuit 86. Chriſti Vicario ſolium poſuerunt in vrbe Imperij capite 125. cur Synodos habere cœperint 245. abſtinebant ab vxoribus. 384.
Apoſtolatus munus præcipuum quod 40.
Apoſtolatus munus à Primatu differt 46.
Apoſtolicus canon quid vetat. 127.
Apoſtolicæ Sedis prærogatiua quæ 217. à Chriſto non aliunde Primatū habet 218. iura Principum tuetur & auget. 333
Appellatio quo procedat ordine. 159.
Araneæ, fuco, veſpæ comparatur hæreticus & cur. 28. 29.
Arelatenſes Synodi quot 138. quando habitæ, quid actum, qui interfuerint ib. & ſeq.
Argumentum ab exemplis quando congruat. 162.
Arrianæ blaſphemiæ confutatio. 44.
Arrogantia hæreticorum qualis. 25.
Aſſentator regiæ Maieſtati detrahit. 16.
Aſſentatores quibus inſidientur. 139.
Aſſentatores in Aula. 276.
Athanaſius ab Euſebianis ſede propria eiectus 135. & ſeq. à Iulio Papa defenſus & reſtitutus ib. & 150.
Atheopolitici qui 162. eorum inſcitia & impudentia ibid. & 164. hæreticis nequiores. 282.
Attila cognomento flagellum Dei 4. à Leone Pontifice territus, & ab Italia fugatus ibid.
Auentinus Teutonicorum Antesignanus. 363.
Auguſtinus omnium hæreticorum malleus dicitur. 53.
Auguſtus reformidabat poteſtatē ſummi Pontificis 171. quid ſucceſſores edocuit ibid.
Aulicorum priuilegium. 164.
Aula Pontificum non eſt aſilum Sicophantarum. 174.
Auraicus Princeps. 377.
Aurelianenſes Synodi quot, quando habitæ, & qui illis interfuerint. 134.
Auſtriacæ familiæ pietas. 334.
Authoritas Rom. Pontif. & Eccleſiæ quantam vim habet. 142.
Authoritas ſumma in rebus tam ciuilibus quàm ſpiritualibus neceſſaria 95. & ſeq.
Authoritas Pontificia in quo potiſſimum conſiſtat. 111.

B

BArberinus illuſtriſſimus Cardinalis. 124.
Baſilienſe Concilium principio legiti-

mum, poſtea conciliabulum fuit & cur 259. cur Eugenium deponere non potuit. ib.
Bauari flagitia 363. eius interitus qualis ibid.
Belgij confœderati Reſpublica, omnium hæreſum aſilum 402. Innumeros habet Catholicos. ib.
Beneficiorum origo quæ 398. quid ſint idid.
Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatio 396. 397.
Bennonis Pontificatus & pœnitētia qualis. 281.
Beza & Paræus poteſtatem è ſolio detrudendi ſuos Principes, ſubditis tradunt 337.
Bohemi. 403.
S. Bonifacius qua de re Notholemum Epiſcop. Dorouenſem cōſuluerit 394.
Britanniæ inteſtina diſſidia. 338.
Bruta Monarchiæ formam ſeruant 32. & ſeq.
Bullæ quid. 111. 174.

C

CAlliſtus Pontif. otioſus non latitauit 112. eius ſollicitudo & pia facinorā. ib.
Caluini blaſphemia. 17.
Caluini refutatio circa vtrumque imperium Moyſis. 50.
Caluinus authoritatem omnem Regibus adimit. 336.
Caluinus culpam ſuam in Deum reijciebat 366. eſt alter Balaam. ibid.
Caluiniſtæ & Lutherani diſtinctionem inter Clerū & Populum ſuſtulerunt. 323.
Calumniandi vitium. 368.
Cancellaria apud Sedem Apoſtolicam ſemper extitit. 397.
Canones & decreta quid 27. vndè conſtent ibid. non poſſunt eſſe falſitates & quare. ibid.
Canones nomine Papæ non promulgantur. 45.
Canonici iuris prudentia merito mare appellatur & cur 26. quibus abſcondita. ibid.
Canones 50. ab Apoſtolis præſcripti ſintne inter diuinas ſcripturas recepti 141.
Caput vnum Eccleſiæ conſtitutum à Chriſto 70. viſibile eſt ibid. & 89. eo ſublato corpus Eccleſiæ non diſſoluitur, ſed aliud caput ſuccedit. 70.
Capitis prærogatiua, ſitus & functio. 31. 55. 90. omnium membrorum reſpectu caput dicitur. 90.
Capitis vnitas omnia mēbra deſignat. 53.
Carolus Magnus Occidentis Imperium à Leone III. accepit 210. ille & eius ſucceſſores à Pontificibus Romanis Corona donati ſunt. ibid.
Carolus IV. Imp. quantam Romanæ Eccleſiæ obedientiam præſtiterit. 212.
Carolus M. Romanam Eccleſiam quomodo appellauerit. 334.
Caroli Imp. conſtitutio quæ. 298.
Carolus Martellus. 349.
Caſauboni argumētationes refutantur. 124.
Cathedra vna à Chriſto conſtituta 42. vnitatem denotat ibid. & 53. 63.
Cathedra S. Petri Romæ erecta. 85. 96.
Catholicorum Maximus vbicunque numerus. 401. & ſeq.
Cenſuræ munus omnium ſacratiſſimum 245. in Eccleſia conſtitutum ib.
Cenſorum poteſtas qualis apud Romanos. 385.
Cerbero immaniorēs ſunt hæretici. 2.
Chriſtus habuit peculiarem Petri curam & cur 41. 58.
Chriſtus orat Patrē pro Apoſtolis quando & cur. 42.
Chriſtus Monarchiæ Eccleſiaſticæ & ſpiritualis author. 95. 96.

Digitized by Google

Chriſtus rogans pro fide ſolius Petri, quid ſignificauerit 57. eſt inuiſibile Eccleſiæ caput. 69.
Chriſtus non exemit Imperatores, & Reges ab authoritate Summi Pontificis. 322.
Chriſtus cur Petro veritatis oraculum ſuggeſſerit. 266.
Chriſtus inſtituit dominatum vnius non plurium. 328.
Chriſti verba reuincunt errorem Caluini & Lutheri. 323.
Chriſtus eius Vicario obedientiam præſtari vult 326. vniuerſos fideles Romano Pontifici ſubiecit. 389
Clauium poteſtas Petro & Apoſtolis tradita duplex. 35.
Claues Scientiæ Paulo, iuriſdictionis Petro traditæ. 48.
Clauium traditio dominii trāſlationem ſignificat 51. Monarchiæ Symbolum gerunt 95. earum quando & cur nulla facta mentio. ibid. cum Pontificatu connexæ. 96.
Claues Petro ſpecialiter à Chriſto promiſſæ & collatæ. 51. 54. 56. 61. 64.
Claues à facinoroſis etiam recipiuntur cum ſacramento ordinis 53. ſemel receptæ numquam amittuntur. ib.
Clemens à Petro ſucceſſor deſignatus Pontificatum recuſat & cur 110. ſua ſemper authoritate vſus eſt. 111.
Clerus Romanus Synodum conuocauit quando & cur. 123. 145.
Clericalis ordo à Principum iuriſdictione eximitur. 164.
Clericorum immunitas à Deo orta & ſtatuta 168. Imperatoribus non eſt tribuenda ibid. à Conſtantino Magno primum aucta eſt, & à Cōſtantio prouecta. ibid.
Cleri & pop. Rom. reſponſio ad Carolum Magnum. 204.
Clerici Eccleſiarum ſtipendijs olim alebantur. 398.
Conciliorum ſpecies quatuor & quæ 119.
Conciliū generale & vniuerſale quid ib. quid in eo agitur 120. à ſolo Summo Pontifice conuocari, & roborari poteſt ib. & 104. 128. 129. 130. 131. 132. 143. 160. abſolutum, legitimum & validum quando dicatur. 129. 130.
Concilium conuocare ad iuriſdictionem refertur. 121.
Concilium Nicenum quo iure canonem Apoſtolicum innouauerit 121. à Conſtantino indictum, Silueſtri Papæ ſententia. 127. huic præſidebat Oſius vice ſummi Pontificis. ib.
Concilia prouincialia eandem habent poteſtatem 159. ab vno ad aliud Epiſcopus appellare non poteſt. ib.
Concilia quæ vera & legitima, quæ non 104. 129. 219. 258.
Concilium non irritat ſententiam Papæ 258. nullam in eum habet poteſtatem ib.
Concordiæ fructus & vtilitas quæ 267.
Conſcientiæ carnifex vrget hæreticos 13.
Conſtantinopolitanum Concilium examinatur. 226. & ſeq.
Conſtātinus Eccleſię libertatem non tribuit, ſed Tyrannidis impedimentum ſummouit 125. Nycenum Concilium conuocauit & qua authoritate 130. illi c nō præſedit ib. Eccleſiaſticam immunitatem auxit 169. liberam eſſe ſtatuit Pontificis electionem 178. eius donatio Senatus & pop. Romani cōſilio & aſſēſu facta eſt 188. cur munera ampliſſima Eccleſiæ Romanæ contulerit. 190.
Conſtantini Magni ſententia 334. eius magnificentia laudata & cur 385. lex ab eo tradita. ibid.
Conſtantinorum facta. 279.
Conſtantius pſeudo-ſynodum conuocauit & cur 135. illius faſtus & temeritas 139. &

139. & ſeq. furor in Athanaſium ibid. Clericos à vectigalibus exemit ibid.
Conuitia hæreticorum in Doctores & patres Catholicos. 25.
Conſuetudo in Concilijs ſeruata. 45.
Contractus à principio liberæ voluntatis, poſt actum, neceſſitatis ſunt. 188.
Corpus humanum corrumpitur & cur. 6. huius cum myſtico Eccleſiæ corpore comparatio. ibid.
Corpus ſine capite ſtare nequit 70. habens capita multa monſtrum eſt ibid. & 90.
Corpus vniuerſum Eccleſiæ, ex Eccleſijs particularibus conſtat. 90.
Crudelitas in quo conſiſtat. 331.
Curiæ Romanæ modeſtia & pietas. 384.

D

Demetrius Rex Croatiæ à Gregorio VIII. inſtitutus. 353.
Deſiderius Longobardorum Rex ab Adriano Papa territus. 345.
Deum ipſum blaſphemant hæretici, & Summum Pontificem lacerare conãtur. 2. 100. ſe ipſos diſcerpunt ibidem. à Deò ipſo deficiunt qui Romanam Eccleſiam deſerunt. 5.
Deus Agricolæ comparatur, & cur 7.
Deus quos tutores dederit Principibus 338.
Deus mandauit omnes parere poteſtatibus ſublimioribus. 164.
Deus non eſt cauſa malorum ex Platone & Plutarcho. 399.
Deo dicata non ſunt ad vſus humanos transferenda. 163.
Deum & fidem ſibi cudunt hæretici, ex Luthero. 25.
Diabolus in Idololatriæ locum hæreſim ſuffecit. 365.
Diœceſis Rom. Põtificis non eſt definita, Epiſcoporum limitata eſt 37. 66. 90. 118.
Diſcordia res maxime dilabuntur. 267.
Diſſidiorum inter homines, vitiorumque origo quæ. 95.
Diſplicere non poteſt quod ſemel placuit. 188.
Dominatio quæ ſæuior. 377.
Domus fidelium quomodo ædificata 6. cloacas habet. ibid.
Dona Chriſti à Petro in Apoſtolos deriuantur. 57.
Donatoris ius. 398.
Donationes Imperatorum in Romanam Eccleſiam. 4. 190.
Donatiſtarum blaſphemia à Luthero & Caluino innouatur. 309.
Druidarum authoritas. 330.

E

Eccleſiæ principiũ grano ſinapi comparatur 3. illius ortus & incremẽtum à ſolo Deo ibid. Eccleſiæ campus impijs hæreticis impinguatur. 7.
Eccleſia Dei regimine indiget & quali 33 70. viſibilis eſt, & Capiti viſibili à Chriſto cõmiſſa 34. 35. 67. 214. in Petro fundata 4. ſoli, fonti, & radici comparatur, & cur 53. tunicæ Chriſti ſimilis 63. 96. viuis conſtructa ex lapidibus 67. 265. eius Monarchia à Chriſtò inſtituta eſt, ac in Petri ſucceſſoribus perduratura 71. 103. vbi inſtituta 88. eſt cœtus fidelium, non iuſtorum 89. particularis diuerſo reſpectu & caput & membrum dicitur ib. & 90. ſuper Petrum fundata 95. in quo ab initio conſtituta fuerit ib. Monarchica eſt. 97. eius immunitas qualis 166. & ſeq. corpori comparatur 215. quomodo diſpoſita ib. eius vnitas 216. Chriſto ſuã originem, Petro initia refert 216. 217. rudimenta, progreſſum & ſummam habet 370. eius antiqua conſuetudo cum recenti confertur ib. & ſeq.

Digitized by Google

vnitate conſtat 373. regno comparatur & quali 266. terrenis Imperijs potior 389. vna eſt & vnius labij 392. falli nec fallere poteſt 380. ad inſtar Reip. & Regni ſe habet 321. vſus & poteſtas 324. de occultis non iudicat 308
Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum Princeps & caput 109. à Chriſto Primatum obtinuit 214. & ſeq. 221. & ſeq. ſuam præfecturam Concilio Conſtantinopol. acceptam minime refert 215. & ſeq. eius Primatus Canone Nyceno confirmatur 228. immobilis ſemper futura eſt 366. Catholica dicitur 403. quantum honorem Principum Maieſtati deferat 339. eius prærogatiua 151. caput & Princeps cæterarum à Græcis & Latinis approbata 256.
Eccleſiarum ditiones non ſunt confundendæ. 237.
Eduardi I. obedientia Rom. Pontifici præſtita. 335.
Elimas à Paulo plexus. 324.
Electio à confirmatione quomodo differat. 298.
Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſunt ſuffecti 37. 66. 345. ordine & dignitate illis æquales, poteſtate non item & cur ibid. immediatè nõ ſuccedunt Apoſtolis ibid. ſuam à Romano Pontifice poteſtatem habent ibid. illorum iuriſdictio Diæceſum ſuarum limitibus circumſcribitur ibid. 66. 90. 226. membris, ramis, riuulis, & radijs comparantur & quo reſpectu 38. 237. eorum conſecrandorum forma ex Anacleto 46. Ius paſcendi à Chriſto in Petro receperũt 60. immediatè à Deo nõ habent, ſed à Petro 61. electio particularis à Summo Pontifice pendet 65. quorum ſucceſſores dici debeant 85. quo ſenſu capita dici poſſint 89. ſummis Pontificibus ſubiacent 117. diæceſibus ſuis à Papa præficiuntur 121. Concilia habere quomodo poſſint ib. Orientales, Ægyptij, Aſiatici & alij ad Summos Pontifices confugerunt, ſcripſerunt, & ijdem ſe ſubiecere 147. & ſeq. vſque ad 155. ad vnum Rom. Pontificem poſſunt prouocare 160. 235. 238. Aphricani ſemper ad Pontificem appellarunt 236. iuriſdictionem ſuarum diæceſum à Papa accipiunt 237. regibus præferendi 346. illorum creatio 370. quo iure ſuccedant Apoſtolis 66. eorum authoritas magna & cur. 345.
Epiſcopatus vna & eadem dignitas & poteſtas. 117.
Epiſcopatus ordo qualis. 60. 65.
Epiſcopalis dignitas vnde repetenda 217
Epiſcoporum Ægyptiorum literæ ad Liberium Papam. 153.
Epiſtolarum ad Summos Pontifices tituli qui. 83.
Eraſmus quanti à Sectarijs fiat 380. in illos inuehit ib. & ſeq. & 369. & ſeq.
Eua cur non è terra ſed ex Adamo eruta. 31.
Eunicus Nauarræ Rex à Pontifice Romano vnctus. 353.
Excommunicatio quando valida. 308
in Exemplum quæ tranſire debeant. 395

F

FAbianus an Concilium habuerit 122 128.
Fabula papiſſæ retorquetur in ipſos hæreticos. 71. 72.
Facinora ſunt tormenta 13. conſcientiam flagellant. 15.
Factum vnius alteri obeſſe non debet. 82
Fides alia à Catholica non eſt fides. 11.
Fideles omnes Romani Pontificis imperio ſubiacent. 106. 325.
Finis ciuilis poteſtatis quis 321. rationem

Digitized by Google

medij habet. ib.
Fœlicitas animos aliquando corrũpit.139
Fœlicitas ſpirituali & ciuili poteſtate procuratur. 320.
Friderici in Eccleſiam Romanam odium vndè ortum 197. Conuentum Papiæ habendum cur indixerit ibid. & ſeq. noluit eſſe iudex Pontificum 200 ad Sanctiſſimos Chriſti vicarij pedes occumbit. 208
Friderici edictum de remiſſione Inueſtituræ. 319.

G

Gallia non fert monſtra. 22.
Geneua cloaca eſt & cur 6. Italiæ ſentina. 403
Germania Imperiali Throno decorata à Summo Pontifice 212. 213. cæteras prouincias cur antecellat. ib. cur tam ſit diuiſa. 338.
Germani Occidentale Imperium à Romano Pontifice habent. 212. 175
Gerſonis ſententia de Primatu Summi Sacerdotis. 74
Goldaſti odium in Rom. Pontificem 286. eius conuitia & mendacia in C. Baronium 286. & ſeq.
Græci cur à Barbaris ſubacti. 213
Gregorius vniuerſalis Epiſcopi nomen recuſauit & cur 81. talem tamen ſe profitetur ibid. primatum in vniuerſam Eccleſiam non recuſauit. 82.
Gregorij Papæ ſtatutum de matrimonio 395.
Gregorius VI. Pont. ſponte Pontificiam dignitatem abdicauit & cur. 205
Gubernationis & regiminis forma triplex 33. quæ potiſſimum Eccleſiæ conueniat: ibid. & ſeq.

H

Hæreſis eſt maximus animorum morbus. 26. eſt rabies 368. idololatriæ ſucceſſit. 365. Regna & monarchias dilacerat. 338. & ſeq.
Hęreſes omnes ſunt ſorores, moribus tamen diſſitæ 373. in Eccleſiaſticæ monarchiæ ruinam ſimul conſpirant ib. non poſſunt eſſe ſine ſcripturis ex Tertull. 16
Hæreſum cauſa ex D. Cyprian. 42
Hæreticorum mos. 2. 75
Hæretici omnem monarchiam & imperium euertere in animo habent 250. 374. eorum libertas qualis. ib. & ſeq. in quo ſint concordes. 16. eorum peruerſitas, vitia & conatus. 368. & ſeq. ſeſe mutuò diſcerpunt. 368. excitant populorum odium in legitimos Principes. 336. Turcis propiùs quam Catholicis accedunt. 271. voluptatibus expleti ad matrem Eccleſiam redeunt. 13. carne & libidine potiſſimum ducuntur. 13. profunt Eccleſiæ, & cur. 5. & 7
Hęreticorum omnium ſcopus & ſollicitudo. 147. de Alexandro. III. mendacium. 271
Hæreticus omnium ſæuiſſimum animal. 367. 368.
Henrici IV. Galliarum Regis dictum tanto Principe dignum. 330. Caſauboni impiis ſcriptis prælum interdixit. 124
Henricus I. Angliæ Rex inueſtituras à ditione ſua eliminauit. 314
Henricus IV. iura & inueſtituras Epiſcoporum reſtituit. 310
Henricus Angliæ Rex Anglicanæ Eccleſię caput ſe renunciauit 71. fœmina eidem ſucceſſit in Cathedra Sacerdotali. ibid.

Digitized by Google

Henricus VIII. Angliæ Rex à Leone Pontifice fidei defenſor appellatus quando & cur. 11
Henrici Imper. flagitia. 357
Henrici ſæuitia in Chriſti vicarium. 311
Henriciana hæreſis quæ. 205
Hierarchia Eccleſię quomodo à Chriſto diſpoſita. 322.
Hiſtoriæ regula quæ. 131
Homagium quid. 355
Homo duplicem expetit fœlicitatem 320.
Homines aliqua regiminis forma indigent ab bene beateque viuendum. 30. & ſeq.
Humana ſocietas iuſtitiâ & concordiâ connectitur. 320
Humilitas effert regnum Chriſti. 50

I

IAcobus Minor primus Hieroſol. Epiſcop. à D. Petro inſtitutus. 108
Iacobus Britaniæ Rex eruditiſſimus 9. & 15. cur non laudandus 15. veram religioně non colit 10. fidei defenſor non appellandus & cur 11. illius mater ſanguinem fudit pro Chriſti fide ibid. ab hæreticis iniuria & ignominia afficitur & quomodo 13. & 21. illius in Illuſtriſſ. Cardinalem Perronium indignatio 11. Iuriſdictionem Papæ ſibi vendicat. ibid.
Ignatius & Athanaſius iniuſte eiecti, & Pontificum iuſſu reſtituti. 38
Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ à D. Petro præfectus. 109
Imaginum vſus. 371
Imagines horrendæ Summi Pontificis apud Anglos. 332
Immunitas Clericis conceſſa ab Imperatoribus qualis cenſenda. 170
Imperator agnus eſt non ouis 98. 282. paſci non paſcere debet. ibid.
Imperatores Iuriſdictionem Pontificiā pręſcribere nō poſſunt & cur 106. multi Idololatræ & Schiſmatici Summorum Pontificum Maieſtatem & Primatum agnouerunt 161. Summo Paſtori ſubiacent 170. ab eo ſolo diademate donantur 175. 196. imperatores quando dici poſſint ib. res particulares donare & vendere poſſunt 187. eorum authoritas non expectatur in creando ſummo Pontifice 194. Concilia indicere ad eos non pertinet 196. 202. Concilijs non præſedere 204. & ſeq. Papam quomodo reuereri debeant, & cur ei ſubiecti ſint 275. 276. quidam authoritatem confirmandi S. Pontificem ſibi arrogarunt 281. quot Summum Pontificem Rom. coluere 284. priuilegium eligendi & confirmandi Summos Pontifices ab ipſiſmet obtinuere & cur 288. iſtud priuilegium quando amiſere 289. plurimi Summo Pontifici ſe ſubdidere 334. & ſeq. 345. homagium Pontifici Romano non præſtant 355. quam iuris iurandi formulam ſeruent cum initiantur 355. eorum leges à confirmatione Rom. Pontificis vim habent & quando. 395
Imperatorum & regum pietas in ſummum Pontificem. 104
Imperium Romani Pontificis iniuſtè appellatur tyrannis ab hęretico & cur 20. illius ortus, incrementum, limites, & immutabilitas. ibid.
Imperium Occidentis quomodo tranſlatum. 332
Inferior quando & quomodo poteſt commonere ſuperiorem. 48
Inferorum portæ nihil valent aduerſus Petrum, & cur. 4
Inſanus ab irato quî diſtat. 100
Inſcitia fouet hæreſim. 99
Inueſtiturę Epiſcopatuū Principibus col-

Digitized by Google

latæ quibus à Pontificibus abrogatæ & ſubreptæ. 314
Inueſtituræ ius à iure Patronatus longè diſtat 315
Inueſtituræ quo modo conferebantur. 313.
Ioannis XII. depóſitio.301.nimis feſtinatam oſtendit C.Baron. 302
Ioannis XII. religio, & iuſiurandum 335.
Ioannes I. ſupra Patriarcham Epiphanium in ſede erigitur. 228
Ioannes Papa huius nominis XXII. quid ſcriptis commendauit. 397
Italorum Principum obſequium & pietas erga Rom. Pontificem. 22.315
Italia terrarum omnium alumna & parens 21. illius prærogatiuæ ibid.& ſeq. cur cæteras Prouincias antecellat. 213 Galliæ ſimilis & in quo. 22
Iudas malorum paſtorum imago. 53
Iugum Romanæ Eccleſiæ, iugum eſt Chriſti.14.quibus leue ſit, quibus graue. ibid.
Iulius I. quando Pontifex renunciatus. 238.
Iulius Papa Athanaſium propriæ Sedi reſtituit 135.150.156. eius epiſtola ad Euſebianos 146. eius prudentia. 156. Conſtātem quid & cur rogauerit. ib.
Iuriſdictioni ſpiritualis ſubiectū quod. 322.
Iuriſdictio ordinaria à delegata differt. 36.
Iuriſdictio Petri ad omnes eius ſucceſſores tranſit. 325
Ius ciuile quid ſtatuat de matrimonio. 393.
Ius canonicum conſiderat diſtantiam graduum in matrimonio. 394
Ius gentium quid. 329
Ius dominij fortiùs quàm iuriſdictionis. 163

L

Laici in clericos ius non habent.164. 170.
Lateranenſe Concilium à quo & quando habitum. 207
Legati Apoſtolicæ Sedis Synodis generalibus præſedere 131. plurimis etiam Prouincialium interfuerūt.133. & ſeq. Concilijs vniuerſalibus præſidere ſolent. 259.
Leo Iſauricus primus omnium inuaſit patrimonium S. Petri. 186
Leo III. ceſſeritne Imperatoribus ius eligendi & confirmandi Papā.281. 286
Leo IX. Inueſtituras Principibus primus interdixit. 313
Leuitas hæreticorum.728. apoſtaſia eſt. 11.veram religionē, cæteraſque virtutes expellit. ibid.14.& 15.
Libertatis nomen eſt æquiuocum. 11
Libertas Chriſtiana Eccleſię Capiti & lebus ſubiacet.12.vitijs non inſeruit.ibid.
Libertas non præſumitur vbi eſt ſubiectio. 118.
Liberius Pontif. Concilium Romæ coegit & cur. 140
Linus Petri ſucceſſor primus. 96.110.
Londinum eſt cloaca, & quare, 6. apoſtatarum aſilum. 13
Lotharius Romam miſſus & cur. 183. liberam redegit ſummorum Pontificum electionem. 184
Lucius Britaniæ Rex Rom. Pontifici in omnibus obtemperare voluit. 334
Ludouici Pij conſtitutio duo continet & quæ. 181.& ſeq. maiorum ſuorum donationibus alia munera adiecit.186 187.195.
Ludouicus Sanctus quid Philippo filio præcipue commendauit. 354
Luſitaniæ proceres legationem decernunt ad Innocentium Pontificem & cur. 352.

Digitized by Google

Lutheri blaſphemia in Sanctiſſimas Synodos. 247

Lutherus dominationem omnem euertere conatur. 336

Lutheri impia & vana pollicitatio. 366

Lycurgi reſponſio. 377

M

MAgnitudinis proprium. 369.

Mahometes & Caluinus ſimiles & cur 283.

Marcellus quando Pontifex renunciatus 145. cur Antiochenę prouincię antiſtibus ſcripſerit. ib.

Marcilius Patauinus hierarchicum ordinem peruertit. 322

Marcilius Patauinus Atheopoliticorum Anteſignanus. 322

Marcus Antonius de Dominis nouus Apoſtata 6. ex Archiepiſcopo Archiapoſtata factus 23. cauſæ. ibid.

Martini Poloni verba. 314.

Matrimonium 393. quid. 394

Merces Petri ob illius confeſſionem quę 68.

Miniſtri in quid præcipuè incumbunt 300.

Miniſtri hæretici paritatem verbis extollunt, re exhorrent 375. dominatum appetunt ib. & ſeq. nobilitatis nomen ſupprimere ſtudent. ib.

Modeſtia neſcit de ſe magnificè loqui 19

Modeſtia Gregorij Papæ. 81. 82

Molinei argumenta puerilia & futilia deſtruuntur. 178. & ſeq.

Monarcha ſpiritalis vnus eſt, & qui 3.

Monarchiæ Eccleſiaſticæ origo diuina eſt 3. non ab Apoſtolis aut Imperatoribus profecta. ibid.

Monarchia ante Mundi creationem extitit 30. à Deo profecta eſt 31. in Adamo primum demonſtrata ibid. eius excellentia & neceſſitas ibid. in omnibus elucet ibid. & ſeq. cæteris Imperij formis eſt antiquior & melior 32 & 34. illius finis ibid. Eccleſiaſtico regimini conuenit 33. eſt in Eccleſia & triumphante & militante 34. Eccleſiæ militantis cæpit à Chriſto, & ab eo ſub dominatu ſummorum Pontificum ſeruata eſt ibid. in Petri ſucceſſoribus ad extremum vſque diem perduratura eſt. 71

Monarchia in Eccleſiaſtica qui ſuccedunt, Petro ſuccedunt. 96.

Monothelitarum hęreſis quando damnata. 231

Mores viciſſitudine temporum mutantur. 390

Morum cauſa cum Religione coniuncta eſt. 117

Multitudo imperantium peſſima. 70

N

NAtura ipſa moderatorem appetit. 30. & ſeq. appetit dominatum Patris. 328. quos gradus prohibeat in matrimonio. 393

Nauarra 4. annis interregnum. 353

Nicephorus de maledictis hęreticorum 386.

Nicolaus I. Pontifex creatus eſt non expectato Ludouici Pij aſſenſu. 194

Nicolaus I. innocentiſſimus Pontifex. 221.

Nihil excipitur, vbi nihil diſtinguitur. 69.

Nominis ſui pudet eum qui male agit. 8

Nouatores caput Eccleſiæ abſcindere conantur, nec tamen acephaliam quærunt. 215. 216.

O

OBedientia quibus rependenda. 12. & 13.

Digitized by Google

Oblationes ſunt ſpontaneæ non neceſſariæ vt mentiuntur hæretici. 173
Octauianus Antipapa quomodo & à quibus electus. 198 207.
Odium & contemptus regna euertunt 373.
Oecumenica Synodus quæ. 239
Opes Eccleſiæ Romanæ Ethnicorum inuidiam prouocabant. 174
Ordinum in Eccleſia diſtinctiones ſeruandę 64. à Deo conſtitutæ ſunt ibid.
Orientales Epiſcopi literas ad Summos Pontifices mittunt 147. & ſeq. eiſdem ſe ſubiecere 149. 152. & ſeq. illorum legatio ad Stephanum Papam quæ 152.
Oſius vice Summi Pontificis vbi & quãdo præſedit. 121. 127. 130. 132. 158
Otho I. 281
Otho non iudicauit Ioannem Papam. 204. & ſeq.
Othoni promiſſio facta tranſire non potuit ad eius ſucceſſores. 255. 256
Ouile Chriſti agnos & oues continet. 68.
Ouium nomine ſignificantur Apoſtoli. 36. 68

P

PApa eſt pater, paſtor, & princeps. 20. Chriſti delegantis vices gerit. 73. 86. ſolus Apoſtolicus, Pater Patrum, & Princeps Epiſcoporum dicitur & cur ib. 82. 120. omnium Eccleſiarũ & fidelium curam & gubernaculum gerit ibid. 120. & ſeq. poteſtatem nulla diœceſi limitatam, ſed abſolutam & ampliſſimam in omnes fideles à Chriſto immediatè habet 37. 38. 89. 118. 224. errare non poteſt & cur 59. Petro in omnem iuriſdictionem ſuccedit 61. Coëpiſcopos omnes iuriſdictione præcellit 76. 78. Sacerdotij Principatum ei tribuit antiquitas 80. non vniuerſalis Epiſcopus, ſed vniuerſalis paſtor dicitur & quomodo 82. ad illum ſolum Apoſtolorum poteſtas tranſit 86. ſummam in ſingulas Eccleſias, & ſingulos Epiſcopos poteſtatem habet 89. vices Chriſti in terris gerit 96. 100. ſuam ab electoribus non accipit authoritatem ſed à Chriſto immediatè 97. 100. illius munus & iuriſdictio quæ 104. 118. ei ſubiacent fideles omnes 106. cur Epiſcopus Epiſcoporũ & Summus Sacerdos dicatur 118 120. ille dumtaxat poteſt œcumenica & vniuerſalia conuocare Concilia 120. 127. 128. & ſeq. an ſeipſum Concilio ſubijcere poſſit ib. non ab Apoſtolis, ſed à Deo ipſo iuriſdictionem omnẽ habet 147. Cõcilijs maior eſt 160. & 168. Imperatoribus & Regibus eſt ſuperior 170. ſummus hominum à Tacito dicitur 171. ſolus Imperatorem ſacro diademate donat 175. 196. nulli hominum iudicio ſubiacet 196. 200. 218. eius diœceſis eſt totus orbis 238. creandi, traducendi, & reſtituendi ius habet. 238 vniuerſalis quomodo dicendus 241. & ſeq. illius authoritas 246. & ſeq. à nullo iudicari poteſt caſu hæreſis excepto 258. Concilij ſententiam reuocare poteſt ib. 261. vniuerſalis Eccleſiæ Caput à Concilij Græcis agnoſcitur 264. Petri legitimus ſucceſſor 267. eius Maieſtas quàm neceſſaria 284. & ſeq. pluribus teſtibus quã cæteri condemnandus 306. Pater eſt non tyrannus 328. 331. iuris omnis in Eccleſia arbiter 330. obedientiam & fidem ſubditis erga ſuos dominos commendat 339. pacem inter Principes nutrit ib. in beneficia Eccleſiaſtica pleniſſimum ius habet & cur 396. grauiores caſus ei ſemper delati. 400.

Digitized by Google

Papatus Romanus cur ſic appellatus. 2
Pariſienſes. 258
Paſce agnos meos, paſce oues meas, quomodo intelligendum. 60. 68. 69. & ſeq. 96
Paſchalis Papa cur ad Ludouicum miſerit legatos. 182
Paſtoris & Regis munus idē videtur. 323
Paulus redarguit Petrum 47. non ideo tamen Petro præferendus. ibid.
Perſonæ quomodo coniungantur. 394
Perſonæ Deo dicatæ à communi ſtatu eximuntur. 163
Petra cuius generis Syriacè. 36
Petrus cæteris Apoſtolis præfectus eſt 35. 103. ordinariam & pleniſſimam clauium poteſtatem ſolus accepit. 47 51. & ſeq. 68. & illius etiam ſucceſſores 96. 103. 117. paſtor ſummus, & iudex ordinarius cōſtitutus. ibid. 103. agnos & oues paſcit. ib. 52. 68 103. illius & Apoſtolorum poteſtas ſpecie differt. ibid. à Chriſto fuit Epiſcopus ordinatus, cæteri à Petro ibid. capiti, radici, fonti & ſoli comparatur. 38. 84. Eccleſiæ regimini præficitur. ib. 51. 70. Apoſtolos conuocabat & primus loquebatur. 44. & ſeq. vnitatem vice Chriſti ſeruat. 43. à Paulo redargutus æqui conſuluit. 48. Ananiā & Zapp. propria authoritate damnauit. ibid. Vniuerſalis eſt paſtor & monarcha. 51. 214. in eo vna mōſtratur Eccleſia. 53 illius iuriſdictio cum eo non eſt extincta. 54 negans Chriſtum fidem nō amiſit, nec promiſſio Chriſti defecit 58. illius confeſſio quid meruerit. 67 & ſeq. à Chriſto non ab Apoſtolis primatum accepit. 72. 74. 83. 84. cathedram ſui Primatus Romæ erexit. 85. 109. conuocat Apoſtolos vt caput & princeps 107. Eccleſias viſitat, & Epiſcopos vbique cōſtituit. ib. & ſeq. eius poteſtas quanta. 217. & ſeq. Eccleſiæ monarcha & moderator à Chriſto conſtitutus ad vnitatem ſeruandam. 266. cur potius quàm cæteri Apoſtoli veritatis oraculum fuerit. 266. vnde illius poteſtas ib. cur ter à Chriſto interrogatus. 275
Philippus I. Pontifici Rom. paruit 333.
Pipinus à Stephano Papa corona redimitus. 347
Piſiſtrati reſponſio. 368
Planorum cura præcipua. 373
Pœnitentiæ Tribunal. 400
Pœna ſceleris eſt in ipſo ſcelere. 319
Politica nomina in genere abſtrahunt 33. per differentias determinantur & ad politicam & ad Eccleſiaſticā gubernationem ibid. Politicæ finis. 33
Pōtifices Romani errare in fide nō poſſunt & cur 59. ſua ſemper poteſtate vſi ſunt 103. 106. 107. & ſeq. 156. 161. ſoli iuriſdictionem in omnes fideles habent 117. poteſtatem coactiuam legis condendę habent etiam circa mores 117. 390. eorum ſanctiones conſcientias obligant ib. Imperatorum authoritati plus ęquo indulſere quando & cur 126. 156. illorum dumtaxat authoritate generales Synodi coguntur, & probantur 131. 132. 143. Epiſcopos propria authoritate deponunt & reſtituūt 150. 272. ab Orientalibus, Ægyptijs, Aſiaticis & alijs Epiſcopis Supremi & vniuerſales habiti ſunt. 147 & ſeq. Summæ iuriſdictionis poteſtatem à Deo immediatè habēt. 173. 190 non confirmantur ab Imperatoribus, 180. 193. & ſeq. coronāt Imperatores. 211. ad eos tranſit Petri poteſtas. 218. eorum præfectura ſuper Epiſcopos & primates. 225. 228. eorum Maieſtas quanta. 275. Imperatorum vt patres curam gerunt 275. à Clero populoque Rom. olim creabantur. 281. eorum electio ad ſolos Cardinales contracta & quando. 282. cur non poſſint

Digitized by Google

poſſint ſubijci Imperatoribus 282. illorum tituli honorifici 284. ſe confirmari ab Imperatoribus aliquando paſſi ſunt & cur 279. & ſeq. Imperia donant non vſurpant 332. qua diſpenſandi poteſtate vſi ſunt. 395
Pontificũ Hebræorum auctoritas apud Principes. 311
Poteſtas omnis à Deo eſt 12. huic obſiſtere libertas non debet ibid. temporalis gladium à Deo recepit, & ad quem finem. 157
Poteſtatis ſpiritualis & ciuilis finis diuerſus & qui. 321
Poteſtas Summi Pontificis vndè deprehendi poſſit. 345
Præfectura Rom. Pontif. à Deo orta 104. illius incrementum. ib.
Præſcriptio nulla currit non valenti agere. 106. 165
Præſcriptio diuturna qualis. 401
Primatus Eccleſiaſtici author Chriſtus 3
Primatus & Apoſtolatus poteſtas diuerſa 46. primatus cur Petro datus 63. Primatus neceſſitas. 95. 96
Princeps ius liberum non habet in ſacra 126. illius officium & partes erga Eccleſiam ib. legibus quomodo ſubiaceat 129. Principis poteſtas quanta 288.
Principes ſunt præcipua membra corporis myſtici Eccleſiæ 327. quomodo incolumitatem ſuam amare debeant 327
Principum conditio quando miſera 341
Principatus neceſſitas. 96
P[illegible]us & voluntatis ſubiectio & li[illegible]milis. 326
Proteſtantium delirium. 36
Proteſtantium Anglorum error circa Regiam poteſtatem. 328
Puritani miniſtri qui. 377. 403

R

Rationis munus præcipuum quale 319. eius imperium. ib.
Reges & moderatores propter neceſſitatem electi & inſtituti 95. ſunt Dei Vicarij 164. à Deo ius in homines habent ibid. Pontifici Romano ſubiacent 170. illum patrem agnoſcunt 175 à Pontificibus Romanis corona donati qui 353. eorum Maieſtas & poteſtas in ſubditos quanta 9. Regum exempla quanti ſint momenti 275. Regum & Principum munus, & præcipua cura 226. 274. & ſeq. eorum auctoritas quomodo fulciri debeat. ib.
Regnum Chriſti eſſe in hoc mundo, & non de hoc mundo quid ſignificet 50
Regino Abbas tempore Othonis I. vixit 300.
Religio primum humanæ vitæ fulcrum 273. fine iuſtitia ſubſiſtere non poteſt & vice verſa ib. Religio & mores conneċtuntur 330. omnium Societatum eſt vinculum 339. poſt Religionem omnia ponenda 340. cæterarum virtutum princeps 10. illa deficiente cæteræ deficiunt ibid. Religionis vigor quando deferueat. 374
Richardi II. dictum pium. 335
Roma quomodo caput orbis effecta 2. B. Petri ſedes ibid. 109. ciuitatem omnium princeps eſt. ib.

S

Sacerdotalis imperij prouectio à ſolo Deo 4. plerique Imperatores illi obſtiterunt. ibid.
Sacerdotes & Iudices ijdem apud Ægyptios 330. Sacerdotes Ægyptij ditiſſimi 397. Sacerdotis Summi Ethnicorum authoritas pendet à populo. 162
Sacerdotis prærogatiua ſupra laicos. 163
Sacerdotij Summi reuerentia quàm neceſſaria. 374
Sacra non ſunt in communi commercio 163.

Sardicenſe Concilium quando indictum, quid ſanciuerit. 160
Satanæ Synagogæ à D. Hieronymo indicantur 391. quot enumerantur 392. à ſe inuicem diſſident in omnibus, præterquam in neganda Romani Pontificis poteſtate. ibid.
Sancius Luſitaniæ Rex vxoris mancipium 352.
Schiſmaticorum conuenticula eſt Synagoga Satanæ 89. 92. Concilij nomine indigna 196. Curia à Friderico dicta eſt ibid. & 206.
Schiſmata vndè oriantur ſecundum D. Cyprian. 372
Schiſmaticos prodeſſe ait Auguſtinus. 7
Sectarij canibus rabidis ſimilis. 2. & 15. quales ſe iactent 378. ſalacitatem neceſſitatem vocant 379. vitiorum omnium mancipia ſunt & Summi Pontificis Maieſtati detrahere audent 385. ſunt vulpeculæ Sampſonis 392. omnes Romanum Pontificem inſectātur 373. eorum blaſphemia in ſanctiſſima Cōcilia 2-8. eorum proprietas. 396
Sedes Apoſtolica cur fidei caput dicta 81
Semen Euangelij vitijs hæreticorum fouetur. 7
Seniores à Moyſe poteſtatem accipiebant 217. 245.
Seruus quomodo liber efficiatur. 163
Seruire ſibi grauiſſima eſt ſeruitus. 14.
Sigiſmundus Poloniæ Rex Leoni X. obediuit. 335
Spiritualis poteſtas quid à Principibus exigat. 326
Statu mutato iura perſonarum immutantur. 164
Stephanus Papa à Pipino ſuppetias petit. 280
Succeſſio Epiſcoporum à qua ſede eſt deducenda. 85
Succeſſio Romanorum Pontificum quæ 6. 110. perpetua ibid. & 100.
Superbia hæreſum omnium mater 99. 373 378.
Superior non iudicatur ab inferiori. 163.
Synodi quantam in vniuerſa Eccleſia authoritatem habuerint. 246

T

Tacitus de Nerone & Tiberio quid referat. 341.
Temeritas hæreticorum qualis 24. 27. temeritas alit hæreſin. 99
Teſtamentum Chriſti ſecundum hæreticos quale 7. Teſtis vnius dictum non facit probationem 192. Teſtis aut iudex nō poteſt eſſe quis in ſua cauſa 207. Teſtium numerus pro dignitate perſonarum. 306
Teutonici hiſtorici iurium Imperij propugnatores iniqui. 302
Theodorico Pates obſtiterūt quod Concilium indixerit. 309.
Theodoſij lex. 395
Timor Domini, virtutum eſt præſidium. 10. hunc ſola Religio Catholica præ ſe fert. ibid.
Tremolius Tribunus pl. cur damnatus 374.
Turcis immaniores ſunt Chriſtiani qui ad illos defecēre. 367

V

Verba Chriſti ad Petrum & illius ſucceſſores. 59.
Veritas ſoli comparatur & quomodo 368
Veritatis vis quid ab hæreticis extorſerit 71.
Vigilius in Petri ſedem intruſus [illegible] indè legitimus Papa ib. Con[illegible]polim ſpontè profectus eſt. 161
Violenta breuia. 366
Virtus erigitur cum tacta eſt 14. honeſtis rebus propitia eſt 385. virtutum inter ſe connexio. 10
Vis & iniuriæ exempla legis robur non habent. 165

Digitized by Google

Vitia propria à tergo ſunt. 380
Vnitas in Petro & eius ſucceſſoribus ſeruatur 35. Vnitas Eccleſiæ in quo conſiſtat 91. Sacerdotalis vndè exorta 266. Vnitatis origo in Petro 325. Vnitas Reip. Chriſtianæ, fidei, & capitis 327 in Pontifice Romano ſeruatur. 330.
Vniuerſalis nomen an tribuendum Summo Pontifici 80. à Gregorio taxatur & cur. 81. 82.
Voluntas cuius boni appetens 318. quomodo libera eſſe debeat ib. cur legis præcepto fuit deuincienda 320. eſt regula iuſti & iniuſti 320. eget duplici Moderatore 320. rationi ſubiecta eſt, & tamen ſemper libera 326. famulatur potius quàm liberè agit. 329
Vuiclephus cur hæreticus damnatus. 98

Z

Zacharias Pipinum Regem inaugurauit. 347.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google